

OKLEVÉLTÁR

KOLOZSVÁR TÖRTÉNETE

ELSŐ KÖTETÉHEZ.



OKLEVÉLTÁR

KOLOZSVÁR TÖRTÉNETE

ELSŐ KÖTETÉHEZ.



ÖSSZEGYÜJTÖTTE ÉS SZERKESZTETTE

JAKAB ELEK.

A MAGYAR TUDOM. AKADÉMIA LEVELEZŐ TAGJA.



ELSŐ KÖTET.



BUDÁN.

NYOMATOTT A MAGY. KIR. EGYETEMI KÖNYVNYOMDÁBAN.

1870.

I.

1166.

II. István királyi helybenhagyó levele, melylyel Vidának, Doboka fiának a jeruzsálemi ispotály-rend javára tett végrendeleti ajándékát megerősíti.

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Notum sit omnibus tam praesentibus quam futuris, quod ego Stephanus Dei Gratia Hungarie, Dalmatie, Rameque Rex filius victoriosissimi Regis Gechae, Widoni filii Dobuca suo (így) et multorum meorum nobilium petitione concessi, quod fratribus Iherosolimitanis, pro remedio animae meae, atque sue (így) daret donum, videlicet praedium Sala ¹⁾ et monasterium in honore (így) beati Petri dedicatum et aliud predium ex alia parte Sala, tertium vero, quod vocatur enchimil ²⁾ cum omnibus appendiciis eorum sine omni contradictione suorum parentum supradicti fratres et socii pauperes hospitalis domus ad honorem et laudem Dei, in perpetuum tenerent. Ut autem hec institutio firma stabilisque permaneat, coram multis mei regni primatibus, scilicet Vilcina ³⁾ Ultrasylvano Episcopo, Chemma Agriensi, Zacharia ⁴⁾ Quinque ecclesiensi, Stephano Chanadiensi ——— ⁵⁾ Ompudino Palatino Comite, Lawrentio Comite, Ruberto ⁶⁾ Comite, Widone Comite, Smaragdo Comite privilegium scribi et sigillo Regali communiri feci. Siquis igitur predictae institutioni in

¹⁾ Katonánál: *Szalla*. — Histor. Crit. Reg. Hung. Stirp. Arpad. IV. köt. 145. l. Közlötte Fejér is: Cod. Dipl. II. 174—75. II. E név azonban nem fordul elő Erdély falunevei közt; *Sala*-nemzetség ellenben van Kolozsváratt, — sőt mint az Erzsébet-kórház birtoka „*Sala tava*“ is jó elő.

²⁾ Ugyan Katonánál: *Cuchinis* vagy *Euchinis*. Ha ez olvasás jó, akkor alatta *K u k e n u s*, magyarosan kiejtve: *Kökényes* rejlik. Hogy *Euchimil* is lehet, mutatja *Ench* (ma *Encs*) nevű falu Dobokavármegyében. Egy, erről szóló oklevelet láthatni Cod. Dipl. X. I. 173 l.

³⁾ Így közölte ezt Ganóczi is: Episc. Varad. czimű könyve I. 149. l.

⁴⁾ U. ott: *Machario*. Egy ily nevű főpap 1116-n dömösi prépost volt. Cod. Dipl. II. köt. 143. l.

⁵⁾ Itt egy jókora hézag van az egyetemi könyvtár általam használt Hevesy-féle másolatában. Katona és az őt követő Fejér közleményében nincs hézag, csak ez egybekötő szócska: „e t“, tovább pedig: *Ampudino* (nem *Ompudino*).

⁶⁾ Tán *Rupert* vagy *Robert*? . . . Katonánál *R u b e k*.

posterum contradicere voluerit, anathematis Sententia feriat et regiae Maiestati reus iudicetur. Data autem hec Kartula IX. kalend. Novembr. (octob. 24.) Anno Dominice incarnationis MCLXVI ¹⁾.

Alia tamen predia quamdiu vixero ad usum vite mee tenere volo, post discessum vero meum de his tribus prediis filio meo Merrissa do duo, scilicet Nadech ²⁾ et predium S. Michaelis et medietatem magni predii S. Georgii, aliam vero medietatem uxori meae dedi. (L. S.)

Ex copia 3—7. Maii Anno 1777 a G. K. mecum communicata ³⁾.

II.

Váradí káptalan levelei.

(1203. *) 1261. 1262. 1277. 1322.
1323. 1342. 1355. 1356.)

Erdélyi városok levelei.

(1224. 1317. 1365. 1383. 1387.
1428.)

1478.

A váradí káptalan és Szeben, Kolozsvár, Brassó és a többi erdélyi szabad királyi városok közt utóbbiaknak Váradon vámfizetéssel tartozása iránt Güthi Ország Mihály nádor előtt folyt polgári ügyben a felek által jogaik védelmére bemutatott kiváltságlevelcek és azok alapján 1478-n költ nádori íteletével.

Nos Conventus Monasterij Beate Marie Virginis de Colos Monostra. Memorie commendamus Tenore presencium Significantes quibus expedit Universis, Quod Magister Johannes Dobo Notarius in personis Circumspectorum Judicis et Juratorum Ciuium, nec non tocius communitatis *Klucsvariensis* personaliter nostram veniens in presenciam, Exhibuit et presentavit nobis quasdam literas Magnifici Domini Michaelis Orzag de Gwth, Regni Hungarie palatini et Judicis Comanorum priuilegialiter confectarum, petens nos debita cum Instancia, ut eadem de verbo ad verbum transcribi et transumpni, transcriptasque et transumptas ipsis dare dignaremur ad Cautelam, Quarum tenor Is est. Nos Michael Orzag de Gwth Regni Hungarie palati-

¹⁾ Itt vége a királyi helybenhagyó levélnek. A mi ezen túl következik s a mit valamennyi eddigi közlő az első szerkezetű okirattal helytelenül egybekapcsolt, úgy látszik, az adományozó saját pecsétével hitelesített codicilusa. De ez is látszat; a valóságot csak az eredetiből lehetne biztosan meghatározni.

²⁾ Én „Nadosch“-t *Nádas*-nak olvastam azon feltevés alapján, hogy az adomány tárgyai Kolozs- és Dobokavármegyében vannak. Fejér oklevélgyűjteményében is vannak említve: *Nadas locus ad Dicha in Trans. 1269.* Fejér, Cod. Dipl. IV. 3. 539 l.

E falu aligha nem a mai Tiho; gr. Kemény J. Déce-falunak véli; de ez Doboka vármegyében nem létezik. Szent-Mihály, Szent-Péter és Szent-György nevű faluk szintén vannak Dobokavármegyében.

³⁾ A M. Akadém. kéziratárából. Diplom. T. IX p. 1. (Hevenes-gyűjtem.) Az orthographia egyik különél sem XII. századbeli, a nevek leírásában is nagy az eltérés. Eligazodni irántok csak a magyar királyi kamara levéltárában levő eredetinek szövegben közléséből lehetne. Én úgy adtam, a mint találtam.

⁴⁾ Ez OKLEVÉLTÁRBAN az átírt oklevelek nem az átírat évréndebe, hanem azon évek közé vannak beosztva, a melyben a legrégibb oklevél költ.

nus et Iudex Comanorum Memorie commendamus tenore presencium, significantes Quibus expedit Universis, quod cum pridem Serenissimus Dominus noster, Dominus Mathias Rex Hungarie, Bohemie etc. Ad Instanciam Canonicorum de Capitulo Ecclesie Waradiensis fidelibus suis Circumspectis Magistris Ciuium Iudicibusque et Juratis, nec non consilys (így) et communitatibus liberarum, Ciuitatum Suarum regalium, Racione Cambÿ seu permutationis rerum Mercimonalium ac Tributi in Ciuitate Waradiensi fieri et exigi solitarum, literas suas Regales direxisset, hunc tenorem continentes. Mathias Dei Gracia Rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris prudentibus et Circumspectis Magistris Ciuium Iudicibus ac Juratis, nec non consilys (így) et Communitatibus liberarum Civitatum nostrarum regalium Salutem et gratiam nostram, Quamuis nos ad importunas nonnullorum querelas et Infestaciones Contra fideles nostros, Honorabiles Canonicos et Capitulum Ecclesie Waradiensis, ob Iniustam et superfluum ut asserebatur exactionem Thelonei (így) seu Tributi querulancium nos indignati Vobis inhibuerimus et Regio mandauimus sub precepto Nequis ex liberis Ciuitatibus nostris Ciuitatem waradiensem pro faciendo Cambio siue permutatione per amplius accederet Tamenque ydem fideles nostri Canonici et Capitulum, tandem ad cor reversi iusto deinceps Tributo Secundum quod nos cum Dominis prelatiis et Baronibus nostris ordinaremus contentari permiserunt (így) et se cum suis Iuribus ad omnia iusta et honesta obtulerunt, Ideo nolentes Ecclesiam waradiensem ob honorem et Reverenciam sancti Regis Ladislai specialis huius Regni nostri patroni, qui eius ecclesie fundator, et certissimus apud Deum pro nobis intercessor est, suis iustis, Iuribus destitui Supplicationibus fidelis nostri Reverendi Domini Johannis electi et confirmati eiusdem Ecclesie waradiensis et nonnullorum fidelium nostrorum Superinde Maiestati nostre humiliter porrectis Clementer exauditis rursus admisimus gracieose, Quod ad Nundinas que in septimana sancta proxime occurrente in ipsa Ciuitate waradiensi celebrande sunt, singuli Mercatores tam de liberis Ciuitatibus quam undecunque in Ciuitatem waradiensem Ad locum Cambÿ siue permutationis conuenire et ex antiquo more in ipsa Ciuitate Cambium siue permutationem facere et exercere valeant atque possint, Ita tamen quod interea quousque debita reuisio et iusta limitacio de Solucone tributi per nos et prelatos ac Barones nostros decidetur nullum omnino tributum a Mercatoribus qui illo (így) conuenirent exigatur Sed per Dominium ¹⁾ electum et confirmatum Waradiensem Unus Homo de cuius fide et probitate constet eligatur, qui presente Homine ipsius Capituli waradiensis Rationem teneat super tributo de Mercibus uniuscuiusque Iuste persolnendo, Et Secundum hoc quantum quisque de suis mercibus Solaere deberet in Registum fideliter conseribere debeat ac teneatur, Accepta a quolibet Mercatore cautione, Quod de tributo seu Thelonio quod de Mercibus illo allatis solui deberet Secundum disposicionem et ordinacionem, ac limitacionem nostram, quam cum prelatiis ac Baronibus nostris, super huiusmodi tributo facturi sumus statim decisa limitacione Ju-

¹⁾ Az eredetiben is így van.

stum Tributum absque contradiccione ipsis Canonicis persoluet Quocirca vobis omnibus et singulis liberis Ciuitatibus nostris presentes nostras visuris harum serie precipimus et mandamus quatenus, habita presencium Noticia, Ad quintum decimum diem festi Resurrectionis Domini proxime futurj, aliquos de vestri medio cum pleno mandato in conspectum nostrum Budam mittere debeatis Ad quem Diem eciam Capitulum et Canonici waradienses aliquos de medio ipsorum in presenciam nostram mittere tenebuntur, et utrisque partibus presentibus Nos de consilio prelatorum et Baronum nostrorum factum ipsius Tributi secundum Deum et iusticiam debita et conuenienti limitacione diffiniamus et decidamus Et interim volumus, in omnibus Ciuitatibus nostris liberis palam et publice proclamari, Quod omnes et singuli Mercatores pro Cambio seu permutacione Rerum Ad sanctam Ebdomadam, et deinceps consequenter, libere in Ciuitatem waradiensem more alias consveto liberam habeant accedendi facultatem presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum posonÿ feria tertia proxima post Dominicam Reminiscere. (febr. 17.) Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo Septuagesimo octavo, Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. vigesimo, Bohemie vero Nono, Tandem ipso quinto decimo die dicti festi Resurreccionis Domini adueniente Antelato que Domino nostro Rege Caus in racione limitacionis dicti Tributi prout in predictis litteris Regalibus continetur inter ipsos Ciues liberarum Ciuitatum ab una, ac inter prefatos Canonicos ecclesie waradiensis, motam nobis difficiendam (így) et limitandam Committente, Circumspecti Benedictus Mezaros Cybiniensis, Johannes Dobo *Kolosvariensis* et Bartholomeus Brassouiensis Ciuitatum Ciues, in eorum ac omnium aliorum Ciuium Hospitum et incolarum liberarum Ciuitatum Transsiluanensium, personis, nostram venientes in presenciam exhibuerunt et presentarunt nobis quasdam literas Capituli ecclesie Transsiluanensis privilegiales, Sigilloque eorum, impendenti Communitas feria quarta proxima post festum Resurrectionis Domini Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo vigesimo octauo. editas, habentes in se series literarum condam Domini Sigismundi Regis Bude tercio die festi Sancte Trinitatis Anno gracie Millesimo Trecentesimo octuagesimo septimo, editarum, trans Sumpmentium inse continenciam Literarum olim Domine Marie Regine privilegialium In Anno Domini Millesimo Trecentesimo octuagesimo tercio, Decimo Kalendas Marcÿ, (febr. 20.) Regni autem sui Anno Secundo subortarum habencium in se confirmatiue Series literarum condam Domini Lodouici Regis similiter priuilegialium Duodecima Kalendas mensis Julÿ (jun. 20.) Anno A Nativitate Domini Millesimo Trecentesimo sexagesimo Sexto, Regni autem sui, Anno vigesimo sexto, confectarum continentes in se similiter confirmative tenorem literarum olim Domini Karoli Regis priuilegialium octauo Kalendas Junÿ [május 25.] Anno verbi incarnati Millesimo Trecentesimo Decimo septimo Regni autem sui Anno similiter Decimo septimo, editarum, transcribencium in se verbaliter ac confirmative series et continencias cuiusdam carte ¹⁾ seu priuilegÿ condam Domini Andree

¹⁾ A k. fejeérvári káptalanéban: *littere*.

Regis, cuius Series Verbalis sequitur esse talis. Innomine sancte trinitatis et Indiuidue unitatis, Andreas Dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie Rame Servie Galicie Lodomerieque Rex, imperpetuum, sicut ad Regalem pertinet Dignitatem Superborum contumaciam opprimere, sic eciam decet benignitatem oppressiones. humilium misericorditer subleuare, et fidelium metiri famulatum et unicuique secundum propria merita retribucionis gratiam impertiri Accedentes igitur fideles Hospites nostri Thewthonici vltra ¹⁾ Silvam ²⁾ Vniuersi ad pedes Maiestatis nostre humiliter nobis conquerentes, sua questione humiliter nobis monstrarunt, Quod penitus a sua Libertate qua vocati ³⁾ fuerant A pýssimo Rege Geýssa Ano nostro excidissent nisi super eos maiestas Regia oculos solite pietatis more ⁴⁾ apperiret Unde pre nimia paupertatis inopia nullum Maiestati Regie servicium poterant impetiri, Nos igitur iustis eorum querimonýs aures solite pietatis Inclinantes ad presenciam (így) postremoque (így) Noticiam volumus deuenire, Quod nos antecessorum nostrorum pýs vestigýs inherentes, pietatis moti Visceribus pristinam eis reddidimus libertatem. Ita tamen quod uniuersus populus Incipiens A warus usque in Boralth cum terra Siculorum terre Sebus et terra Daraus Vnus sit populus et sub vno Iudice censeantur omnibus Comitatibus preter Cybiniensem cessantibus radicitus. Comes vero quicumque fuerit Cybiniensis nullum presumpmat statuere in predictis Comitatibus nisi sit infra eos ⁵⁾ residens et ipsum populi eligant, qui melius videbitur expedire, Nec eciam in Comitatu Cybiniensi aliquis audeat comparare ⁶⁾ pecuniam, Ad lucrum vero nostre Camare Quingentas Marcas argenti dare teneantur Annuatim Nullum predialem vel quemlibet ⁷⁾ alium volumus infra terminos eorundem positum ab hac excludi reddicione nisi qui super hoc gaudent priuilegio speciali, Hoc eciam eisdem concedimus Quod pecunia (így) quam nobis soluere tenebuntur, seu dinoscuntur, cum nullo alio pondere nisi cum Marca argentea quam pýssime recordacionis pater noster Bela eisdem Constituit, videlicet Quintum dimidium fertonem cybiniensem pendere cum Coloniensibus denarýs, nec discrepent instatera (így) soluere teneantur. Nuncýs vero quos Regia Maiestas ad dictam pecuniam colligendj statuerit singulis diebus, quibus iidem moram fecerint, tres Lotones pro eorum expensis soluere non recusent, Milites vero Quingenti infra Regnum ad Regni expeditionem, seruire deputentur, Extra Regnum Centum Si Rex in propria persona yerit, Si vero extra Regnum Jobagionem miserit siue in adiutorium Amici sui, siue in propriýs negotýs Quinquaginta tantummodo milites mittere teneantur Nec Regi vltra prefatum numerum postulari liceat, nec ipsi eciam mittere teneantur, Sacerdotes vero suos libere eligant, et electos representent et ipsis Deci-

¹⁾ A k. fej. péld. *videlicet*.

²⁾ A k. fej. péld. üres e szó helye.

³⁾ A k. fej. is így.

⁴⁾ A k. fej. péld. is így.

⁵⁾ E szó újabb időbeli fekete tentával tett kijavítás.

⁶⁾ Ime e szó hasonmása. *Жауа*

⁷⁾ Újabb időbeli kijavítás.

mas persoluant et de omni Jure ecclesiastico Secundum antiquam consuetudinem eis respondeant, Volumus et eciam firmiter precipimus, quatinus, ipsos Nullus Judicet nisi nos uel Comes Cybiniensis, quem nos Loco et tempore eis constituemus, Si vero coram quocunque Judice remanserint tantummodo Judicium consuetudinarium reddere teneantur Nec eos eciam aliquis ad presenciam nostram citare presummat, nisi causa coram suo Judice non possit terminari, Preter vero supra dicta Silvam Blacorum et Byssenorum cum Aquis vsus communes exercendo cum predictis scilicet Blacis et piscinis ¹⁾ eisdem contulimus, ut prefata gaudente (így) Libertate nulli inde servire teneantur, Insuper eisdem concessimus quod unicum sigillum Habeant, quod apud nos et Magnates nostros euidenter cognoscant (így) Si vero aliquis eorum aliquem conuenire voluerit in Causa pecuniali coram Judice non possit uti testibus nisi personis infra terminos eorum Constitutis Ipsos ab omni Jurisdiccione penitus eximendo, Sales quoque minutos secundum antiquam Libertatem circa festum beati Georgy octo diebus circa Festum beati Regis Stephani octo Et circa festum beati Martini Similiter Octo diebus, omnibus libere recipiendos concedimus, Item preter Supradicta eisdem concedimus quod nullus tributariorum nec ascendendo, nec descendendo presummat impedire eos, Silvam vero cum omnibus appendencijs suis et aquarum vsus cum suis meatibus que ad solius Regis spectant Donacionem, omnibus tam pauperibus quam divitibus libere concedimus exercendos Volumus eciam et Regia Auctoritate precipimus ut nullus de Jobagionibus nostris villamuel (így) predium aliquod A Regia Maestate audeat postulare Si vero aliquis postulauerit, Iudulta eis libertate A nobis contradicant, Statuimus insuper dictis fidelibus, ut cum ad expeditionem ad ipsos nos venire contingerit tres descensus tantum soluere ad nostros usus teneantur, Si vero wayuode (így) ad Regalem utilitatem ad ipsos vel per terram ipsorum transmittitur (így) duos descensus. unum in Introitu et unum in exitu soluere non recusent, Addicimus eciam supradictis Libertatibus predictorum Quod Mercatores eorum ubicunque voluerint in Regno nostro libere et sine Tributo vadant et reuertantur, efficaciter, Jus suum Regie Serenitatis intuitu proseguendo, Omnia eciam fora ipsorum inter ipsos sine Tributo precipimus obseruari, ut autem hec que ante dicta sunt, firma et inconcussa permaneant in posterum presentem paginam dupplicis sigilli nostri munimine fecimus roborari Datum Anno ab incarnatione Domini Millesimo Ducentesimo vigesimo quarto, Regni autem nostri Anno vicesimo primo, ²⁾ Quibus exhibitis Honorabiles Domini Gregorius de Mona Lector. Johannes de Huzth. Symon de Jenew et Emericus Gywlaý Canonici dicte Ecclesie waradiensis, in eorum ac aliorum Dominorum de Capitulo wa-

¹⁾ A „piscinis“ szó ez átiratban *byssen* helyett van használva, tévedésből-e vagy téveszteni akarásból? bajos elhatározni. De e rozsz olvasás a szászok és oláhok közt sok félreértés és kedvetlenség okozója volt egy századnál régibb idő óta sőt most is éppen fenforog a Talmáts-Szelistye-székek rendezése ügyében.

²⁾ Ez oklevél az előttem állott káptalani átirathoz mindenben híven van közölve.

radiensi personis, nostram accedentes in presenciam subiunxerunt in hunc modum. Quod licet ipsi Ciues liberarum Ciuitatum Regalium parcium Transiluanarum per dictum olim Dominum Andream Regem Ab omni tributarum (így) solucone exempti sint, Tamen iidem Domini de Capitulo ecclesie waradiensis, tam ex Donaciane seu collacione olim Domini Henrici, quam eciam Lodovici Regum in dicta Ciuitate eorum semper et abantiquo Tributum seu Thelonium habuerunt, Et huiusmodi Tributum universi mercatores, tam Regales et liberarum Ciuitatum quam aliorum quorumque Ciues Hospites et Incole cum rebus eorum venalibus Ciuitatem ipsam ingredientiis ipsis Dominis de Capitulo waradiensi de eorum Mercanciis seu rebus venalibus quibuscunque Tributa soluere debuerunt, et deberent de presenti, Et in huius documentum quasdam duas Literas olim Domini Lodovici Regis, ambas priuilegialiter emanatas, Quarum Prima in Anno Domini Millesimo Tercentesimo Quinquagesimo Quinto, Tredecimo Kalendas Mensis Aprilis (márcz. 20.) Regni autem sui Decimo quarto, edita, duobus sigillis eiusdem authenticys (így) dupplicibus communita, cum addicione cuiusdam clausule in inferiori margine, ab intra septimo Kalendas Mensis Decembris, (novemb. 25.) In Anno Domini Millesimo Tricentesimo (így) sexagesimo quarto, Regni autem sui Anno vigesimo tercio roborata, habens in se confirmatiue series et continencias Literarum olim Domini Karoli Regis patris sui Anno gracie Millesimo Trecentesimo Vigesimo tercio, Octavo Idus Mensis octobris (oct. 8.) Regni autem sui Similiter vigesimo tercio, editarum, confirmancium in se seriatim tenorem, aliarum Literarum priuilegialium eiusdem Domini Karoli Regis priori et antiquo suo sigillo consignatarum, Anno verbi incarnati Millesimo Tricentesimo vigesimo secundo, Regni autem sui Anno similiter vigesimo secundo, confectarum, habencium in se confirmatiue series Literarum condam Domini Ladislai Regis Anno Domini Millesimo Ducentesimo septuagesimo septimo, Decimo Kalendas Juny, (május 23.) Regni autem sui Anno sexto, Subortarum, transcribencium in se modo simili confirmatiue continenciam Literarum olim Domini Stephani Regis Anno gracie Millesimo Ducentesimo sexagesimo secundo, Tertio Die Intrante septembrý, (sept. 3.) confectarum, transscribencium in se confirmatiue Tenores Literarum, condam Domini Bele Regis patris ipsius Domini Stephani Regis confirmationaliu, Anno ab incarnatione Domini Millesimo Ducentesimo sexagesimo primo, Decimo Kalendas Aprilis, (márcz 23.) Regni autem sui Anno vigesimo sexto, exortarum, habencium in se verbaliter et confirmatiue, series et continencias Literarum olim Domini Henrici Regis Anno ab incarnatione Domini Millesimo Ducentesimo tercio, editarum, experimentes ¹⁾ inter Cetera. Quod Idem Dominus Henricus Rex duas partes Tributorum que suam Regiam contingisset (így) Maiestatem tam de villis quam de foris tocius Comitatus Byhariensis tam circa Byhor, quam circa Zarand exceptis tributis que ad quatuor spectant fora, scilicet de Akýel, de Kwleser, de Janusd et de foro Regine waradiensi ecclesie Jure perpetuo contulisset, Altera vero ipsarum dicti condam

¹⁾ A rövidítésből *experimentium* is olvasható.

Domini Lodouici Regis. Litera (így) priuilegialis Anno graciae Millesimo Tricentesimo Quinquagesimo sexto, quarto Kalendas mensis Marcij Regni autem sui Anno quinto decimo, edita, modo simili duobus Sigillis autenticis et duplicibus vallata prescriptaque simili clausula inferiori margine ab intra, roborata, habens in se confirmatiue series aliarum Literarum eiusdem Domini Lodouici Regis hunc tenorem continentes. Nos Lodouicus Dei gracia Rex Hungarie significamus, tenore presencium Quibus expedit uniuersis, Quod cum nos post decessum carissimi patris nostri, fauente Diuina clemencia ad solium Regiminis Hungarici adepta nostra coronacione fuisset sublimati, Ad visitandumque sepulcrum sanctissimi Regis Ladislai A quo diuinum auxilium summa cum fiducia quotidie prestolamur cum fidelibus Baronibus Regni nostri, decenti cum honore waradinum accessissemus. Lizet (így) eciam Deuocio nostra diuturna ad Id nos coartasset, ut eidem ecclesie waradiensi In qua ipse Sanctissimus Rex Ladislaus Nutu Diuino varijs coruscans miraculis feliciter requiescit Antiqua et approbata consuetudinariaque Lege ac consuetudine Regni approbante pretextu Noue Coronacionis nostre possessionariam ¹⁾ Donacionem facere et eam dotare ut pote per nostros pios progenitores Id fieri extitit consuetum prompti utique fuisset et parati, Verum quia Venerabilis in X-sto pater Dominus Andreas eadem gracia Episcopus Waradiensis et totum dicte Ecclesie Capitulum nobis illuc volente Domino prospera cum suspirate (így) aduenientes ²⁾ sumpma cum Reuerencia nos ut pote Dominum eorum Naturalem recipientes priuilegia progenitorum nostrorum olim Regum Hungarie pie memorie videlicet Ladislai, Stephani Bele et Henrici, consequenter que, Domini Karoli predicti patris nostri carissimi ipsa subsequenter confirmancia in quorum tenoribus expresse continebatur, Quod idem Henricus Rex clare memorie duas partes Tributorum que Regiam Maiestatem tam de Villis, quam de foris tocius Comitatus Byhorienensis, tam circa Bihor quam circa Zarand, et de Bekes existencium, Exceptis Tributis, que ad quatuor spectant fora scilicet, de Akjel de Kwleser de Janusd et de foro Regine, dicte ecclesie waradiensis (így) perpetuo contulisset, Quas quidem duas partes dictorum Tributorum ab ipsa ecclesia waradiensi per indebitam et potenciam ablacionem alienata (így) fore ydem Episcopus et Capitulum allegabant Culmini Nostro Regio humiliter Supplices, ut et ipsas duas partes, dictorum Tributorum alienatas, restituere et eidem ecclesie applicare more pristino et Residuam terciam partem eorundem tributorum que ad Regias manus spectare dinoscebatur Nove nostre Donacionis titulo perpetuo conferre et regali munificencia dignaremur, Nos siquidem Qui de Statu eccle-

¹⁾ E beces oklevélben valamely másoló önkényes, modern központozás által tetemes csonkításokat tett, eredetiségének kimondhatlan kárára! E szót: *possessionariam* éppen megtoldotta... Vétek, meg nem tartani az oklevélmásolás általános törvényét, a mi ez: másolni belőle, de illetetlenül hagyni; másolatunkkal tehetünk a mi tetszik, de az eredetihez nyulni tilos. A ki ezt teszi, a régiség iránt nincs tisztelettel s az okleveleknek szűz és eredeti épségében rejlő jogi és történelmi ereje iránt nincs helyes fogalma, vagy meghamisítás és félrevezetés a szándéka.

²⁾ Talán: *aduenientibus*?

siarum regni nostri quarum oracionum Suffragantibus meritis vivimus et Regnamus, specialiter predictae ecclesiae waradiensis ad quam refugium Habemus Speciale (így) nostri Regiminis et Regalis Honoris officio incumbente, comodo pacifico et tranquillo, invigilare debemus et tenemur predictas duas partes dictorum Tributorum indebite ab ipsa ecclesia alienatas reddidimus et restitimus presencium auctoritate de plenitudine Regie potestatis plene et integre eidem ecclesiae ad modum pristinum possidendum (így) Reliquam Vero terciam partem eorundem Tributorum quae hactenus ad Jus ipsius ecclesiae non pertinuit similiter ipsi ecclesiae waradiensi perpetuo, et irrenocabiliter cum omnibus redditibus eiusdem et prouentibus duximus conferendas Ita quod a modo totali et integrali Jure ipsorum Tributorum absque omni diffalcacione ipsa ecclesia waradiensis, gratuletur et fruatur Nec Regalis maiestas vel quevis persona deinceps aliquid proprietatis habeat in eisdem sed ipsorum Tributorum redditus inter Episcopum et Capitulum ut prius fuit consuetum videlicet duas partes Episcopus et terciam Capitulum percipiendo ¹⁾ dividatur, In corporalem autem possessionem dictorum Tributorum eosdem Dominum Episcopum et Capitulum, per Honorabilem et discretum Virum Magistrum Demetrium prepositum Budensem fidelem et familiarem Capellanum nostrum fecimus publice introduci, Et cum presentes nobis fuerint reportate in formam nostri privilegii easdem redigi faciemus, Datum in Wysegrad feria tertia proxima post festum Concepcionis virginis gloriose, [dec. 10.] Anno Domini Millesimo Tricentesimo Quadragesimo Secundo, Ipsis itaque Literis presentatis, Memorati Cives Liberarum Ciuitatum Regalium parcium Transsiluanarum in eorum ac Aliorum omnium Ciuium, Hospitum et Incolarum earundem Ciuitatum personis allegarunt eo modo Quod quamuis ipsi Domini de Capitulo waradiensi, in eorum Ciuitate waradiensi predicta ut ex tenoribus prescriptarum Literarum condamnati Domini Lodovici Regis, Literas Dominorum Karoli Ladislai Stephani Bele et Henrici Regum transcribencium clare elucescit (így) ab eorundem Dominorum Regum temporibus Tributum exigere habuerint et nunc habeant, Tamen iidem Domini seu Canonici de Capitulo waradiensi tributum eorum in ipsa Ciuitate waradiensi exigi solitum non ut in alijs Locis tributorum vero et iusto modo, Sed iuxta eorum libitum ultra omnem iusticiam et consuetudinem Regni nulloque solucionis modo limitato minus Juste et indebite a quibusdam temporibus retroactis exigi fecissent et exigi facerent de presenti, Insuper ipsi Cives Regales parcium Transsiluanarum A solutione seu exactione tercie partis Cunctorum tributorum in hoc Regno ubivis exigi Solitorum, Sic etiam tercie partis ipsius Tributi in dicta Ciuitate waradiensi qualitercumque exigi soliti vigore Libertacionis prenominati olim Domini Andree Regis exempti haberentur et infuturum esse deberent absoluti, Unde ipsi in Solutione seu exactione dictorum tributorum dempta ipsa tercia parte eorum tributorum, In qua scilicet ipsi se exemptos et libertatos fore agnoscunt Juxta regium mandatum Limitacionem soluendi congruentem, rationemque consonam

¹⁾ Az eredeti rövidített szót lehet olvasni így is: *percipientes* vagy *percipiens*.

et Iusticie conuenientem, habere uellent, Quibus sic habitis predictarum eciam Literarum per partes coram nobis productarum exhibitionibus factis, ac earundem continencijs perlectis et sane intellectis parciū eciam earundem allegacionibus exauditis et modo simili intellectis Licet Sepefati Domini seu Canonici pretacte ecclesie waradiensis prout ex preexhibitarum Literarum Utrarumque parciū predictarum seriebus edocebamur semper et ab antiquo A predictorum Divorum Regum temporibus ex eorundem Divorum regum Donacionibus et concessionibus in dicta eorum Ciuitate waradiensi Tributum habuisse, et ad presens habere A cunctis eciam cuiuscunque condicionis Hominibus mercatoribus uidelicet et res Venales deferentibus Tributum verum et iustum exigi facere potuisse dempta tercia parte Tributorum a Mercatoribus scilicet Hospitibus ac Incolis dictarum Ciuitatum Regalium parciū Transsiluanarum exigij debendarum, In qua quidem tercia parte omnium Tributorum in hoc Regno ubiuis exigij solitarum vigore prescriptarum Literarum predicti condam Domini Andree Regis pronunciamus ¹⁾). Nuncque et in futurum semper exigij facere posse reperiiebantur manifeste, Sed quia ydem Domini de Capitulo ipsius ecclesie waradiensis prout prefato Domino nostro Regi, ac tandem nobis et nonnullis Dominis et Diffinitoribus cause premisse in ipsius cause Determinacione nobiscum existentibus videbatur, huiusmodi eorum Tributum in Ciuitate eorum waradiensi non omnino uero et Justo modo ut in alijs Tributorum locis est consuetum, Tributa eorum exigere soliti esse cernebantur, Pro eo nos de speciali Regis edicto superinde nobis iniuncto, Assessorum eciam nostrorum Sano ad id accedente consilio In exaccione seu solucione ipsius tributi, infra scriptam Limitacionem duximus faciendam Quod singulas Mercancias seu res mercatorum quorumcunque exactores Tributorum singulatim examinare vel conspiciere non habeant, Sed de quibuscunque rebus Mercimonialibus que vehuntur in Curribus secundum exigenciam huiusmodi Currus onerati aut Curruum oneratorum tributa exigantur modo infra scripto, Et quod de una et eadem re qualicunque duplex tributum seu duo Tributa nullo modo exigantur. Item primo de Curru pannis seu alijs Mercantijs bene onerato exigatur florenus unus, demptis Tributis portarum pro quibus exigatur florenus Medius, tam in eundo quam in redeundo, de Curro (így) tamen Onerato, de Curru uero vacuo exigantur denarij quatuor. Item de Curru Usones deferente una particula Usonis uulgariter *Seutheug* ²⁾) vocitata. Item tempore Nundinarum de Curribus piscium salsatorum unum piscem competentem, alijs uero temporibus unum denarium. Item de Curru Lodicibus onerato, denarios Viginti quinque. Item de curribus ceparum duos denarios, seu duo ligamina ceparum. Item de Curru Ferrum deferente, quartam partem floreni et duo ferrra furcata. Item de Curru fruges deferente, denarios quinque, Item de Curru Lini vel Canapi ³⁾) quatuor Kytas seu Ligaturas de minutis nichil, Item de curru Sales ducente Sales duos. Item de Curru humili vulga-

¹⁾ Az eredetiben is ily hiányos az értelem.

²⁾ A k. fejeérvári példányban: *Seutheug*.

³⁾ *Canabae*: = kender.

riter *Komlo* denarios octo. Item de Singulis Curribus feni, graminum et Caulium, singulum unum denarium. Item de Curru Lane denarios viginti quinque, de minutis autem in sacco magno delatis, denarius unus. Item de pecys Griseorum pannorum denarius unus, Item de duabus Vestibus sarcitis utputa Griseis et alys de pannis vilioribus factis, denarius unus, Item de Cingulis Equorum cordis Arcuum pileis Artubus sellis angusterys depictis Cingulis mulieribus et horum similibus, que humeris seu dorso hominum deferuntur A pondere unius hominis exigatur Denarius unus. Item de pecys Mastrucys pellium ferinarum denarios duos. Item de pellicys seu mastrucys agnellitiis denarius unus. Item de Mastrucis (igy), Mardurinis et Variolilis (igy) denarii quatuor, Item de singulis Lodicebus humeris hominum portatis denarius medius (igy). Item de minoribus Lodicebus *Cserge* duabus denarius medius. Item de Centum Cutibus seu alaucys ¹⁾ wlgó *Bakbetr* et *Cordowan* agnellinis uel Caprinis denarios quatuor. Item de singulis decem pellibus Ovinis seu castratinis singuli denarii. Item de duabus Cutibus Bovinis denarius unus. Item de minoribus scilicet tribus denarius unus, Item, de pellibus vitulinis Octo denarius unus. Item, de pellibus wlpinis et Mardurinis congregatis, centum in numero, denarius viginti. Item de Centenario cere, denarii sex, Item de Centenario sepi ²⁾ denarius unus, Item de Idria mellis, denarius Unus, Item de Calcaribus magnis denarius unus. Item de Minoribus calcaribus duobus denarius unus. Item de minimis quatuor modo simili denarius unus, Item de singulis duobus Ensibus denarius unus Item de Tunella vini denarius quatuor Item de singulis duobus Bobus denarius unus. Item de pecedibus seu vaccis tribus denarius unus, Item de porcibus (igy) duobus denarius unus, Item de Lardis duobus denarius unus, Item de singulis Equis venalibus denarii quatuor. Item de Arietibus seu castratinis Centum in numero, Denarii quatuor. Et sic secundum magis et minus iuxta numerum Arietum et castratinorum. Item de Capriolo seu Cervulo denarius unus. Tributa autem omnium premissarum rerum exigantur a Venditoribus tantum, et non ab emptoribus. Emptores semper liberi habeantur. In cuius rei Testimonium presentes Literas nostras priuilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem Ciuibus duximus concedendas. Datum Bude vigesimo Die Dictj quindecim Diej festi Resurrectionis Domini antedictj, [ápril. 10.] Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo octauo. Nos itaque petitionibus prefati Magistri Joannis Dobo Notary ac Iudicis et Juratorum Ciuium nec non tocius communitatis Ciuitatis *Koloswariensis*, Inclinati premissas Literas Magnifici Domini Michaelis Orzag de Gwth palatini antedictj, tanquam veras non abrasas non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas Sed prorsus omni vicio et suspicione carentes de uerbo ad uerbum transcribi et transsumpti transcriptasque et transsumptas sine Diminucione et augmento aliquali eisdem Ciuibus Juris ipsorum ad cautelam duximus concedendas. Communi Justicia Suadente. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes Literas nostras

¹⁾ A fejérv. péld. *alantjys*.

²⁾ *Sebi* = faggyu.

privilegiales pendentis et autentici Sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum feria Secunda proxima ante festum sacratissimi Corporis X-sti, [május 20.] Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Octavo ¹⁾.

III.

1222.

Honorius püspök a kolozs-monostori apátság és gyula-fejérvári püspök között fenforgó viszály kinyomozására biztosokat küld ki.

HONORIUS EPISCOPUS. etc. Venerabili fratri... Epo Waciensi, et Dilectis filiis Abbati Egriensi Cenadiensis diocesis et... Preposito Waciensi, salutem etc. Gravem dilectorum filiorum... Abbatis et Conventus Monasterii beate Marie de *Clus* recepimus questionem, quod cum Monasterium ipsum, quod ad nos nullo medio pertinet, non solum apostolice sedis, sed etiam regalibus fuisset privilegiis communitum, bone memorie W.[ilhelmus] Episcopus Albensis sequens tiramnidem A. predecessoris sui, qui olim destructo eodem monasterio, L. antecessorem ipsius Abbatis crudeliter captivarat, eundem Abbatem et duos ex fratribus suis una cum R. I. A. et E. canonicis Albensibus et quibusdam aliis, Dei timore postposito, cepit immaniter, et eis traditis custodie carcerali, supradictum monasterium violenter aggrediens, privilegium ipsi ab apostolica sede indultum igne combussit, et eius regale privilegium aqua delevit. Unde cum Abbas et Conventus prefati amissis privilegiis, iniuriarum suorum calumpniis nequiverunt postmodum, se tueri, Monasterium ipsum, quod bonorum temporalium ubertate floruerat, ad tantam inopiam est deductum, quod fratres ibi Domino servientes, sufficientiam panis habere non poterant, unde suo satisfacerent exactori, et ne possent ab imminentibus oppressionibus respirare, famuli episcopi memorati et Canonicorum Albensium sue paupertatis residuum in superfluis comensationibus consumpserunt. Unde nobis humiliter supplicarunt, ut ne, quod absit, per amissionem privilegiorum suorum monasterium ipsum penitus destruat, paterna sibi dignemur sollicitudine providere, facientes eis sue libertatis privilegium innovari, et de predictis iniuriis iustitiam exhiberi. Quocirca discretionis vestre per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatenus vocatis qui fuerint evocandi, et inquisita super premissis omnibus plenius veritate, que inveneritis, infra quatuor menses post suspensionem presentium vestris nobis litteris fideliter intimetis, prefigentes partibus terminum competentem, quo se nostro conspectui per se vel per pro-

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s a konvent zsinoron függő pecsétével megerősítve. Fasc. T. Nro 55. Töredékesen közölve van: Archiv für Siebenbürgische Landeskunde sat. 1845. I. B. II. Heft 104—107 ll.

curatores idoneos representent, quod super hiis statuerimus, recepturi. Quod si non omnes etc. Non obstante constitutione consilii generalis, qua cavetur, ne quis ultra duas dietas extra suam diocesim (így) per litteras apostolicas ad iudicium trahi possit. Datum Laterani, XI Kal. Julii [jun. 21.] Pontificatus nostri Anno Sexto ¹⁾.

IV.

1225.

Honorius püspök a kolozsmonostori apátnak püspöki süveg viselésére jogot ad.

HONORIUS EPISCOPUS. etc. Dilecto filio . . . Abbati monasterii *Clausiensis* ²⁾ de Ultrasilvanis partibus Salutem etc. Licet sedes apostolica consueverit devotos filios affectu prosequi speciali, de singulari tamen eius gratia et benignitate procedit, cum speciales personas adornat dignitatum insigniis, que ad maiorem domus Dei decorem accedere dinoscuntur. Unde qui talia merentur recipere, semper huius gratie memores esse debent, ut cultui honoris, quem exhibent, bone actionis respondeant ornamenta, et plus suorum meritorum, quam insigniorum ornatu commisse sibi ecclesie venustentur. Hinc est, quod nos multa precum instantia carissimi in Christo filii nostri Illustris Regis Ungarie ac tue devotionis intuitu inclinati persone tue mitre ac annuli usum de speciali gratia duximus concedendum, affectantes, ut cum honoris augmento cura sollicitudinis tue crescere debeat, et sicut cultus est elegantior, sic et melioris vite actio subsequatur. Nulli ergo etc. Nostre concessionis etc. Siquis autem etc. Datum Reate, VII Kal. Octobris [sept. 25.] (Anno X) ³⁾.

Ex Reg. orig. An. X. ep. 67. ⁴⁾

V.

1232.

Gergely pápa az erdőn-túli püspök és kolozsmonostori apát és konvent között fenforgó vitás ügyben nyomozó biztosokat nevez ki.

Gregorius etc. Dilecto filio — — — electo Prenestino, apostolice Sedis legato significante venerabili fratre nostro — — — Ultrasilvanorum episcopo,

¹⁾ Theiner, August. Monumenta Histor. Hungar. I köt. MDCCCLIX. Ex Reg. orig. An. VI. ep. 459. 34 l. Gr. Kemény, Dipl. Suppl. I k. 25 l. Schuller, Arch. I k. I füz. 66. l. Fejér, Cod. Dipl. III. I. 386. l. Urkundenb. zur Gesch. Sieb. 16—17. ll. Én jónak láttam Theiner után közölni.

²⁾ Urkundenbuch zur Geschichte Sieb. : *Clausiensis*.

³⁾ Ugyanott : octob. I.

⁴⁾ Theiner, August. Monumenta. Hist. Hung. I köt. MDCCCLIX. 63. l. Fejér Cod. Dipl. III. 2. 57. Urkund. b. s a t. 36—37 ll. Én jónak láttam az első kútfőt használni.

nos noveris accepisse, quod eam nos dudum dilecto filio Egidio subdiacono, et capellano nostro tunc in Ungaria existenti commissemus causam, que inter ipsum ex parte una, et . . . abbatem et conventum Monasterii *de Clusa* Ultrasilvanensis diocesis ex altera, super statu eiusdem Monasterii dinoscitur agitari, ¹⁾ et idem Causam de utriusque partis assensu ad examen Sedis apostolice remisisset, sub pena excommunicationis partibus iniungendo, ut in Octavis Omnium Sanctorum jam transactis per se, vel procuratores idoneos nostro se conspectui presentarent, sicut idem capellanus confessus fuit postmodum in nostra, et fratrum nostrorum presencia constitutus, licet in prefixo termino coram nobis comparuerit ejusdem episcopi procurator, pro parte tamen premissorum abbatis, et conventus nullus comparuit responsalis. Unde nos ipsos iterum fecimus per Venerabilem fratrem nostrum . . . episcopum Cenadiensem citari ad festum Nativitatis beate Marie proxime jam transactum pro peremptorio assignantes eisdem, ad quem ipsi nec venire, nec pro se procuratorem idoneum mittere curaverunt, procuratorem jam dicti episcopi apud Sedem apostolicam expectante. Volentes igitur, ut finis litibus imponatur, mandamus, quatenus, si est ita, abbate ac conventu predictis, ne de sua possint contumacia gratulari, prefato episcopo in expensis taxatione competenti prehabita, condempnatis, partibus convocatis, audias causam . . . facientes . . . Testes . . . Dat. Anagni, XI. Kal. Novembris, [oct. 22.] Anno Sexto. ²⁾

VI.

1232.

Kadán tatár khán apocryph parancslevele az általa veretett magyar pénzek elfogadtatása iránt.

„Nos Cattan ex Styrpe Jedzan in Regno Vngarie Kaymakam Solis et Termoximo Chano Syngu Babylonici ac invincibili Regis Regum Hulaku Exercitus Kalkazultan seu Supremus Dux Iterum hortamur et serio commit-

¹⁾ Ez úgy bizonyos dézma-részt illetett, és azt, hogy a *clusa-i* monostor alá lenne rendelve az erdön-túli püspököknek, az iránt engedelmességgel, tisztelettel és a több püspöki jogok elismerésével tartoznék. A monostor az elsőre nézve időmulásra hivatkozott, a másodikra nézve pedig az aradi, fejérvári és szebeni prépostok által részére kedvezőleg hozott egy régi ítéletre. De a püspök új bizonyítást kívánt. Gergely pápa tehát azon okból, hogy a prenestei püspök s pápai legatus máshol volt elfoglalva, ki-nevezte a khúnok püspökét s a csanádi, erdön-túli diocesis prépostját, hogy hallgassák ki a felek elfogadható tanuit, vizsgálják meg írásbeli bizonyításaikat, hozzanak mindkét tárgyban ítéletet, s így, vagy béke útján a panaszügyet enyésztessek el; ha nem sikerül, a feleket idézzék a következő sz. Mihály-napra elébe. Költ Viterbiben januarius XV Calendájában 1235-n, Gergely pápasága 9-ik évében. Theiner Ágoston : Vetera Monumenta Historica Hungariam Sacram illustrantia sat. Rómában 1859—1860 I köt 141. l. Wenzel G. Monumenta Hungariae Historica sat. Hetedik kötet, 33—34 ll.

²⁾ Urkundenbuch, LII, 53—54 ll. Gr. Kemény József gyűjteményéből : Diplomatar. Append. I. 8; közölte Fejér Gy. is Cod. Dipl. III. 2. 306. Batthyáni : Episc. Chanad. p. 12.

timus wobis Rugas Bylany Korus Castellani Comites in Castris *Clusa* Dees Busdoch Quod cum a nobis data potestate ordinare debeatis ut quemadmodum Flandry in initio Regni nostri acceptabant nummos nostros vulgo Kesser chunich Tatar Pensa ex dictis Zycly et Blachy per omnia necessaria quia ad nostram utilitatem pertinent acceptarent tanquam nummos Bysantinos et cum consortio et patientia nostra participarre uultis Fydelem M — — as et Zeracheen cum suis sotiis Jozyf Benke Myzaarrus Fyieerwaary Tuilluos et — — Zeracheen quorum serwis serwos uestros [így] administrate usque Zootmaar Datum im Zuyo Anno Regni nostri II¹⁾).

VII.

1246—1266.

István király megerősíti atyjának Béla királynak azon kiváltság levelét, melynél fogva az a Gallus erdőn-táli püspök birtokában levő némely falvakat és várakat a megyei főispán hatósága alól kivett.

STEPHANUS Dei gracia, Junior Rex Hungarie, Dux Transsiluanus — dom orum, omnib. Xristi fidelibus presentem paginam inspecturis Salutem in omnium saluatore. Justis petencium desiderys prebere assensum, ius amnoris (így) et piet hoc idem expostulat ordo iuris. Hinc est quod uniuersorum noticie harum serie declaramus. quod Venerabilis pater Gallus dei gracia Episcopus Transsiluanus, ad nostram accedendo presenciam priuilegium dni Reg. patris nostri karissimi exhibuit emanatum super libertate quarundam Uillarum ecclesie sue, petens humiliter, et deuote ut ipsum priuilegium confirmare dignaremur, nostrarum patrocínio litterarum, Cuius tenor talis est :

Bela dei gracia, Hungar. Dalmacie, Crowacie, Rame, Seruie, Gall. Lodomerie. Cumanieque Rex, Omnibus Xsti Fidelibus, presens scriptum inspecturis, Salutem et omne bonum. Circumspectio Regum prouida, ex suscepti tenetur Regiminis officio, ut honestis suorum fidelium petitionibus

¹⁾ Ez oklevél megjelent a Tudománytár XI. kötetében 1842 a 324—25. lapon, áll 16 sorból, bőrhártyára írva; közölte Jerney János, ki azt a Jankovich-gyűjteményből kapta, oda pedig a régiség-kedvelő kolozsvári Literati Nemes Sámuelről került. A tudós buvár 325-től 350 lapig mütogatja az oklevél hitelességét, hivatkozva Rogeriusra, ki *Carmem Miserabile* sat. című művében azt hagyta emlékezetben, hogy a tatárok megtalálván a király pecsétnyomóját, némely magyar papok által ál-leveleket íratnak s adtak ki. Közlő szerint ez oklevél oly nehéz írásu, hogy csak vegyszerekkel megelevenítve lehetett elolvasni. Én pesti kutatásaim bevégeződése után tudván meg ennek létezését, nem láttam az eredetit, hitelességéről tehát meggyőződve nem vagyok, sőt ellenkezőleg sokkal későbbi korbéli származásra mutató zagyva szövegénél fogva azt apocryphnek tartom; miben az is megerősít, hogy a mint újabb nyomozásaim után megtudtam, az oklevél eredetije azóta, hogy hitelességét Jerney úr kimutatni nyilvánosan megkísérlette, eltűnt s a tulajdonos által a nemzeti Muzeumba be nem is adatott.

consensum tribuat, et fauorem. Proinde, ad uniuersorum noticiam presencium, ac posterorum, harum Serie uolumus pervenire: quod accedens ad presenciam nostram Ven. pater, Gallus. Episcopus transsiluanus, a nobis humiliter, ac deuote postulauit, quod cum sua Dioecesis hostili persecucione thartarorum ad tantam inhabitancium deuenerit raritatem, quod a tempore persecucionis usque ad sua tempora nulli, vel pauci in Alba que est sedes Episcopatus sui Kathadralis, et in alijs curtibus Pontificalibus quarum nomina sunt: Herina, Byolokol ¹⁾ de Comitatu Dobika, Golou de Comitatu *Culusiensi*, Zylac, et Tusnad de Zonuk habeantur Inquilini, nec illic conueniant nisi eos libertate uberioris gracie dignaremur preuenire. (N ²⁾ os igitur considerantes, quod ex incremento honoris pontificalis simul et Regia dignitas suscipiat incrementum, ut eadem ecclesia in pristinum statum possit reformari, ex indulgencia Regie benignitatis talem gratiam ei duximus faciendam, ut tam priores inquilini, si qui essent superstites, superius dictarum Uillarum, quam eciam hospites condicionis libere, de nouo conuenientes, a Iudicio Vaynode pro tempore constituti, Comitum parrochialium nec non et omnium aliorum Iudicum penitus sint exempti nec alienius teneantur astare iudicio, nisi sui Episcopi, et villici pro tempore existentis. et si Episcopus aut uillicus in reddenda iusticia negligentes fuerint, aut remissi vel tam arduum esset negocium, quod ipsi iusticiam facere non ualerent, ipsa causa Regie tantum maiestatis examini terminanda deferatur. Et ut nostre cessionis gracia perpetue firmitatis Robur obtineat presentem paginam dupplicis sigilli nostri munimine Roborata duximus concedendam. Datum Anno Domini M^o CC^o XL^o vj^o, secundo Nonas may^o [máj. 6] Regni autem nostri anno Xj^o. Igitur petitiones eiusdem Venerabilis patris attendentes et considerantes fore iustas et legitimas, in hac parte duximus admitendas, ipsum priuilegium karissimi patris nostri presencium patrocínio confirmando. Ut igitur hec nostra confirmacio Robur obtineat perpetue firmitatis, et ne per quempiam processu temporum possit uel debeat retractari, presentes concessimus Litteras, dupplicis sigilli nostri munimine Rororatas. Datum per manus magistri Benedicti prepositi Orodien. aule nostre vice cancell. anno domini. Mill^o cc^o lx^o vj^o ³⁾.

¹⁾ Most: Harina, Bilak.

²⁾ Az N. az eredetiben hiányzik.

³⁾ A károly-fejérvári káptalan levéltárában levő eredetiből. Fasc. 3. Nro 50. — Közltek: Fejér, Pray, Benkő, Katona, Kósa, Szeredai s többen, legutoljára Teutsch és Firnhaber, Urkundenbuch című oklevélgyűjteményökben, a közbülső részét t. i. a Béla király kiváltság-levelét 66—67 ll. az István megerősítését 77—78 ll. de mindkettőt ebből. A Béla királyé eredetiben nem létezik.

dicti tenentur presencialiter comparere. In cuius rei testimonium presens Scriptum facere voluimus Sigilli nostri sub munimine roboratum Datum et actum Anno Domini Mill^o CC^o Sexagesimo quarto. Nos itaque Capitulum predictum inclinati ad preces Nicolay Comitis filio [így] quondam Hilbrandi presentes Litteras non abrasas nec cancellatas neque in aliqua parte viciatas de uerbo ad uerbum rescribi fecimus nostrique noui sigilli testimonio communiri Datum et actum Anno Domini Mill^o CC^o Nonagesimo quarto ¹⁾).

IX.

1275 — 1313.

László király megerősíti atyjának, István királynak azon adományát, mely szerint Kolozsvár nevű villát Péter erdőn-túli püspöknek adta.

LADIZLAUS Dei Gracia Hungarie. Dalmacie. Croacie. Ram. Seruie. Gallicie. Lodomerie. Cumanie. Bulgarieque. Rex. Omnibus presentes Litteras inspecturis Salutem in omnium saluatore. Regie conuenit Celsitudinis p̄tati, vt que sacro sancte ecclesie per collacionem siue donacionem quorumcunque sunt appropriata suorum munimentorum patrocínio confirmet inconcussum quippe permaneat, quod regio fuerit privilegio roboratum. Proinde ad vniuersorum tam presencium, quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod Venerabilis Pater Petrus miseratione diuina Episcopus Transsiluanensis dilectus, et fidelis noster, Nobis humiliter intimauit, quod Karissimus pater noster Stephanus illustris quondam rex recolende memorie, quendam villam *Kuluswar* vocatam In Comitatu de *Culus* in Transsiluanis partibus existentem ob remedium anime sue, Ecclesie sancti Michaelis de Alba Transsilvana contulisset, et usque ad hec tempora villam eandem dicta ecclesia possedisset pacifice et quiete. Supplicans nobis cum instancia ut quemadmodum per ipsum karissimum patrem nostrum dicta villa memorate ecclesie est collata. Sic et nos relinquere ipsi ecclesie et collacionem huiusmodi innouare benignitate [így] regia dignaremur. Nos itaque

¹⁾ A kolozsmonostori konvent levéltárában levő eredetiből, mely bőrhártyára van írva, veres és sárga selyemzsinoron függő pecséttel erősítve, a mi ma hiányzik. Cottus Kolos A Nr. 51 Az oklevél mult századi bătirata ez : „Cottus Kolos 1264. Perennalis Compositio Abbatis Alberti de Colosmonostra cum Hildebrando de monte Sancti Georgii super certa hereditate in villa Scoyani existente facta. A. Nr. 51. alább ez : Pizon Pajtás régi Czédula, olvasd recreationis Causa.“ Azonban a szöveg világosan mutatja, hogy itt nem kolozsmonostori apátról van szó, valamint a Scoyan-alak is nincs minden kételyen feljűl. Én azért közlöm, hogy Fejér György egy-két tévedését megigazítsam ; lássék meg magából az oklevélből, hogy itt nem a kolozsvári Szent György nevű szőlő-hegy forog fenn, és hogy a szépeességi s erdélyi százszok között, az ősz hajdankorban fennállott szorosb viszonyra rámutassak. Szépeességi okleveleket az 1868-ban Kolozsváratt mulató magyar történelmi társulati tagok is találtak a gróf Rhédei-levéltárban.

Némi betűhibákkal közölte Cornides után Fejér, Cod. Dipl. Tom. VI. volum. 1, 337—339 II.

sanctorum progenitorum nostrorum vestigys salubriter inherentes prout etiam Officij nostri debitum id requirit. Cupientesque eandem Ecclesiam. In omni Jure suo inuiolabiliter conseruare, tum ob reuerenciam et deuotionem ipsius ecclesie, tum etiam propter eximias fidelitates et grata obsequia prefati Venerabilis Patris, supra dictam Villam *Kulusvar* cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis relinquimus prenotate ecclesie perpetuo et irrevocabiliter possidendam. Collacionemque dicti karissimi patris nostri ratam habentes in hac parte Auctoritate presencium innouamus. volentes vt ipsa Villa possideatur per Ecclesiam memoratam, sicut per Collacionem ipsius karissimi patris nostri Hactenus est possessa. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras duplicis Sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Venerabilis Viri Magistri Benedicti sancte Strigoniensis Ecclesie electi eiusdemque loci Comititis perpetui, prepositi Budensis, et Aule nostre vice Cancellarii dilecti et fidelis nostri. Anno domini Millesimo C^o C^o septuagesimo quinto Regni autem nostri Anno quarto. Vener. patrib. Stephano Colocensi, et Johanne Spalatensi Archi-Episcopis. Andrea Agrien. Gregorio Chanadiensi. Job. Quinque ecclesiensi. Philippo Waciensi aule domine regine karissime consortis nostre Cancellario. Timoteo Zagradiensi. Dyonisio Jawriensi. Lodomerio Waradiensi. et Petro prenotato Transilvano Episcopis. Petro electo Vespremiensi. Ecclesias dei fideliter gubernantibus. Petro Palatino, Comite Soproniensi et Iudice Cumanor. Ugrino Iudice Curie nostre. Matheo Magistro Tawernicorum nostrorum. Thoma bano tocius Sclauonie, Ladislao Wojwoda Transsilvano Comite de Zonuk. Stephano Magistro Dapiferorum nostr. Comite Borsiensi, Rolando Magistro Tauernicorum domine regine. Moys Comite Symigiensi Bagyn. Comite Zalagiensi. Herlando Comite Castriferrei. Michaelae Comite Nitriensi. et aliis quam pluribus Comitatus Regni tenentibus et honores. ¹⁾

¹⁾ László király 1275-ki adománylevele a fejevári káptalan levéltárában ma nincs meg, legalább az én ott-léteemben 1867 jun. 30. nem találtatott. Úgy kell lenni, hogy a tudós gr. Batthyáni Ignác püspök sem tudta megkeríteni, különben nem közölte volna „*Series Episcoporum*“ sat. című műve 18—20 lapjain az eredeti helyett a Károly király 1313-ki királyi megerősítő átiratát. Ezt Thodor, a Máriáról nevezett fejevári predikánsok rendjének és conventjének priora iratta át Benedek erdélyi püspök megtalálására püspöki titkár Péter mesterrel azon évben, Krisztus körülmetélése után ötödnapval. A miből én közlöm, az Károly király azon adomány-megerősítése, melyet János mester kükküllői — *kukullu* — esperest, fejevári prépost és alcancellár adott ki azon évi július 28-án (tredecimo kalend. augusti), átirta a váradi káptalan, György erdélyi püspöknek Miklós odavaló kánonok által kijelentett kérésére 1529-n szent György-nap előtti negyednapon; káptalani levéltári mutató jegye: Centuria XX. 100. Kiadta Fejér György is Cod. D. T. V: vol. II 254 — 56 ll. Eder : Schesaeus, Ruina Pannoniae című műve mellett 215, 282 ll. Schuller J. Károly: Archiv sat. I köt. 42 l. Legutoljára kiadták Teutsch és Firnhaber : Urkundenbuch zur Geschichte Siebenbürgens sat. 105 — 106 ll. ugyanabból az átiratból, melyből én; az átiratot 14-ik századbelinek írják, de az jól kiolvashatólag 1529-ből való.

X.

1280.

László király visszavonja azon királyi levelét, melylyel az erdön-túli püspökség által birt jószágok adományleveleit Péter püspök állítólagos felsegértése miatt megsemmisítette volt.

(L) ¹⁾ adizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque rex, omnibus x-sti fidelibus, presentem paginam inspecturis, salutem in eo, qui Salutem operatus est in medio terre. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam posterorum harum serie uolumus peruenire. Quod cum venerabilis pater P. dei gracia Episcopus Transsiluanus ex precepto et mandato uenerabilium patrum Lodomerÿ videlicet Strigoniensis, et Johannis Colocensis, dei gracia ecclesiarum archiepiscoporum, dicencium auctoritatem sedis apostolice se habere, et non ex proprio motu et voluntate, sicut ydem archiepiscopi prenotati coram nobis sunt confessi, Arbus, Cumanum, cognatum nostrum, et duos nepotes eiusdem, ac Moius Wojwodam nostrum Transsiluanum, dilectos, et fideles nostros, captiuasset, et propter hoc solum possessiones donaticias per inclitos reges, et illustres, Belam videlicet, clare memorie auum nostrum, et Stephanum felcis recordacionis patrem nostrum, nec non per nos, ecclesie beati Michaelis Catedrali datas, factas, et collatas, scilicet villam *Culuswar*, cum suis pertinencÿs, et villam Albensem, cum territorio suo Vniuerso, et alÿs sibi attinencÿs pertinentÿbus, nec non et alias donaciones nostras literis seu priuilegÿs nostris, consolidatas, ecclesie prelibate alienassemus revocando, tandem eodem venerabile (így) patre, nostram gratiam, et dileccionem optinente, et per omnia immunem Se, nobis in execucione predicti, et iniuncti sibi mandati exhibente, et reddente possessiones prelibatas, et omnes alias donaciones, super quibus littere, seu priuilegia nostra sunt concessa, eidem ecclesie beati Michaelis arcangeli reddendas duximus inreuocabiliter, ex gracia nostra pleniori, et regio cum favore, possidendas et habendas, prout hactenus ecclesia memorata habuit et possedit, inconcusse ab antiquo et ab omnibus illis, quibus villas, seu possessiones supra dictas contulerimus, reuocamus per presentes et litteras nostras, eisdem super dictis possessionibus emanatas, cassas decernimus et inanes et iuribus penitus carituras. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem, presentes concessimus litteras duplicis Sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Apoldja inferiori, in festo Sancti Egidi abbatis, [septemb. 1.] per manus ven(erabilis) patris, domini Gregorÿ, dei gracia Episcopi Chanadiensis, aule nostre vicecancellarÿ, dilecti, et fidelis nostri anno domini M^o C^o C^o octogesimo, regni autem nostri anno decimo septimo ²⁾).

¹⁾ Az eredetiben az L hiányzik.

²⁾ A károly-fejérvári káptalan levéltárában levő eredetiből, Cista C. F. 6 N-ro 35. Közlötték ezt Szeredai és Fejér György is; legutoljára Teutsch és Firnhaber: Urkundenbuch sat. 146—47 II. Én az eredetihez mindenben híven közlöm.

XI.

1282.

László király némely püspöki birtokokat kiveszen a vajda és minden más birók törvényhatósága alól s kizárólag püspöki hatóság alá rendeli.

Nos Lad. Dei gracia Rex Hungarie, memorie commendamus significantes uniuersis, quibus expedit, presencium per tenorem, quod venerabilis pater petrus dei gracia Episcopus transsiluanus dilectus et fidelis noster, ad nostram accedens presenciam, a nobis humiliter supplicando postulauit. quod cum sua Diocesis (így) hostili persecucione saxonum, et diversarum guerrarum regni nostri, nobis in tenera etate constitutis, ad tantam inhabitantium deuenerit raritatem, — quod — — usque ad tempora pauca in Alba, que est Sedes episcopatus sui Katedralis, et in alijs villis suis siue Curtibus Pontificalibus, quarum nomina sunt hec, uidelicet in comitatu albensi villa Sard, et in comitatu de Torda, villa sancti regis, Item in Comitatu de *Kulus* villa *Kuluswar*, villa Gylo, villa Kopis et villa Keresfev. Item in Comitatu de Doboka villa Herina et Bylokul, Item in Comitatu de Zonuk villa Zylah, et villa Tusnad, Item in comittatu de Zatmar villa Ebes, et in comitatu Býhoriensi villa Barat pispuk inquilini habeantur, nec illic conueniant, nisi eos et alios superuenientes, libertate ubrioris gracie dignemur preuenire. Nos igitur considerantes, quod ex incremento honoris pontificalis, simul et regia Dignitas suscipiat incrementum. ut eadem Ecclesia in pristinum statum possit reformari. attendentesque ipsius venerabilis patris fidelitates et grata obsequia, que in expugnandis et destruendis castris quorundam incolarum regni nostri, ex quibus spolia et vastus in nostri honoris detrimentum, et regni nostri dampnum non modicum, circa fluuium Zomus, et circa publicam stratam, per quam itur ad partes transsiluanas, committebantur, exhibuit, ex indulgentia regie benignitatis, in recompensationem seruiciorum ipsius predictorum, talem gratiam ei duximus faciendam, ut tam priores inquilini, ciuitatis Albensis et aliarum villarum suarum prescriptarum quam etiam hospites libere condicionis de nouo conuenientes, a iudicio Wayauade transsiluani pro tempore constituti, comitum parrochialium, nec non et aliorum omnium iudicum, penitus sint exempti, nec alicuius teneantur astare iudicio, nisi ipsius episcopi ecclesie transsiluane, Iudicis ipsius, vel uillici pro tempore constituti, et si episcopus, aut Iudices per ipsum positi in reddenda iusticia negligentes fuerint, aut remissi, uel tam arduum esset negocium, quod ipsi iusticiam facere non ualerent, ipsa causa vel tale negocium Regie tantum maiestatis examini terminanda deferatur. Prout etiam hanc gratiam dominus Rex Bela auus noster Karissimus quibusdam villis, et Curtibus ipsius episcopatus concesserat, sicut in eiusmodi privilegio, per karissimum patrem nostrum Stephanum illustrem regem Hungarie confirmato, uidimus contineri. Et cum presentes nobis fuerint reportate nostrum

eidem super premissis priuilegium conferemus. Datum iuxta fluuium Hernad prope uillam Zaka in festo beati Benedicti Confessoris, [october 23.] Anno Domini M^o CC^o octuagesimo secundo ¹⁾).

XII.

1282 — 1291.

Endre király megerősíti a László király által az erdön-túli püspöki birtoknak vajdai törvényhatóság alól kivételére nézve adott kedvezménylevelét.

Andreas dei gracia Hungarie, Dalmacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex. Uniuersis Xsti fidelibus presencium noticiam Habituris. Salutem in eo qui regibus dat Salutem. Uniuersorum noticie Harum Serie declaramus. quod venerabilis pater Petrus Dei gracia Episcopus Transsiluanus ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis patentes litteras, Ladizlai dei gracia Regis Hungarie patrnelis fratris nostri, super libertatibus populorum ecclesie sue confectas petens a nobis diligenter ac deuote. Vt nos eadem [így] litteras ratas habere et nostro dignaremur privilegio confirmare. Quarum quidem litterarum tenor talis est. Nos Ladizlaus dei gracia Rex Hungarie, memorie commendamus significantes uniuersis quibus expedit presencium per tenorem. Quod uenerabilis pater Petrus dei gracia Episcopus Transsiluanus, dilectus et fidelis noster, ad nostram accedens presenciam, a nobis Humiliter supplicando postulauit, quod cum sua Diocesis (így) Hostili prosequuacione saxonum et diuersarum guerrarum Regni nostri nobis in etate tenera constitutis, ad tantam inhabitancium deuenerit raritatem, quod usque ad hec tempora pauci in illa que est sedes episcopatus sui cathedralis, et in alys villis suis siue curtibus pontificalibus, quorum nomina sunt Hec. uidelicet in Comitatu albensi villa Sard, et in Comitatu de Torda villa sancti regis, Item in comitatu de *Culus* villa *Culuswar*, villa Golo, villa Kopus et villa Keresfev. Item in comitatu de Doboka villa Herena, et Byolokul, Item in comitatu de Zonuk villa Zylah et villa Tusnad. Item in Comitatu de Zatmar villa Ebes, et in comitatu Býhoriense villa Barat pispuk inquilini habentur, nec illic conueniant, nisi eos et alios superuenientes libertate uberioris gracie dignaremur preuenire. Nos igitur considerantes, quod ex incremento honoris pontificalis simul et Regia dignitas suscipiat incrementum. ut eadem ecclesia in pristinum Statum possit reformari. Attendentes que ipsius venerabilis patris fidelitates et parata obsequia que in expugnandis et destruendis Castris quorundam incolarum Regni nostri, ex quibus spolia et uastus in

¹⁾ A károly-fejérvári káptalan levéltárában levő eredetiből. Fasc. nro 135.; közölték Szeredai, Fejér, Katona, legutoljára Teutsch és Firnhaber : Urkundenbuch sat. 127—28 ll. megerősített átiratát Endre királytól 1291-ből szintén Fejér Gy. Cod. Dipl. VI. 1.149—50 ll. Egy — Mátyás király alatt 1474-ben Budán (feria secunda Rogationum) költ megerősítő átiratát kiadta Benkő is : Milkovia, sive Antiqui Episcopatus Milkoviensis Explicatio sat. című könyve II köt. 308—311 ll.

nostri honoris detrimentum et regni nostri dampnum non modicum circa fluium Zomus et circa publicam stratum per quam itur ad partes Transsiluanas committebantur, exhibuit, ex indulgentia Regie benignitatis et in recompensationem seruiciorum ipsius predictorum talem gratiam ei duximus facendam, ut tam priores inquilini ciuitatis albensis, quam aliarum villarum suarum uniuersarum, quam eciam Hospites libere condicionis de nouo conuenientes a iudicio Wayawade transsiluani pro tempore constituti, Comitum parrochialium, nec non et aliorum iudicum omnium, penitus sint exempti. nec alicuius teneantur astare iudicio nisi Episcopi ecclesie Transsiluane. Iudicis ipsius, vel uillici pro tempore constitutis (így) et si Episcopus aut Iudices per ipsum positi in reddenda iusticia negligentes fuerint aut remissi, vel tam arduum esset negocium, quod ipsi iusticiam facere non ualerent, ipsa causa uel tale negocium regie tantum maiestatis examini terminande deferatur. Prout eciam Hanc gratiam dominus Rex Bela auus noster karissimus quibusdam uillis et curtibus ipsius Episcopatus concesserat, sicut in eiusdem priuilegio per karissimum patrem nostrum Stephanum illustrem Regem Hungarie confirmato uidimus contineri. Datum iuxta fluuium Hernad prope uillam Zaka in festo beati Benedicti confessoris [october 23.] anno domini M^o CC^o octuagesimo secundo. Nos itaque ipsius venerabilis patris petitionibus fauorabiliter inclinati, libertates populorum suorum et ecclesie sue prescriptas et aliarum uillarum suarum prescriptarum quarum nomina presentibus subscribi faciemus uidelicet ciuitatis albensis et suis pertinencys, uilla scilicet sancti Regis, et uilla Sancti Nicolai in comitatu de Torda Item vÿsta et Sasag in Comitatu de *Culus*, et uilla Neech in Comitatu de Doboka. quorum hospites congregatos et congregandos in libertatibus prescriptis conseruare uolumus, ratas habentes et acceptas, tenorem dictarum litterarum regis Ladizlai presentibus inseri faciēdo, auctoritate presencium confirmamus. Dupplicis Sigilli nostri munimine roborando. Datum per manus Venerabilis viri magistri Theodori Albensis ecclesie p̄positi aule nostre vice cancellary dilecti et fidelis nostri. Anno Domini M^o C^o C^o nonagesimo primo Kalend. marcy, [márcz. 1] Regni autem nostri anno primo. ¹⁾

¹⁾ A károly-fejőrvári káptalan levéltárában levő eredetiből; közölve van: Urkundenbuch zur Geschichte Siebenbürgens című könyvben 1857. a 165-ik lapon is.

E kiváltságot Gábor erdélyi fejérvári püspök kérésére Mátyás király is megerősítette 1474-ben Budán (feria secunda Rogationum) azon falvakra, mezővárosokra és birtokokra s birtokrészekre nézve, a melyeket a püspök akkor birt — quas et quae idem Dominus Episcopus nunc possidet Valamely hibás példányból közölte Benkő, Milkovia sat. II köt. 308 - 311 ll.

XIII.

1291.

II Endre király Torda-Aknának a Kolozs-Akna és más aknák szabadságait
adományozza.

Andreas dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex. Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis, salutem in omnium Salvatore. Regiam decet majestatem numerum hospitem sibi famulantium ampliare, et pauperibus, ¹⁾ et inopia ²⁾ subvenire, ut iidem a necessitatibus ipsorum alleviati naturali domino ferventius et expeditius voleant (így) deservire. Proinde ad universorum notitiam tenore presentium volumus pervenire. Quod hospitibus nostris de Thorda Akna, qui omnia instrumenta ipsorum super statu libertatis eorum confecta in castro Mikud bani tempore Tartarorum per eosdem Tartaros dixerunt igne esse consumpta, et etiam concremata, quod et nobis per multos barones, et nobiles regni nostri constitit evidenter, illam et eandem concessimus libertatem, qua hospites nostri de Deesakna, Zek et *Kolos* gratulantur. Statuentes specialiter, ut nullus voyvoda noster pro tempore constitutus, ac parochialis comes de Thorda, vel officiales eorundem in ullo articulo causarum possint et debeant eos judicare, preter personam nostre majestatis, vel magistrum thauernicorum nostrorum (így), qui pro tempore fuerit constitutus nec residentiam ratione judicatus, nec iudicium inter eosdem facere, vel exercere presumat, ac etiam descensus violentos, sed per villicum eorundem communiter electum debeant judicari. Concessimus etiam eisdem fora feria sexta ab hora pomeridiana usque horam vespertinam die Sabbathi absque aliquo tributo omnibus ipsum forum causa mercandi intransitibus celebrandum. Statuimus etiam, quod hospites nostri ibidem in Thorda domicilia habentes, de mercibus eorum nullum tributum soluere teneantur. Preterea secundum formam status libertatis aliorum hospitem nostrorum, etiam eisdem de regia benignitate ut ante festum beati Martini octo diebus proxime precedentibus, iidem sales in salis fodinis nostris liberam pro se exercendi et vendendi habeant facultatem. Insuper etiam quasdam terras nostras Kölködök, Udvar Mykthelek, et silvam nostram Király erdeje vocatam, ultra Thorda hasadékjá existentem pro eo, ut numerus eorum augeri possit, relinquimus eisdem possidendam, prout antea ab antiquo dinoscebantur possedisse. In cujus rei memoriam, ut status libertatis dictorum hospitem nostrorum per nos innovatus, et concessus firmus et inconcussus permaneat, nec processu temporis valeat per quempiam retractari, presentes conces-

¹⁾ Fejérnél : paupertatibus.

²⁾ „ : inopia (ipsorum, utána toldva.

simus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Magistri Theodori ecclesie Albensis prepositi aule nostre vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri. Anno domini MCCXCI regni autem nostri anno primo. ¹⁾

XIV.

1291.

Miklós koloszvári várjobbágy Lomb nevű birtokát eladja Péter erdőn-túli püspöknek.

Capitulum ecclesie Beati Micahelis (így) arcangeli Transsiluane, Vniuersis Xrsti fidelibus, tam presentibus, quam futuris, presens Scriptum inspecturis, Salutem in salutis largitore. Vniuersorum Noticie harum serie declaramus. Quod Nicolaus iobagio castri *de Clus*, pro se, et Johanne filio suo, personaliter coram nobis comparendo, terram suam *Lomb* vocatam, in Comitatu *de Clus* existentem, cum Siluis, virgultis, Nemoribus, pratis et fenetis, Omnibus videlicet Vtilitatibus suis et pertinencijs, sub eysdem antiquis metis, signis, seu terminis quibus eam idem Nicolaus habuit et possedit tam ex parte sua quam ex parte dicti filij sui, dedit, tradidit, et irrevocabiliter vendidit, Venerabili patri domino P. Episcopo, prelato nostro, et per eum Successoribus, coepiscopis suis, Episcopatui scilicet Transsiluano, possidendam, et habendam iure perpetuo pro Viginti marcis per eundem Nicolaum, et ut ipso referente percepimus per memoratum Johannem filium suum, a dicto domino Episcopo plene habitis et perceptis. Item predictus Nicolaus obligauit se, et filium suum prenotatum, expedituros proprijs laboribus, et expensis, pretatum dominum Episcopum, ab Omni, quam contra eum Occasione dicte terre processu temporis per quempiam oriri contingeret accione. In cuius rei testimonium, perpetuamque firmitatem, ad petitionem, et instanciam predictorum, presentes concessimus litteras, munimine nostri Sigilli roboratas. Datum Magistro Micahale preposito, Gregorio Cantore, Paulo Custode, Petro Decano, Ecclesie nostre existentibus. Anno Domini M ° CC ° nonagesimo primo. ²⁾

¹⁾ Urkundenbuch zur Geschichte Sieb. 174 l. Ez oklevelet átírták : Robert Károly 1315 és 1335-ben, I Lajos 1349-n és 1377-ben, I Ferdinánd 1552-ben, végre Bethlen Gábor 1614-ben. Az Urkundenb. szerkesztői Gr.Kemény után közölték, a ki a maga másolatát 1835-ben Bécsben az 1552ki eredetiből javította ki. Kiadta—úgymond Gr. Kemény — Fejér hibásan VI. 1. 105 l. Megvan a hátyára írt eredetiből elolvasva Cornides Dániel magy. akad. gyűjteményében : Coll. Diplom. Tom. III. Nro 8. Emliti Eder is Felmerhez írt jegyzeteiben 133. l. Azonban a másolás nem volt teljesen hű ; azon korban ugyanis etiam , gratia s más ily szókbán a kis *t* c-vel , az *u* v-vel s megfordítva , az *i* j-vel szokott rendszeren íratni , s így tovább.

²⁾ A károly-fejérvári káptalan levéltárában levő eredetiből C. U. N-ro 46. Közölte ezt Teutsch és Firnhaber is : Urkundenbuch sat. 177—78 ll.

XV.

1299.

Péter erdön-túli püspök és a kolozsmonostori apát között létrejött csereszerződés, egyfelől Leske és Szent-György, másfelől Nádasd és Bogártelke nevű birtokok iránt.

In rerum ecclesiasticarum agendis, semper meliora prospiciuntur, et utiliora attenduntur, ad hoc, ut dei ecclesia in suo Statu tuta permaneat, et in suis bonis sit tranquilla, Pro eo, Nos Petrus, dei gracia Episcopus Transsiluanus, commodum et utilitatem nostri Episcopatus, Studio sollerciori attendentes, ut populi Episcopatus nostri, *de Klusuar* de fenes et aliarum Villarum nostrarum circumiacencium, commodius et quiecinius uti valeant, liberius ac largius, in suis bonis, nobis servire possint, propter hoc diligenti deliberacione premissa, cum viro religioso fratre Lazaro abbate Monasterij gloriosissime Virginis Marie de *Klus*, contractum permutacionis de quibusdam terris, *Leske*, et *Scentgyurg* uocatis, inter possessiones nostras iacentibus duximus celebrandum (így), in quarum terrarum concambium, quasdam villas nostras, *Nadasd*, et *Bugarteluke* uocatas, villis et terris Monasterij predicti commetaneas, ab alijs terris nostris, et possessionibus, certis metis et terminis separatas et distinctas, abbati et per eum Monasterio predicto damus et assignamus, ac per cartam presentem, ipsum fratrem Lazarum, tamquam abbatem et legitimum eiusdem Monasterij administratorem, verum dominum et legitimum constituimus possessorem earundem. Promittendo eidem. ut si ullo unquam tempore, idem dominus Abbas, uel eius Successores, in terris per nos datis in toto impeterentur, uel in parte, nos et nostri Successores tenebimur semper ipsum dominum Abbatem et Monasterium in possessione quieta conseruare, et si hoc facere non attenderemus nec possemus, ex tunc terre memorate nobis in concambium assignate, ad ius et proprietatem Monasterij sine aliqua redeant questione. Promittimus insuper, ut Abbas nunc existens et futuri Abbates, si quando uoluerint, et lignis pro edificijs in claustro faciendis, uel pro reficiendo Monasterio ac domorum in claustro existencium indiguerint, liberam habeant facultatem incidendi ligna in Sylua *Leske*, et exportandi, sine aliquo impedimento, quocienscumque uoluerint. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem, hanc cartam, seriem permutacionis continentem, Sigillo nostro Abbati, et Monasterio sepefato damus et tradimus consignatam. Datum in *Klusuar* in festo exaltacionis sancte crucis, [sept. 14.] Anno Domini M^o CC^o nonagesimo nono. ¹⁾

¹⁾ A kolozsmonostori konvent levéltárában levő eredetiből. Lásd: Urkundenbuch sat CCXVII.-ik oklevél, 210—11. ll., hol az eredetitől egy-két betű-eltéréssel van közölve; leglényegesebb a Transiluanus helyett olvasott Transiluanie—alak, mert ez amaz időben még nem volt használatban.

XVI. a ¹⁾


1316—1331—1336.

Robert Károly újból formaszerű kiváltságlevélbe foglalja s érvényre emeli azon jogokat és kedvezményeket, melyeket IV. István király Kolozsvárnak első megalapításakor adott volt.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie Gallicie, Lodomerie Comanie, Bulgarieque Rex Princeps Sallernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus, omnibus X-sti fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis, Salutem in omnium Salvatore, Justis petencium desiderijs consensum prebere Jus inuitat et Regalis munitencia exortatur in Hys precipue, que subditorum comodis videntur vtilliter conuenire, Proinde ad uniuersorum noticiam harum Serie volumus peruenire, Quod Petrus magnus villicus seu Judex Ciuitatis nostre *Kuluswar* et Thomas Hospes de eadem ad nostre serenitatis presenciam accedentes suo et vniuersorum fidelium Hospitum nostrorum de eadem, exhibuerunt nobis quasdam literas nostras patentes sigillo nostro moderno consignatas infra scripti tenoris, nostram humiliter flagitantes Excellenciam, quatenus ipsas ratas habere et in formam nostri priuilegij redigi facere de pietate Regia dignaremur, quarum tenor talis est, Nos Karolus dei gracia Rex Hungarie. Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis Memorie commendantes, quod fideles Hospites nostri de *Koluswar*, ad nostre celsitudinis accedentes presenciam, Exhibuerunt nobis quoddam priuilegium nostrum Principali autentico siue maiori Sigillo nostro consignatum super libertatibus ipsorum per nos eisdem graciose datis et concessis confectum, Petentes nos Humili precum instancia, ut ipsum priuilegium nostrum seu ipsas libertates eorum per nos concessas ratificantes et pariter approbantes appositione presentis noui et autentici sigilli nostri uberiozem ad cautelam ex benignitate Regia dignaremur saltem patenter confirmare. Cuius tenor talis est.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex, Omnibus X-sti fidelibus presens scriptum inspecturis Salutem in Vero Salutari, Quum Rex magnus super suas gentes is digne fari potest, qui multitudine populorum gratulatur gloriando ut in pacis pulchritudine et quietis tranquillitate sedeat Civitas Plena populo et vita opulenta perfuatur, Hinc est, quod discretus Vir Benedictus Plebanus de *Kuluswar* et Canonicus Albensis et Comes Tarch ²⁾ Judex de ea-

¹⁾ Ez, eredetileg egy oklevelet XVIa és XVIb alatt két részben közlöm; az első Robert Károly király eredeti kiváltsága külön választva, az utolsó I. (nagy) Lajos király megerősítése. A két felé szakítás indoka a szövegből és a XVIb jegyű megerősítő oklevél közepén levő jegyzésből meglátszik.

²⁾ Íme hasonmása :  A konventi átiratban hibásan : *Starch*. Sokan így olvassák: *Fark*. Ez is hibás. Jó úgy, a mint én adom. *Tarcsa-háza*, ma is a város egyik legszebb határ-része, kétségtelenné teszi ezt.

dem *Kulusuar* suo et vniuersorum Hospitum nostrorum de eadem nomine ad nostram presenciam accedentes Humiliter nobis supplicarunt, proponentes in hunc modum, Quod cum Stephanus Illustris Rex Hungarie quondam Atauus et progenitor noster, bone memorie volens olȳm fundare et congregare predictam Ciuitatem *Kulusuar* multa prerogativa libertatum ipsos decorasset et preditos fecisset Post modum vergente deorsum condicione status mundi per incapati temporis discrimina, ydem Hospites nostri a via libertatum suarum deteriorati cecidissent, petentes a nobis cum instancia ut ad pristinam et antiquam libertatem ipsorum ipsos restituere et restitutos in eadem conseruare dignaremur. unde quia auditis Supplicacionibus et petitionibus ipsorum occurrit nobis considerare illud autenticum Huic proposito fore congruum atque consonum, Rex pacificus pia miseracione, disposuit sibi subditos fore pacificos et quietos et sue multitudinis libertate, fruituros, Nos Itaque instar Huius gerere volentes, attendentes fidelitates predictorum Hospitum, et Saxonum nostrorum quas nobis multa fidelitate suorum laborum non solum res et bona ipsorum, ymo eciam personas ipsorum fortuitis casibus ymo certis periculis exponendo, verum eciam plurimas mortes et cedes Hominum perpaciendo Sumpme fidelitatis indicio impendere curauerunt et presertim nouissime istis temporibus Contra nostros emulos procedendo licet non cum minima rerum et personarum ipsorum iactura nobis fideliter seruierunt, Igitur quia Ex Officio nostre Regie maiestati incumbenti, que nulli deesse in suo Jure ymo iniuriam in Jus restaurare debemus, eorundem Hospitum nostrorum iustis petitionibus inclinati ipsos et per ipsos ipsorum Heredes reddidimus et restituimus, ad antiquam et eandem pristinam libertatem ipsorum qua vel quibus per memoratum Stephanum Regem a prima fundacione et congregacione ipsius Ciuitatis prediti fuerant eadem prerogatiua libertatum eciam nostris temporibus fruituros, quas Hoc ordine tenore presencium specificandas duximus et pariter exprimendas, quod singuli Hospitum nostrorum de predicta Ciuitate aratra Habentes in festo beati Martini singulis Annis singulos fertones cum pondere Regali, Ceteri vero Hospites per se domos et non aratra habentes, singuli singula tria pondera in predicto festo, Inquillini autem, alterum dimidium Pondus singuli predicto tempore nomine terragȳ modo premissso, soluere tenebuntur, Preterea de singulis Sexaginta mansionibus unum armatum decenter ordinatum ad exercitum nostrum transmittere tenebuntur, Item villicum inter se libere eligant quem de communi consensu et Voluntate duxerint ordinandum, Qui quidem Villicus ipsorum omnes causas inter ipsos et intra metas ipsorum exortas, exceptis Causis Homicidȳ furti latrocinȳ incendȳ et vulneris, quod wlgō dicitur *Boysch* quas Judex noster et villicus ipsorum pro tempore constituti Pariter Judicabunt, Judicia inter se taliter diuidentes, quod duabus partibus Iudici nostro cedentibus terciam partem in dictis causis villicus ipsorum obtinebit, Item Concessimus eciam eisdem Hospitibus nostris, quod intra terminos parcium transsiluanarum, tam in Ciuitatibus, quam eciam in alijs locis de mercibus et rebus ipsorum nullum tributum soluere tenebun-

tur, Item Sacerdotem et Plebanum de communi libere eligant voluntate sicut in alijs Ciuitatibus nostris est consuetum, Cui omnia Jura eidem de Jure debita administrare tenebuntur, Item Concessimus eisdem quod terras circum quaque iacentes, quas usque modo iuste tenuerunt et possederunt cum Siluis Nemoribus Pratis terris arabilibus et alijs utilitatibus uniuersis teneant et Possideant ut usque iuste possederunt sic possideant pacifice et quiete sine preiudicio tamen Juris alieni, Hec et alia, que idem Dominus Stephanus Rex eisdem concesserat promittentes inuolabiliter observare, In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem, presentes eisdem nostras Privilegiales concessimus litteras, dupplicis Sigilli nostri munimine roboratas, Datum per manus discreti viri Magistri Johannis albensis ecclesie prepositi Aule nostre Vice Cancellarij et archidiaconi de Kulkullen dilecti et fidelis nostri, Anno Domini Mill^o CCC^o Sextodecimo, X^{mo} iij. Kalendas Septembris, [aug. 19.] Regni autem nostri Anno similiter Sextodecimo, Nos Itaque Peticionibus ipsorum fidelium hospitem nostrorum Huiusmodi iustis admissionique condignis fauorabiliter inclinati prescriptum Privilegium nostrum nobis per eosdem reportatum in nulla sui parte viciatum de verbo ad verbum presentibus insertum simul cum libertatibus premissis per nos eisdem Hospitibus nostris de *Kuluswar* restitutis ymo concessis, ratificamus acceptamus approbamus et Presentis scripti Patrocinio appositione Huiusmodi Sigilli noui et autentici confirmamus, datum in Wysegrad in festo translacionis beati Benedicti Confessoris, [jul. 11.] Anno Domini M^o CCC^o XXX^o Primo, Nos Itaque Peticionibus eorundem Hospitem nostrorum de *Kuluswar* utpote Juri consonis per omnia annuentes et volentes ipsorum seruicys laude dignis correspondere Regio cum fauore ipsas litteras nostras Patentes, acceptamus approbamus ratificamus Presentis Scripti Patrocinio de consilio Prelatorum et Baronum Regni nostri ex certa Sciencia perpetuo valere confirmantes, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras dupplicis Sigilli nostri noui et autentici munimine roboratas, Datum per manus venerabilis viri Magistri Thatamerij albensis ecclesie prepositi, Aule nostre Vice Cancellarij, dilecti et fidelis nostri tercio nonas Apprilis [april. 3.] Anno Domini M^o CCC^o XXX^{mo} Sexto, Regni eciam nostri Anno Similiter XXX^o Sexto, Venerabilibus in X^{to} Patribus Domino Chanadino Strigoniensi fratre Ladislao Colochense, Aule nostre Cancellario Ecclesiarum Archiepiscopis, Nicolao Jauriensi, Ladislao Quinque ecclesiensi, Andrea Transiluano, Ladislao Zagrabiensi, Andrea Varadiensi, fratre Rodolpho Wachyensi, Nicolao Agriensi, Jacobo Chanadiensi, Meskone Wesprimiensi, Aule Domine Regie Consortis nostre Karissime Cancellario, Boznensi et Syrmieni Sedibus vacantibus, fratre Vito Nitrensi et fratre Paulo Albensi de Nandor, Ecclesiarum episcopis, Ecclesias dei feliciter gubernantibus, Magnificis Viris Villermo Druget Palatino et Iudice Comanorum, Demetrio magistro Thauarnicorum, nostrorum, Thoma Woywoda Transsilvano et Comite de Zonuk, Paulo Iudice curie nostre, Mykeh Bano tocius Sklauonie, Nicolao Bano de Macho, Paulo magistro Thauarnicorum dicte Domine Regine,

Dyonisio dapiferorum nostrorum, Stephanõ agazonum nostrorum magistris et magistro Nicolao Comite posoniensi et alijs quam pluribus Comitatus Regni nostri tenentibus et honores. ¹⁾

XVI. b)

1316—1331—1336—1353—1365.

I. Lajos király megerősíti atyja által a kolozsváriaknak adott alap kiváltságlevelét.

²⁾ Odouicus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex, Princeps Sallernitanus et honoris montis Sancti Angeli Dominus, Omnibus X-sti fidelibus tam presentibus quam futuris noticiam presencium habituris, Salutem in omnium Saluatore, Regie Sublimitatis immensitas cuius est in subiectionum et populorum multitudine gloriari, solet suorum Subditorum libertates a suis predecessoribus benigniter prestatas confirmare, ut numerus populorum eius augeatur fruencium certa lege; proinde ad uniuersorum noticiam Harum serie volumus peruenire, Quod Comes Daud Cuius et Reymarus Notarius Ciuitatis nostre de *Kuluswar*, suis et uniuersorum Ciuium ac Hospitum nostrorum, de eadem *Kuluswar*, vice et nominibus ad nostre Serenitatis accedentes presenciam, Exhibuerunt nobis, quasdam literas Priuilegiales quondam excellentis et magnifici Principis, Domini Karoli olym Ineliti Regis Hungarie Patris nostri karissimi beate recordacionis tercio et ultimo suo Sigillo consignatas confirmantes literas Patentes eiusdem, que, Priuilegium ipsius Patris nostri, priori et antiquiori suo Sigillo consignatum, super libertatibus eorundem Ciuium et Hospitum nostrorum emanatum confirmatiue continebant, Tenoris infrascripti, Supplices nostro culmini, prece subiectiua ut ipsas Simul cum libertatibus eorum expressis in eisdem ratas Habendo acceptare ratificare et pro eisdem nostro dignaremur Priuilegio confirmare, Quarum Tenor talis est. [*Karolus stb.* ³⁾ *a többi úgy, mint a XVI. a) jegyű oklevélben.*]

¹⁾ Az I. Lajos király által 1353-n és 1365-n átírt és megerősített eredetiből] mely hátyára van írva és sárga s veres zsinoron függő pecséttel két ízben volt megerősítve; levéltári jegye Fasc. J. Nro 2. Lásd előzményét és megerősítési záradékát a következő Fasc. J. 2 szám és jegy alatt. Robert Károly ezen kiváltságát némileg hibásan közölte mostani ágostai hitvall. Superintendens Teutsch Gy. úr az Archiv für Sieb. Landeskunde 1846-k évi II. köt. 327—332 ll. Én itt megigazitva adom.

²⁾ Az L-nek hely van hagyva, hihetően azért, hogy később díszesen legyen beírva, de végkép elmaradt. Vajjon mai sok jegyzőkönyv-szerkesztőink nem ezektől a derék diplomairóktól sajátították el a megelőző végzések kelési olykor jegyzőkönyvi számának a j. könyv első megírásakor üresen hagyott helyekre bejegyzését? Én a királyi jegyzőken kezdve, a községi jegyzőkig ily esetet a lefolyt századok alatt öt-hat százat láttam. A dolog be nem végzése, a könnyűszerű félbenhagyás, s egy idő után örökre elfelejtés gyöngesége — úgy látszik — nemzeti öröklött gyöngeségünk.

³⁾ Előbb a volt szándékom, hogy Robert Károly királynak 1316—1331—1336. évi újraalapító-levelét I. Lajos király ez átíró és megerősítő leveléből kivéve közöljem. Később meggondolkozva, a boznai pecsét elveszésre vonatkozó följegyzésért, s amaz oklevélnek nagyobb hitelességeért annak is közlésére határoztam el magam. Ezért van az egy oklevél két szám alatt.

Nos itaque attendentes Regiam maiestatem in multitudine populorum rotundari propositis petitionibus eorundem fidelium Ciuium et Hospitum nostrorum de *Kulusuar* ut ipsi numero et fidelitate augeantur fauorabili pietate exauditis predictas literas Priuilegiales ipsius Patris nostri de verbo ad verbum presentibus insertas simul cum omnibus libertatibus, expressis in eisdem ratas habendo, acceptamus ratificamus et approbamus, ac easdem quoad omnes continencias Regia auctoritate perpetue confirmamus, In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras Priuilegiales, pendentis et autentici Sigilli nostri dupplicis munimine roboratas, Datum per manus Venerabilis in X-sto Patris domini Nicolai Episcopi Ecclesie Zagradiensis aule nostre vicecancellarij, dilecti et fidelis nostri Anno Domini M^o CCC^{mo} L^{mo} Tercio, tercio Kalendas aprilis [marz. 30] Regni autem nostri anno duodecimo, venerabilibus in X-sto patribus et dominis, Nicolao Strigoniensi, loci eiusdem Comite perpetuo, Dominico Spalatensi Archiepiscopis, fratre Dyonisio Archyelecto Colocensi, Nicolao Agriensi, Demetrio Waradiensi, Andrea Transilvano, Colomano Jauriensi, Nicolao Quinque ecclesiensi, Michaelae Wachyensi, Johanne Westprimiensi, Thoma Chanadiensi fratribus Thoma Syrmiensi, Stephano Nytriensi et Blasio Tininiensi, Ecclesiarum Episcopis, Ecclesias dei feliciter gubernantibus, Magnificis Baronibus Nicolao Palatino et Iudice Comanorum, Nicolao Woyuoda Transilvano et Comite de Zonuk, Honore Magistri Tauarnicatus nostri vacante, Comite Thoma Iudice Curie nostre, Dominico de Machow et Nicolao de Zeurino Banis Paulo Magistro Thauarnicorum Reginalium, Olyuerio Iudice Curie Reginalis, Leukus dapiferorum et Pincernarum, dyonisio agazonum et Theuteus Janitorum nostrorum, ac Johanne dapiferorum Reginalis Maiestatis, magistris, nec non, Sýmone Comite Posoniensi, et alijs quam pluribus Regni nostri Comitatus tenentibus et Honores. [Itt a pergamen alján bairól e záradék volt egykoru kézírással írva:] Ad perpetuam Rei memoriam Nos Lodouicus rex prefatus, universis declaramus, quod ubi in regno nostro Bozne innumerabilis multitudo Hereticorum et pataternorum ¹⁾ pululasset in errorem fidei orthodoxe, ad extirpandumque de ipso regno nostro eosdem, ex una parte nos personaliter instaurato valido exercitu proficiscebamur, ex alia vero parte venerabilem in X-sto patrem Dominum Nicolaum Archiepiscopum nostrum Cancellarium, penes quam utrumque par Sigilli nostri autentici habebatur. et Virum magnificum Dominum Nicolaum Palatinum, cum ceteris prefatis Baronibus et regni proceribus in Wzuram destinaramus, quidam familiarium ipsius Domini Archiepiscopi, pro custodia deputati utrumque par dicti Sigilli nostri preconcepta malicia subtraxerunt. Nos itaque precuentes ne ex huiusmodi Sigilli nostri deperditione regnicolis nostris in eorum Juribus successive periculum possit immi-

¹⁾ *Privilegia Civitatis Claudiopolitanæ* című másolati gyűjteménynek Fejérváratt a Batthyáni-könyvtárban levő példányában a 679. lapon Brassónak adott egy ehhez hasonló kiváltságlevélben e szó így van írva: pataternorum. Ez költ quinto Kalend. aprilis 1353 és épen így utána van téve a királyi pecsét elveszése története.

nere, Sigillum novum in duobus paribus fecimus pro nobis sculpi, quod ad omnia privilegia nostra et condam domini Karoli regis patris nostri sub priori Sigillo eiusdem tempore sue Coronacionis sculpto et demum per eundem, eoque sub ipso plurime infidelitates perpetrare extiterunt reperte, permutato ac sub alio Sigillo ipsius in partibus Transalpinis casualiter deperdito confecta, iuxta dicta tria Sigilla decrevimus fore apponendum, ad quorumcunque vero privilegia prima dictis duobus prioribus suis Sigillis consignata, que per eundem patrem nostrum per Sigilla eiusdem posteriora vel per nos cum Sigillo nostro premissis deperdito, confirmata non haberentur et ad ipsa privilegia ipsum novum sigillum nostrum non appenderetur, vel quecunque patentes litere nostre vel paterne non confirmarentur, ea privilegia et litere, sicut per eundem patrem nostrum fuerunt revocata et annullata, sic et nos ipsas seu ipsa commisimus viribus caritura Interque presens privilegium nostrum omni suspicione destitutum et omnia in eo superius contenta et expressa pro predictis Civibus et Hospitibus nostris de *Kaluswar* [így] eorumque heredibus dicti sigilli nostri novi duplicis et autentici appensione innouamus et perpetuo confirmamus, datum per manus eiusdem domini Nicolai Archiepiscopi Cancellarii nostri, Anno domini M° CCC° LX^{mo} quinto ¹⁾ VIII° Idus septembris, [sept. 6.] Regni autem nostri anno vigesimo tercio. ²⁾

XVII.

1316—1331 — 1336.

A kolozsmonostori konvent átírja némi módosítással Robert Károlytól a kolozsváriaknak adott alapkiváltságlevelét.

³⁾ Nos Conventus monasterii Beate marie virginis de *clus* inistra (így) memorie commendantes omnibus X-sti fidelibus tam presentibus quam futuris Salutem in omnium Salvatore. Ad uniuersorum noticiam Harum serie

¹⁾ A *Privilegia Civitatis Claudiopolit.* című másolati gyűjteményben a kelet ez: Datum per manus ejusdem Nicolai Archi Episcopi Cancellarii nostri, Quinto Calendas Novembris Anno Domini 1364. Ez mutatja, hogy a király Brassó kiváltságát egy évvel hamarabb megerősítette.

²⁾ Az eredetiből, mely hártýára van írva; előbb sárga selyem zsinoron függő pecséttel volt megpecsételve, de az a zsinorról levétetett s másodszor [1365] veres sodrott selyem zsinoron függő pecséttel pecsételtetett meg, — e pecsét egyik felén a kettős kereszt, másikon a király életnagyságu képe ma is jól látszik, széle azonban meg van rongálva. [Fasc. I. Nro 2.]

³⁾ Ez oklevél egyébben egészen egyezik a J. 2. sz. alattival, csak az adófizetés összeg és alap különbözik a kettőben; amabban a lakosok több osztályba vannak sorozva vagyonosság és birtok tekintetében, s mindenki az alapító-levélben kimondott elv szerint fizeti adóját; ebben a várostra collectív értelemben van kiszabva egy összeg, s ezt a város tetszéséhez képesti kulcs szerint osztotta fel polgáira. A két oklevél hitelességére s kiváltsági értékére a szövegben megmondom nézetemet.

volumus peruenire quod Comes valtherus et alter Comes Daud de ciuitate *Kuluswar* Ad nostram Accedentes presenciam exhibuerunt nobis quoddam priuilegium serenissimi principis Karoli Regis domini nostri tenoris infra-scripti, supplicantes nobis ut ipsum priuilegium propter maiorem cautelam et Juris conservacionem de uerbo Ad uerbum transcribi et sub transcripti formam priuilegialem redigi facere dignaremur, quarum tenor talis est.

[Ezen tül szó szerént az, a mi a Károly király megerősítő átirata 1336-ról — eddig : et pariter exprimendas . . .]

quod Ciuitas nostra *Kuluswar* vocata in festo sancti Martini confessoris singulis annis Lij marcas argenti cum pondere regali nobis ac nostris successoribus modo premissis soluere tenebuntur preterea eciam de singulis sexaginta mansionibus unum armatum decenter ordinatum ad exercitum nostrum transmittere tenebuntur Item villicum inter Se libere eligent, quem de comuni consensu et voluntate duxerint ordinandum Quiquidem villicus ipsorum omnes causas inter ipsos et intra metas ipsorum exortas exceptis causis homicidij furti latrocinij incendij et wlnoris quod wolgo dicitur *Boy Seb* quas Judex noster et villicus ipsorum pro tempore constituti pariter Judicabunt Iudicia inter se taliter diidentes, quod duabus partibus Judici nostro cedentibus, terciam partem in dictis causis villicus ipsorum optinebit. Item concessimus eciam eisdem Hospitibus nostris quod intra terminos parcium Transsiluanarum tam in ciuitatibus quam eciam in Aljs locis de mercibus et rebus ipsorum nullum tributum soluere tenebuntur Item sacerdotem et plebanum de Communi libere eligent voluntate sicut in aljs Ciuitatibus nostris est consuetum cui omnia Jura eidem de iure debita administrare tenebuntur. Item concessimus eisdem quod terras circum quaque iacentes quas usque modo iuste tenuerunt et possederunt cum siluis nemoribus pratis terris arabilibus et aljs utilitatibus uniuersis teneant et possideant ut usque iuste possederunt, sic possideant, pacifice et quiete sine preiudicio tamen Juris alieni Hee et alia que idem dominus Stephanus Rex eisdem concesserat promittentes inuiolabiliter obseruare In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes eisdem nostras priuilegialiter concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas Datum per manus discreti viri magistri Johannis Albensis ecclesie prepositi aule nostre vice cancellarij et archydiaconi de Kukullev dilecti et fidelis nostri Anno domini Millesimo trecentesimo sexto decimo, decimo Kalendas Septembris [aug. 23.] Regni autem nostri Anno similiter sexto decimo Nos itaque petitionibus ipsorum fidelium Hospitum nostrorum huiusmodi iustis admissionique condignis fauorabiliter inclinati prescriptum priuilegium nostrum nobis per eosdem reportatum in ulla sui parte viciatum de uerbo ad uerbum presentibus insertum simul cum libertatibus premissis per nos eisdem Hospitibus nostris de *Kuluswar* restitutis ymo concessis ratificamus acceptamus approbamus et presentis scripti patrocínio appositione Huiusmodi sigilli noui et autentici confirmamus Datum in Wyssegrad In festo Translationis beati Benedicti confessoris [jul. 11.] Anno domini Millesimo trecentesimo trigesimo primo. Nos itaque petitionibus eorundem Hospitum nostrorum de *Koluswar* utpote

Juri consonis per omnia annuentes et volentes ipsorum seruicys laudedignis corespondere Regio cum fauore ipsas litteras nostras patentes acceptamus approbamus ratificamus presentis scripti patrocínio de consilio prelatorum et Baronum Regni nostri ex certa sciencia perpetuo vallere (így!) confirmantes. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri noui et autentici munimine roboratas Datum per manus venerabilis viri magistri Tatamerý Albensis ecclesie prepositi aule nostre vice cancellarý dilecti et fidelis nostri tercio nonas aprilis [ápril. 3.] Anno domini M^o CCC^o XXX^{mo} Sexto regni autem nostri Anno similiter XXX^{mo} Sexto venerabilibus in X-sto Dominis Chanadino Strigoniensi fratre Ladislao Colochensi aule nostre Cancellario ecclesiarum archiepiscopis, Nicolao Jauriensi, Ladislao Quinqueecclesiensi Andrea Transsilvano Ladislao Zagrabiensi Andrea Waradiensi patre Rudolpho Waciense Nicolao Agriensi Jacobo Chanadiensi Meskone Wesprimiensi aule domine Regine Consortis nostre Karissime cancellario, Boznensi et Syrmien-si sedibus vacantibus fratre Vito Nitriensi et fratre Paulo Albensi de Nandor ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus, Magnificis viris vilhelmo Drugeth palatino et Iudice Comanorum Demetrio magistro Tauarnicorum nostrorum Thoma Woywoda transilvano et Comite de Zonuk paulo Iudice curie nostre Mykeh bano tocius Sclauonie Nicolao bano de macho paulo magistro Tauarnicorum diete domine Regine Dyonisio dapiferorum nostrorum Stephano Agasonum nostrorum magistris et magistro Nicolao Comite posoniensi et alys quam pluribus Comitatus Regni nostri tenentibus et honores Nos eciam petitionibus ipsorum Comitum nec non Ciuium annuentes predictum priuilegium de verbo ad verbum transcribi fecimus ad ¹⁾ pendentis Sigilli nostri munimine roborari. Datum Anno Domini M^o CCC^o VI ²⁾ in festo beati martini confessoris ³⁾.

XVIII.

1317.

Robert Károly a Gallus mester királyi jegyző birtokaiba menő szabad állapotú embereknek öt évi adómentességet ad, s Kolozsvár ispánjának — birájának — oltalmába ajánlja.

Nos Carolus, Dei gratia Hungariae rex, significamus quibus expedit uniuersis, praesentium per tenorem: Quod quicumque libere conditionis homines ad terras Magistri Galli, notarii nostri, et Georgii, filii Johan-

¹⁾ *Ac helyett* — hihetően a másoló hibája.

²⁾ Itt az átiró konvent a XXX-at kétségkívül kifelelte. 1316 költ s 1331-n megerősített oklevélnek 1306-n átirása anachronismus. E tévedést Teutsch Gy. is megjegyezte az Archiv für sieb. Landeskunde 1845. évi II. köt. 33. lapján.

³⁾ Az eredetiből, mely hártýára van írva, s veres zsinoron függő konventi pecséttel megerősítve, a miből semmi sem látszik. [Fasc. J. Nro 1.]

nis, fratris eiusdem, Lykuteluke et Cente vocatas, item Hunduomark, Zenke, et Sukteluk iuxta fluuium — Adas existentem, causa commorationis deuenire voluerint, libere veniant, et secure commorentur, sub nostra protectione speciali, a die aduentus ipsorum ad praedictas terras per quinque annos nullam collectam, nullamque exactionem soluere et dare teneantur, et nos vice nostre persone in protectionem Magistri Joannis, Comitis de Beztercze, de *Kulus* et *Kulusvár* commissimus eosdem. Vnde volumus et uniuersis nobilibus, quibus praesentes ostendentur, firmiter damus in praeceptis, quatenus Jobbagiones suos, qui ad praedictas terras se transferre voluerint, recepta licentia, et soluto terragio, absque alicuius impedimento transire et uenire permittant eosdem; et hoc volumus in foro et locis publicis proclamari. Data in Temesuar, quinta feria proxima ante Dominicam Reminiscere. [Febr. 23.] Anno Domini MCCCXVII.

Ex originali Archiui Ill. Comitum Forgach. ¹⁾

XIX.

1322—1331.

Robert Károly megparancsolja az erdőn-túli vajdának s más főtisztségviselőknék, hogy Kolozsvár polgárait kiváltságaikon túl adóval sat. terheltetni ne engedjék.

Nos Karolus dei gracia Rex Hungarie, Significamus tenore presencium quibus expedit Vniuersis memorie commendantes. Quod fideles Hospites nostri de *Koluswar* ad nostre Serenitatis accedentes presenciam exhibuerunt nobis quasdam litteras nostras patentes sigillo nostro principali autentico siue maiori. et insuper sigillo nostro annuleo priori consignatas super quibusdam libertatibus ipsorum per nos eis graciose concessis confectas. petentes nos humiliter supplicando. vt easdem litteras nostras seu ipsas libertates ipsis per nos concessas ratificare approbare appositioneque presentis noui sigilli nostri Vberiore ad Cautelam ex benignitate Regia dignaremur confirmare, quarum tenor talis est. Karolus dei gracia Rex Hungarie dilectis sibi et fidelibus Woynode Transsiluano Comitibus Castellanis Tributarijs pro tempore constitutis et eorum Vices gerentibus quibus presentes ostenduntur salutem et graciam Cum nos Ciues et Hospites nostros vniuersos de *Koluswar* fideles, consideratis fidelitatibus eorundem multimodis in libertatibus ipsorum a nostris progenitoribus collatis et per nostram maiestatem denuo Confirmatis illesos et indempnos ex gracia speciali conseruare intendamus, volumus et fidelitati vniuersitatis Vestre Regio edicto firmo damus Sub precepto, quatenus eosdem Ciues ac vniuersos Hospites nostros de *Koluswar* vltra libertates ipsorum in exactione colle-

¹⁾ Fejér, Cod. Dip. Tom. VIII. Vol. II. 72—73 ll. Ez oklevél modern orthographiájáért a felelősség az első elolvasót és közlőt illeti.

ctarum tributorum Victualium ac aliarum solucionum quarumlibet molestare non audeatis. uel aggrauare. sed prout in priuilegio ipsorum a nostra Sere-
nitate concessio, videbitis contineri, eos pacifice commorari permittatis. ne
nostre maiestatis insignia eisdem graciose collata per vos vacillari videan-
tur. et sicut nostram gratiam caram Habere desideratis. secus in premissis
non facturi: Datum In Themeswar, tercio die Octavarum Pasce. [ápril.
20.] Anno dni M° CCC° XX^{mo} secundo. Nos siquidem petitionibus ipsorum
fidelium Hospitum nostrorum de *Koluswar* huiusmodi iustis fauore debito
inclinati. prescriptas litteras nostras patentes nobis per eosdem reportatas.
in nulla sui parte viciatas de verbo ad verbum presentibus insertas simul
cum articulis libertatibus prescriptis ratificamus acceptamus approbamus et
presentibus sub appositione sigilli nostri noui presentis confirmamus vbe-
riorem ad cautelam, Datum In wysegrad feria quarta proxima post quin-
denas festi Nativitatis beati Johannis Baptiste [jul. 11] .Anno dni M° CCC°
XXX^{mo} p-mo. ¹⁾

XX.

1326.

Robert Károly Kolozsvár városát Boestelke nevű birtoka békés birásában Miklos korábban
máramarosi ispán ellen védelmeztetni parancsolja.

Nos Karolus dei gracia Rex Hungarie, Significamus tenore presen-
cium quibus expedit uniuersis, Quod fideles Hospites nostri de Ciuitate no-
stra *Koluswar* per Comitem Nicolaum filium Hermani Judicem ipsorum
nostre maiestati signifiare curauerunt, quod magister filius Nicolai quondam
Woeuade Comitiss de Maramorisio. ipsos pretextu. cuiusdam terre ad ipsam
Ciuitatem nostram *Koluswar* spectantis siue pertinentis. quam a tempore
cuius non extaret memoria pacifice possedissent super qua eciam efficacia
haberent instrumenta. *Bochteluke* vocate, infestare et molestare non ces-
saret. Asserendo eandem, ad possessionem suam feird vocatam fore perti-
nentem; Vnde quia ydem Hospites nostri nos super hoc certo certius asecur-
auerunt; quod ipsa terra *Bochtelekij* sit et fuerit pertinens ad Ciuitatem
nostram *Koluswar*: et super eadem efficacia ipsi Hospites nostri habeant
instrumenta. Igitur uiri (így) ipsius Ciuitatis nostre deesse nolentes
ipsam terram: *Bochteleky* vocatam, eatenus quatenus usque modo ipsam
dinoscantur possedisse reliquimus et permisimus eisdem pacifice possi-
dendam; si tamen super ipsa prout refferunt habeant efficax instrumentum;
Sine preiudicio nichilominus iuris alieni. Volumus itaque et vobis uniuersis
cuiusuis status et dignitatis hominibus quibus presentes ostenduntur damus

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s kívülről a
király nagyobb pecsétével megerősítve; a letördezett pecsét helyén ez írás van: No
[tario] Thome de Zeremy. Levélt. jegye: [C Nro 1.]

firmiter in preceptis. Quatenus ratione dicte terre ipsos Hospites nostros et suos posteros a modo nullatenus presumpmatis inquietare indebite vel abusu evidenti prohibere; ymo eandem ipsis pacifice uti et possidere permittatis. Datum Waradini feria quarta proxima ante festum beati Mychaelis Archangeli [sept. 26.] Anno Dni M° CCC° vicesimo Sexto. ¹⁾

XXI.

1331.

Károly király kolozsvári hű vendégeit a nádori, vajdai s más hatóságok alól kivévén : őket saját ispánjok törvényhatósága alá rendeli.

Nos Karolus dei gracia Rex Hungarie, Significamus tenore presencium quibus expedit universis memorie commendantes: Quod nos circumspectis fidelitatibus fidelium Hospitum nostrorum de *Koluswar* qui eciam in presenti expeditione nostra quam in partibus Habuimus transalpinis infinita et irre-cuperabilia dampna rerum et bonorum ipsorum in observacione fidelitatis nobis et sacre Corone debite passi extiterunt inter ceteros Regnicolas nostros et perpassi, volentes eorum inuiolabili constancie obsequiose, quam erga nostram continue gesserunt maiestatem Regio occurrere cum fauore. has libertatis prerogatiuas eisdem duximus concedendas: ut ad nullam congregacionem per Palatinum, Item Woyuodam Transilvanum vel quem-cunque Justiciarium Regni nostri in dictis partibus Transiluanis quouis tempore celebrandam, accedere teneantur nec aliquoliter compellantur Sed siqui aliquid accionis contra eosdem habuerint in presencia. Jadicis eorum et Comitiss ipsorum per nos deputati in medio eorundem exequantur, Ceterum volumus et eisdem annuimus graciose, ut omnes malefactores fures videlicet vel latrones nobiles vel ignobiles qui maleficia committentes intra metas eorundem Hospitum nostrorum reprehensi fuerint, per Judicem eorum et per Comitem ipsorum per nos deputatum predictos iudicentur in medio eorundem Preterea concessimus eisdem ut sylvas nostras vulgariter *Feketw Erdw* vocatas in partibus illjs ad quas peruenire poterunt libere percipiant et utantur. Igitur Vobis Palatino Item Woyuode Transilvano et eorum vices gerentibus ac quibuslibet Justiciarijs quibus presentes ostenduntur precipimus firmiter per presentes quatenus pretextu premissarum libertatum per nos ipsis Hospitibus nostris de *Koluswar* graciose concessarum in presentibus eosdem non presumpmatis molestare, aut aliquoliter inquietare audeatis, nec quisquis et Specialiter Episcopus ecclesie Sancti Michaelis Transilvane vel ejus Castellani et Officiales. racione usus dicta-

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely nyitott alakban hártýára van írva, s a király nagyobb pecsétével megerősítve, a mi azonban ma egészen le van töredezve. [Fasc. D. Nro i. 1.]

rum siluarum nostrarum in transeundo. per Villas et tenutas (így). et precipue in exigendis tributis eosdem Hospites nostros presumpmant molestare. Si autem aliqui ausu temerario contra libertates premissas vel earum quamlibet ipsos Hospites nostros inquietare presumpserint, et ydem Hospites nostri nobis conquesti. super Hoc extiterint veritatem super eo declarando, puniemus eosdem tales indignatione Regia et vindicta, Datum in Wýsegrad feria quarta proxima post quindenas festi Nativitatis Beati Joannis Baptiste. [jul. 11.] Anno Domini M° CCC° XXX^{mo} primo. ¹⁾

XXII.

1331—1349.

I. Lajos király atyjának a Kolozsvár törvényhatósága ügyében költ előbbi szám alatti kiváltságlevelét megerősíti.

Nos Lodouicus dei gracia Rex Hungarie Memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis. Quod Comes Walterus et Bartholomeus Judices de *Kuluswar* suis. Item uniuersorum fidelium Ciuium et Hospitum nostrorum de eadem vice et nominibus, ad nostre maiestatis presenciam accedentes, exhibuerunt nobis litteras patentes quondam gloriosi principis domini Karoli Incliti Regis Hungarie, bone memorie patris nostri karissimi, sub tercio et ultimo sigillo suo super libertatibus eorum confectas, tenoris infrascripti, petentes nostram excellenciam prece subiectiua, ut easdem acceptare, et pro eisdem confirmare dignaremur, Quarum tenor talis est; [*Ezen túl épen úgy mint a XXI szám alatti eredetiben.*] Nos itaque iustis petitionibus eorundem fidelium Ciuium et Hospitum nostrorum de *Kuluswar* inclinati predictas literas paternas de uerbo ad uerbum presentibus insertas acceptamus, et eatenus quatenus, eedem super libertatibus eorum premissis in tenoribus eorundem explicatis rite et legitime existunt emanate, cum eisdem libertatibus per prefatum patrem nostrum ipsis concessis, eisdem in perpetuum confirmamus patrocinio presencium mediante. Presentes autem in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis fuerint reportate, Datum in Sebus in terra Transilvana feria sexta ²⁾ proxima ante octauas Beati Mychaelis Archangeli [octob. 1.] Anno domini M° CCC° XL^{mo} nono. ³⁾

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára, van írva, s kívülről a király nagy pecsétével megerősítve. A pecsét már nincs meg, alatta ez írás van: rlo Thome de Zeremý. Hártýa és írás ép, jó. [Fasc. J. 4.]

²⁾ E szónál a hártýa ki levén szakadva, tisztán csak az „a” látszik s a többi betűknek csak egyik másik része; lehet, hogy „secunda” van rövidítetten írva, de én inkább a másik olvasást hiszem jónak.

³⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely nyitott alakban hártýára van írva s kívül a király nagy pecsétével megerősítve. A letöredezett pecsét alatt ez van

XXIII.

1341—1342.

Kolozsvár városnak és a kolozsmonostori apátságnak saját területeiken való törvényhatósága iránt véghez vitt nyomozás.

Excellentissimo Principi, et Dno Dno Carolo Dei Gratia Illustri Regi Hungariae, Domino eorum e. c. t. Capitulum Ecclesiae Transylvaniae, Orationum suffragia pro ipsius vita pariter, et salute, cum obsequio perpetuae fidelitatis: Nouerit Excellentia Vestra, Literas Majestatis Vestrae nos recepissee in haec verba:

Carolus Dei Gratia Rex Hungariae. Fidelibus suis Capitulo Ecclesiae Transylvaniae Salutem, et Gratiam. Quia Causa Ecclesiarum per morosas Citationes plerumque periclitari contingit, ideo fidelitati Vestrae firmiter praecipimus per praesentes, quatenus quandocunque, et quotiescunque a dato praesentium, per Anni curriculum per fratrem Joannem Abbatem de *Colos Monostra* et ejus Conventum, aut per citationes, et famulos eorundem praesentium Exhibitores, ad faciendas Citationes, et inquisitiones, prohibitiones, Reambulationes, et recaptivationes Possessionum, ac Metarum erectiones earundem, nec non ad alia omnia, quae juxta Regni Consuetudinem talibus in Processibus fieri consueverunt, facienda requisiti fueritis, vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo praesente Pascha de Jára, vel Gallus filius ejusdem, aut Petrus dictus Henke, aliis absentibus, homo noster, omnia praemissa, et singula praemissorum

irva: ro Nicó filij Lachk Petro Mate et Paulo notarijs Ciuit. prefate, et eciam presente Dnico Castellano de Kukulleu. Az átiratban az eredetitől eltérő három másolási hiba van: t. i. két helyen *„Kuluswar“* helyett hibásan *„Kuluswar“*, *„perpessi“* helyett *„perpessa“*; [Fasc. J. Nro 5.] Ezen 1331-n költ kiváltságlevélnek 1364-n Kassán sept. 15-n költ átirata és megerősítése meg van a Károly királyé szerint kiigazítva 1387-n sz. Mihály árkangyal ünnepe előtt heted napon kiadott konventi átiratban. Az 1364. évi átiratot a kolozsvári polgárok nevében kérte Endre, kolozsvári plebánus s a király udvari káplánja, az 1387-ki Miklós ispán, Tamás fia, György — Walther ispán unokája és Nemisch Henrik, kolozsvári esküdt polgárok. [Fasc. J. 3.] Ugyanez megvan 1384-n Pál apostol megtérése napján [januar 25] költ káptalani átiratban, kérték Bálint kolozsvári plebánus és kánonok, Miklós, Tamás fia, bíró és Henrik városi jegyző [Fasc. J. 7.] Ugyanezt Zsigmond király is megerősítve átiratta és kiadatta Gyálu várában — in villa Gyalo — 1391. sz. György vértanu ünnepe után való szombaton [ápril 29.] kérték Melbeer bíró és Breuseul [hátrább a váradi káptalan szerint Brustel] Herman kolozsvári polgárok. [Fasc. J. 8] Zsigmond király 1402-n mindenszentek napja vigiliáján [october 31.] költ megerősítése látható kolozsmonostori konventi átiratban is, kérte Henrik mester [magister Hymericus] kolozsvári jegyző és polgár. [Fasc. J. 9.] Ugyanezt Brustel [így] Herman kolozsvári bíró kérésére a váradi káptalan is átirta és megerősítette 1402 minden szentek napja után hatodnappal nov. 6-n. [Fasc. J. 10.] Zsigmond király Prustel Herman bíró és Veynber Tamás esküdt polgár kérésére harmadszor is megerősítette 1402 Bécsben szent Márton hitvalló ünnepe után negyednappal [nov.] 14. [Fasc. J. 11:] Láthatók a városi levéltárban a kijelölt jegyű oklevelekben.

exequatur Juris Ordine observato, et tandem toties, quoties necesse fuerit, seriem omnium praemissorum, et Nomina Citatorum ac terminum assignatum Petro Vice Vajvodae Transylvano fideliter rescribatis. Datum Varadini, Die Dominico proximo post festum Inventionis S. Crucis [máj. 6.] Ao Dni 1341. Nos igitur Mandatis Excellentiae Vestrae acquiescentes, una cum praedicto Petro dicto Henke homine Vestro discretum virum Conradum Plebanum de Fenes Saxonica hominem Nostrum ad praemissa Mandata exequenda, pro testimonio vice nostra duximus destinandum, qui quidem homo Vester, et Noster demum ad Nos reversi concorditer Nobis retulerunt per Nos requisiti: Quod ipsi feria secunda proxima ante festum Ascensionis Domini in *Clusvár*, et in medium universorum hospitem, seu Civium de eadem secessissent, ibique idem Petrus homo Vester in praesentia hominis Nostri eosdem Cives de Libertate populorum, seu Villae de *Colos Monostra* diligenter interrogassent, qui quidem Cives concorditer respondissent; quod licet eadem Villa *Colos Monostra* quoad situationem et fundationem antiquior ipso *Clusvár* fore dignoscatur, tamen a tempore fundationis *Clusvár*, prout ab antiquioribus, et progenitoribus eorum didicissent et scivissent, et temporibus eorum usque modo, sine intermissione servatum fuisset, quod omnes Causas emersas, emergentes, infra metas et terminos Ecclesiae B. Virgiris de *Clus Monostra*, Officialis, sive Judex Domini Abbatis judicasset, et quod Judex Provincialis nihil de populis Ecclesiae B. Virginis judicare habuisset, cum ipsi populi Ecclesiae similem libertatem cum hospitibus de *Clusvár* semper habuissent. Prout haec omnia idem Petrus dictus Henke Homo Vester, sub testimonio praedicti Conradi Plebani, hominis Nostri retulit coram Nobis viva voce, et expressa. Datum feria proxima post festum Ascensionis Domini [máj. 10.] Ao ejusdem 1342.

Copiam possidet Josephus Benkő a Josepho Dobó de Alba Julia.

Fejér Cod. Dipl. Tom. VIII. Vol. IV. Literas has non edidit.¹⁾

¹⁾ Ez oklevél, mint gr. Kemény József itt a sarkon és Seivert Gusztáv úr hozzá-
m irt levelében megjegyzi, a tudós Benkő József enyedi Collegiumbeli *Collectanea*
sat. című gyűjteményéből való, ki azt gyula-fejérvári Dobó Józseftől kapta; kiadta
Schuller J. Károly: *Umrisse und Kritische Studien zur Geschichte von Sibenbürgen*
Zweites Heft, Hermanstadt 1851. 192—194 ll., megvan Szebenben ágostai bitvallásu
püspök Teutsch J. G. tudor úr gyűjteményében is, melyből nekem Seivert úr szives
volt másolatot adni. Az eredetét mind a gyula-fejérvári káptalanban, mind a kolozs-
monostori konventben kerestem, de egyik helyen sem találván meg: másolatát a gr.
Kemény József ily című gyűjteményéből közlöm: *Jos. C. Kemény Diplomatarium*
Transsilvanicum Supplem. I. 1189—1360. 339—341. ll. megjegyvezve, hogy a leírás a
XIV. század írásjegyeitől merőben eltérő, mi az oklevél megbízhatóságát nagyon
csökkenti, de én e bajon az eredeti szöveg nélkül nem segíthettem.

XXIV.

1344.

I. Lajos király az erdőn-túli egyházi és világi főhatóságok jogkörét szabályozólag megállapítja.

Nos Lodouicus dei gracia Rex Hungarie memorie commendamus, quod licet inter Venerab. in X^o patrem dominum Andream eadem Gracia episcopum Transsiluanum, ab vna, ac vniuersos nobiles, Siculos, et Saxones Partium Transsilvanarum parte ab altera, rixe, discordie et diuerse materie questionum in mutua adquisicione Jurium vtrarum [így] parcium, quibus deberent frui, et potiri, uerse et uentilate diutius extitissent, tamen nos, de uenustate pacis Regnicolarum nostrorum parcium Transsilvanarum congratulari volentes, ut dicte partes et quelibet ipsarum suo Jure gaudeat pacifice et quiete, materias dictarum contencionum, tramite Juris, ne tractu temporis sicuti hactenus, aliqua parcium, in adquisicione vacillet, sui Juris, taliter duximus moderandum. Quod factum nupciarum, item cause dotum et rerum parafernalium, item cause quarte filialis, item pretensiones clericorum, et mulierum, Judicia ecclesiastica tangentes, ad forum ecclesiasticum debeant pertinere, Ita tamen, quod aliquis Judex, vel Justiciarius ecclesiasticus, nullam personam lesam uel offensam ad litigandum cogere valeat atque possit, nec partem offendentem, aut ledentem de suis commissis uindicare. aut punire, nisi presente offensa, iniuriam sibi illatam coram Ipso Judice ecclesiastico ordinario, ordine Juris exequatur. Item violacionem virginum, mulierum, adulterorum nisi extendat se ad sanguinis effusionem. Item cause testamentarie, finaliter ad forum ecclesiasticum dinoscuntur pertinere. Hoc tamen declarato, quod si causa adulterorum vel adulterarum intentatur civiliter, ad forum ecclesiasticum; si vero criminaliter ad Judicium secularium dignoscitur pertinere. Preterea, habita matura deliberacione prelatorum, et Baronum Regni nostri deliberando decreuimus, quod episcopus in facto possessionario lite pendente, racione possessionis litigiose, neminem possit interdicare, uel excommunicare, pro aliis tamen Iniurijs, et factis contrariosis Ecclesie Illatis, interdicens, et excommunicandi liberam habeat facultatem. Item possessiones occupatas per dictum episcopum Transsiluanum debite et indebite, Judicio Vayvode Transsilvani duximus committendum ac discuciendum finaliter et terminandum, nec a modo in dicta ecclesia Transsilvana prefatus dominus episcopus, aliquo terrore possessiones nobilium possit occupare, vel sine nostra licencia, et permissione comparare, Item Idem dominus episcopus ad possessiones et ecclesias nobilium Sacerdotes ponere nullatenus queat, et locare uolenter, aut Invite. Item, pro decimis, Regnicole nostri partis Transsilvane, dicto Domino episcopo de singulis decimalibus capecys, soluent unum pondus denariorum, camere nostre ad computum denaniorum. Si vero dictus dominus episcopus hoc non attemperet, [így] extunc capecias suas decimales in campo, siue in Rure prediali solnere et relinquere debeant, ydem Regnicole Transsiluanenses, excepto anno

presenti, pro eo: quia dicti denarii nostri cambio partibus in prescriptis nostris Transsilvanis adhuc non existunt. Et hanc moderativam ordinationem nostram habita matura deliberatione prelatorum et Baronum nostrorum per nos factam, inter partes volumus perpetuo, et Inviolabiliter sic durare, premissis videlicet: quod nec dominus episcopus Transsilvanus memoratus, hec sui Vicarii, et Archidiaconi ad Jura secularia, se, exceptis predictis casibus declaratis, intromittere, nec dicti Regnicole nostri seculares partis Transilvane ad Jura episcopalia, et ecclesiastica superius expressa similiter se intromittere possint, audeant, uel presumant, sed utraque parcium suo Jure pacifice gaudeat, ut superius premisimus, et quiete; Preterea volumus, ut nullus litigator in foro ecclesiastico coram Archidiacono ultra unam marcam in aliquibus causis vincatur. Datum Albe. in partibus Transsilvanis tercio die Festi bti Jacobi Apli [jul. 27.] anno dni Millesimo CCC^o XI^{mo} quarto. ¹⁾

XXV,

1347—1372.

Az erdőn-túli hét vármegyék nemeseinek Tordán tartott gyűlése határozatot hoz Otto kolozsmonostori apát és Pogány István mester között Tybureztelke nevű birtokrésze nézve fenforgott ügyben.

Nos Capitulum Ecclesie waradyensis, significamus tenore presencium quibus expedit vniversis Quod Religiosus vir Frater Henricus Abbas Monastery sancti Johannis dyohesis (így) Waradyensis vice et nomine Religiosi viri domini Ottonis Abbatis Monastery beate Marie v[irgin]is ²⁾ de Clusmonustra ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis quasdam [litera]s patentes magnifici viri condam Stephani Woyuode Transsiluani et Comitis de Zonuk tenoris infrascripti petens nos cum instancia vt easdem propter maiorem cautelam d[e ver]bo ad verbum transscribi et [su]b transsumpti forma eidem dare dignemur quarum tenor talis est Excellentissimo principi dno Lodouico dei gracia Illustri Regi Hungarie dno suo — ³⁾ Stephanus Woyuda transsilvanus — ⁴⁾ Comes de zonuk fidele seruicium quoad uiuit Nouerit vestra excellencia literas vestre Serenitatis reuerenter merecepisse in hec verba Lodouicus dei gracia Rex Hungarie fideli suo Magnifico viro Stephano Woyuode Transsiluano et Comiti de zonuk Salutem et graciam dicit nobis Religiosus vir frater Jordanus abbas Monastery beate Marie

¹⁾ A károly-fejérvári káptalan levéltárában Cista Capitul. A. 16 Fasc. 7. Nro 53. jegy alatt levő s Vizaknai Miklós és Somkereki Erdélyi István erdélyi vajdák által készített egyszerű átiratból, közölte Szeredai Antal is, Series Episcoporum sat. czímű. műve 82—84 ll.

²⁾ Ez oklevélben a mi [] zárjel között van, tisztán nem látszik, én egészítettem ki

³⁾ Egy szó kiszakadt.

⁴⁾ Egy szó, talán „et” kiszakadt.

virginis de Clusmonustra, quod deme familiaris Stephani dicti Pagan quandam particulam terre Tyburchtelke vocatam in Comitatu de *Clus* existentem intra metas et limites possessionis ipsius Monastery habitam Kayantho vocate, asserens sibi idem deme eandem particulam terre per maiestatem dni Karoli, Regis Hungarie patris nostri karissimi piarum recordacionum, nomine terre Hominis sine Herede decedentis collatam extitisse, occupasset et detineret occupatam Super quo fidelitati vestre firmiter et districte Regio edicto precipiendo damus in mandatis, quatenus in congregacione vestra generali proxime celebranda, ab omnibus Nobilibus et ignobilibus conprovincialibus, et specialiter a vicinis et cometaneis predictae possessionis Kayantho super eo, utrum eadem particula terre ad dictum Monasterium pertineat, et si ipse deme eandem particulam terre premissio modo occupauerit necne, sciatis et inquiratis omnimodam veritatem, et post hec prout exinde vobis veritas constiterit nostre maiestati fideliter rescribatis, Datum Bude feria Sexta proxima ante dominicam Jnuocanit [Februar 13.] anno dni M^{mo} CCC^{mo} XL^{mo} Septimo Vestre igitur Excellencie mandatis obedire cupientes vt tenemur In congregacione nostra generali vniuersitati [így] Nobilium partis Transsiluanie In Quindena diei medie quadragesime, publica promulgacione facta, Torde celebrata a Juratis *septem Comitatum*, et Iudicibus Nobilium, ac ab vniuersis Nobilibus et Ignobilibus, et specialiter a vicinis et commetaneis predictae particule terre diligenter inquirendo et indagando talem potuimus rei scire ueritatem, quod sepedicta particula terre esset et haberetur intra veras metas et limites supra dicte possessionis kayantho nominate, ipsius Monastery de Cusmonustra [így] et nunquam circa alicuius alterius manus fuisset nec occupata, sed semper pertinuisset et adhuc deberet pertinere ad Monasterium prenotatum, et quod Deme familiaris magistri Stephani dicti Pagan propria sua auctoritate et mediante potencia iam dicti domini sui potencialiter commoraturus intrasset eminusti iuste occupasset et adhuc detineret occupatam in preiudicium sepedicti Monastery non modicum et grauamen, prout hec omnia ad nostram requisicionem Jurati *septem Comitatum*, nostri assessores et Iudices Nobilium, ac aly vniuersi Nobiles partis Transsiluane, et specialiter vicini et commetanei prelibate possessionis kayantho ac particule terre Tyburchtelke vocate, ad fidem eorum deo debitam consona voce affirmarunt, Datum in predicta Torda quarto die congregacionis nostre, anno prenotato, Nos eciam iustis et legitimis petitionibus eiusdem domini abbatis annuentes predictas literas de verbo ad verbum transscribi fecimus et Sigillo nostro consignari, Datum In die Cene dni [márcz. 25.], anno eiusdem M^{mo} CCC^{mo} LXX^{mo} secundo ¹⁾.

¹⁾ A kolozsmonostori konvent levéltárában „Cottus Kolos” feliratu csomagban Fasc. A. Nro 76. alatt levő eredetiből.

XXVI.

1351.

I. Lajos király Kolus mesternek hű szolgálataiért feles birtokot adományoz.

Nos Ludouicus, Dei gratia Rex Hungariae, memoriae commendantes tenore praesentium significamus, quibus expedit, vniuersis: Quod nos attendentes regiam maiestatem gloria et honore tunc in terris praecipue coronari, cum misericordiam pietatis socians merita singulorum benignis oculis intuetur, et pro moribus castis ac laboribus multis mutua vicissitudine suis fidelibus correspondet, considerantes itaque inter ceteros nostros fideles magistrum *Kolus* fidelem aulae nostrae iuuenem fidelitate largiflua praefergere. Et licet ipse Magister *Kolus* multa seruitiorum genera primum Excellentissimo ac Magnifico Principi, Domino Carolo, olim inelito rege Hungariae, genitori nostro carissimo, et per consequens nobis, et regno cum omni feruore fidelitatis pro exaltatione praedicti patris et etiam proprii nostri honoris exhibuit, quae omnia seriatim propter taediosam scripti prolixitatem praesentibus inseri facere nequiuimus, aliqua tamen de ipsius seruitiis in memoriam exemplarem posterorum praesentibus duximus annotari. Nam praedictus Magister *Kolus* ab aeuo suae pueritiae praedicto patri nostro ab ipso tempore, quo dictus pater noster regnum Hungariae praenotatum iure geniture nobis attinens intrauit, semper fidelissima seruitia temporibus et locis opportunis auidi cura exhibuit et impendit. Cum enim praedictus genitor noster cum valida multitudine suae gentis ad recuperandum quasdam partes praedicti regni Hungariae per Bozorab Vayuodam infidelem ipsius patris nostri occupatas contra eundem Bozorab ad partes transalpinas accessisset, praedictusque Bozorab quadam subdola infidelitate et damnable praesumptuositate se contra (igy) eundem patrem nostrum tanquam suum dominum naturalem cum tota sua potentia et vicinorum paganorum, ac aliorum eiusdem patris nostri infidelium aggregata caterua diem extremum praedicti patris nostri claudere ex abrupto cupiens, et animo desiderans anhelanti hostiliter obiecisset, et dictus pater noster prae nimia fatigatione propter insultus hostium in eum impetum facientium oppressus, de equo suo cecidisset, nec ascensum equi sui inibi commode potuisset adipisci! Ecce praedictus Magister *Kolus* pro salute et commodo praedicti patris nostri non pauescens praeponere necem vitae, ascensum praedicti equi eidem patri nostro toto posse sagaciter procurauit in signum sincerae fidelitatis obseruandae, sicque dictus pater noster per ipsius solertiam euasit metas mortis illa vice; vt haec omnia cuncta relatio litteratoria ipsius patris nostri et aliorum quam plurimorum fidelium nostrorum patefecit nostrae Maiestati. Volentes itaque ipsius Magistri *Kolus* praeclaris seruitiis aliquatenus regio occurrere donatiuo, vt ceteri eo exemplo discant sub principe glorioso deuote famulari, cuncti enim subditi in virtute laetantes boni praesidentis, cum eos extollit honoribus, ditat possessionibus et dotat legatis munificentiae donatiuis, quamquam ipsius merita longe et peramplius

his maiora exigent, in peculiarem tamen suorum seruitiorum recompensationem quandam possessionem Holumba vocatam in Comitatu Vesprimiensi existentem, hominis sine haerede decedentis, Item aliam possessionem Gyerhegye nominatam in Comitatu Pestiensi habitam, quondam — — — tertiam possessionem quandam Petri, filii Corradi, Keresztur vocatam, in Comitatu Albensi existentem, similiter haeredum solatio orbati cum omnibus earum vtilitatibus et pertinentiis vniuersis sub — — — metis et terminis, quibus per possessores earum habitae extiterunt et possessae, omni eo iure, quo ad nostram collationem pertinere dignoscuntur, de beneplacita voluntate Serenissimae Princepissae, Dominae Elisabeth, inclytae reginae Hungariae Genitricis, ac domini Stephani, — eis fratris nostrorum Charissimorum, Praelatorumque et Baronum regni nostri consilio prematuro eidem Magistro *Kolus*, exclusis omnibus fratribus suis, et per eum suis haeredibus, successoribus et posteritatibus vniuersis perpetuo et irreuocabiliter dedimus, donauimus et contulimus possidendas, tenendas, prout et habendas, saluis iuribus alienis, praesentes autem in formam nostri priuilegii redigi faciemus, dum nobis fuerint reportatae. Datum Budae in festo B. Georgii Martyris [ápril. 23.] Anno Domini Mill. CCC quinquagesimo prim.⁴ L. S. dorsaliter appressi clareque apparentis, ast deperditi. ¹⁾

XXVII.

1352.

Mano és Bertalan kalyáni nemesek eladják Kolozsvár polgárainak Ondotelke másképpen Taresaháza nevű birtokukat.

Nos Conuentus Ecclesiae beate Marie virginis de Clusmonostra, Memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus expedit vniuersis, quod Manus nobilis de Kalyan pro se, et Barthalomeo fratre suo vterino cum sufficientibus literis procuratoris ab vna, parte vero ex altera Comes Bartholomeus Iudex de *Cluswar*, Item Walterus, David, Johannes dictus Zekel, et magister Remarus ²⁾ notarius et Cuius de eadem, tam pro se ipsis, quam pro vniuersis Ciuibus Ciuitatis eiusdem *Cluswar*, coram nobis personaliter constitutis, per eundem Manum propositum extitit, ministerio viue uocis et relatam, Quod ipsi ob quandam ipsorum necessita-

¹⁾ Fejér, Cod. Dipl. T. VII. vol. III. 123—25 ll. A kútfőt ím e jegyzés mutatja „Ex archivo Ill. fam. Milkovics.” Vajha eredetijéhez a leírás-módban is hű lenne! De nem az. Abban a korban nincs ae, az etiam nem t-vel de c-vel, a c betű a nevekben k-val, az i gyakran y és j-vel szokott íratni, az u és v cserélve fordul elő, leggyakoribb azonban az u. Ezért a *Kolus*-szóalak leírásában sem bízom egészen; az eredetihez félnem nem lehetett. Ugy kellett adnom, a mint találtam.

²⁾ Hátrább — az 1353-ik — évi oklevélben *Kymarius*-nak van írva, más helyen I. Lajos király átirásában ismét: *Reymaruz* [Fasc. J. Nro 2.]

tem euitandam, quandam possessionem ipsorum *Vndoteleke*, Alio nomine *Tarchahaza* vocatam in Comitatu de *Clus* Juxta fluuium *Wyszomus* existentem, pro quadraginta et quinque marcis Argenti, qualibet Marca, octoaginta grossis computando plene coram nobis habitis receptis et persolutis, A die datarum presencium, usque reuolucionem viginti Annorum, Annis subsequentibus, cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencijs vniuersis, pignory Obligasset, et obligauit coram nobis tali modo, quod si in wendicione viginti Annorum dictam ipsorum possessionem *vndoteleke* Alio nomine *Tarchahaza*, pro iam dicta pecunie quantitate quadraginta et quinque marcarum argenti, coram nobis, redimere non possent uel non curarent, ex tunc duplum ipsius pecunie incurrerent eo facto, Si vero idem Manus aut Bartholomeus vterque ipsorum, pecuniam iam nominatam quocunque tempore infra terminum prefixum reddere possent et valerent, vniversi Ciues de *Cluswar*, tenentur et debent recipere et habere ipsam pecuniam, Sed possessionem superius nominatam possint et valeant vti perfrui, et sine aliquo Strepitu percipere et conservare, donec complebitur numerus viginti Annorum, Ceterum quod si ipsis Ciuibz videbitur ipsam possessionem multitudine populorum decorare, Manus et Bartholomeus tenentur dare siluas in possessionibus ipsorum vbicunque possunt et valent attingere ipsi populi: Item retulit eciam quod possessionem *vndoteleke* alio nomine *Tarchahaza* vocatam infra viginti Annis non possint neque valeant alij vel alijs impignorare, Non pretermittendum est, quod quicunque vel quocunque tempore in processu, ipsos Ciues de *Cluswar* ratione predictae possessionis videlicet, *Vndoteleke* Alio nomine *Tarchahaza* in litem Aut in Jus quouis colore Attrahere niteretur et vellet, idem Manus et Bartholomeus nobiles de Kalyan tenentur expedire proprijs laboribus ipsorum et expensis, imo contra omnes inpeticiones indempniter manu conseruare Item si idem Nobiles pretacti scilicet Manus et Bartholomeus in ipsa possessione supra fluuium *Vyszomos* cum pecunia ipsorum propria Molendinum possent et valerent parare et constituere, liberam preberent constituendi facultatem, et vnum Kolonum sub nomine ipsorum et terras arabiles sufficientes pro vno Aratro similiter liberam haberent seruandi potestatem, Ad cuius Assercionis et confessionis seriem ad instantiam et petitionem, Ambarum parcium, presentes litteras nostras priuilegiales [így] pendentis sigilli nostri ¹⁾ fecimus communiry, Datum quarta feria in octauis Assumpcionis virginis gloriose, [aug. 18.] Anno Domini Millesimo Trecentesimo quingentesimo secundo ²⁾.

¹⁾ Egy szó az eredetiből is kimaradt.

²⁾ Az eredetiből, mely hártáyra van írva s hártaya-zsinoron függő pecséttel megerősítve, mi azonban annyira el van töredezve, hogy sem alakja, sem körirata nem kivehető. [Fasc. T. T. Nro 28.]

XXXI.

1366—1377.

I. Lajos király a csertőrő malmot a szent Erzsébet-kórháznak adományozza.

Nos Lodouicus dei gracia Rex Hungarie Polonie Dalmacie etc. Memorie commendantes tenore presencium Significamus quibus expedit vniuersis, Quod Jacobus dictus Zaaz magister domus Hospitalis ecclie beate Elisabeth de *Clusuar* ad nostre Serenitatis ueniendo presenciam exhibuit nobis quasdam litteras nostras secreto nostro sigillo consignatas, Tenoris infrascripti, Supplicans nostro regio culmini Humiliter et deuote vt ipsas presentibus de uerbo ad uerbum inseri et transsumpti faciendo ratas Habentes dignaremur pro eadem domo Hospitali confirmare quarum tenor talis est, Nos Lodouicus dei gracia rex Hungarie. Memorie Commendantes presencium tenore Significamus — ¹⁾ expedit vniuersis, quod nos prout nostro regy regiminis incunbit officio ob honorem precipue beate Elisabeth regine nostre et regni nostri patrone singularis, cuius precibus sanctis, actus nostros simul et gressus cum salutarium bonorum incrementis continue dirigi speramus firma fide, statui comodo Hospitalis eiusdem beati Elisabeth in Civitate nostra *Clusvariensi* habiti et pauperum X-sti ac debilium in diuersis egritudinum languoribus in eodem Hospitali decumbencium et degencium sustentacioni corporali, elemosinaria prouisione, salubriter subuenire cupientes annuimus et commisimus, ut de molendino predicti Hospitalis beate Elisabeth in quo haecenus cortices arborum Wlgariter *Cheer* vocate pro coriorum ordinacione terebantur, super fluio (így) *Zamus* iuxta dictam Ciuitatem situatum et existens Molendinum frugum siue pro molendis frugibus, pro iam dicto Hospitali beate Elisabeth, pauperumque et debilium eiusdem vsu construatur et ordinetur perpetuis temporibus irretractabiliter, Standum, conseruandum et possidendum, volentes et regio sub edicto committentes, ut voyuoda noster transsiluanus, suique vices gerentes et officiales pro tempore constituti, ac alij Homines cuiuscunque status existant, Hospitale predictum, et suos rectores et procuratores in facto prefati molendini frugum, ex presenti nostra annuencia regia et prouisione elemosinaria, ipsis Hospitali et pauperibus ac eorum usui et comodo ordinati, et perempniter applicati et libere sine omni condicione Honerosa (így) dacý et contribucionis per eos possidendi, impedire contradicendo vel molestare non presumptant modo aliquali, presentes autem dum nobis fuerint reportate sub maiori sigillo nostro emanari faciemus in forma priuilegy, datum ibidem in ciuitate *Coloswar* feria sexta proxima ante festum penthecostes [máj 19.] Anno domini M^o CCC^o LX^o sexto. Nos itaque iustis et Juri consonis supplicacionibus predicti Jacobi Zaaz pro predicto domo Hospitali nobis porrectis regia pietate inclinati pretactas nostras litteras ratas habendo et presenti-

¹⁾ Az eredetiből ki van hagyva, hihetően e szó: *quibus*.

bus de verbo ad verbum inseri et transscribi faciendo iam dicte domo Hospitali perpetuo valere confirmamus presencium patrocínio mediante, datum in Torda feria quinta proxima ante festum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum [ápril. 27.] anno domini M° CCC° LXX° septimo ¹⁾.

XXXII.

1366.

Kolozsvár és Györgyfalva között létrejött határ-járási oklevél.

Conuentus Monasterij beate Marie Virginis de Colosmonostra omnibus X-sti fidelibus presens scriptum inspecturis, Salutem in omnium Salvatore, Ad universorum noticiam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire. Quod cum Serenissimus Princeps Dominus Ludouicus dei gracia Rex Hungarie dominus noster una cum Baronibus suis, in octauis festi Penthecostes proxime preteritis, in Ciuitate sua *Chuswar* personaliter affuit Jurati et Ciues de eadem, eidem domino nostro Regi supplicarunt, ut Idem dominus Rex ex sua Regia benignitate literas suas Reambulatorias secundum sui Regni consuetudinem, ipsis Juratis et Ciuibus daret. Quod iuxta veteres metas nouas erigerent. Tandem cum hominibus ipsius domini Regis videlicet Magistro Stephano filio Posa de Zeer, aule sue milite ac discreto viro Domino Benedicto Archidiacono de Pankotha, Speciali Capellano suo, ex precepto jam dicti domini Regis nobis literatorie ²⁾ fratrem Henricum custodem Ecclesie nostre antedictae duximus transmittendum. Demum exinde ad nos rediundo, Idem homines domini Regis sub testimonio predicti hominis nostri, nobis sic retulerunt. Quod ipsi primo ad metas possessionis nobilium de Gwrffalwa scilicet Joannis filij Michaelis, Michaelis Thome et Ladislai dictorum Henke, Emerici filij Bacho et Nicolai filij Petheo personaliter accessissent, Item primo ad montem *Felek Berch* vocatam, ubi duas antiquas metas terreas reperissent, Juxta quas alias duas renouassent, quarum una separat predictae Ciuitati ³⁾ *Chuswar*, alia vero nobilibus de Gwrffalwa, deinde a parte plage meridiej incipiendo, Abhinc infra descendendo, per Syluam, per paruum spacium peruenissent ad unam uiam, qua [így] vadit versus villam Cohtan, Juxta predictam uiam sub una arbore Tilys (így) vulgariter *Hasffa* vocata unam metam terream renouassent, Inde infra per eandem Syluam ad partem Septemtrionem transeundo paruum spacium quasi ad ictum unius sagitte, Juxta unum Riuium *Felek pataka* vocatum unam metam terream cursualem

¹⁾ A szent-Erzsébet-aggház levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s hátulról bőrhártýa szalag kőtésre nyomott pecséttel hitelesítve; egyik türetèn ez a jegy: *ladula* 2 74. mi az okmánynak egykor a város levéltárában voltát tanusítja; mostani jegye. [Fasc. A. Nro 1.]

²⁾ Egy szó az eredetiben is kimaradt.

³⁾ Az eredetiben is így.

erexissent. Deinde procedendo versus eandam plagam Septemtrionem venissent ad unam uiam, qua [így] uenit de predicta Ciuitate *Chuswar* et vadit ad villam Gywrffalwa, et per medium eiusdem vie descendit unus riuulus qui vocatur *Hataarpataka*, ubi idem riuulus facit meatum in territorio Civitatis ubi juxta predictam viam fecissent unam nouam metam, Deinde procedendo ad partem Septemtrionis venissent ad unum montem virgulosum qui mons vocatur *Zupur berch*, ubi est una via qua [így] vadit ad villam infra declinando Zamosffalwa, ubi juxta eandem ¹⁾ viam a parte occidentis erexissent unam metam terream, Abhinc procedendo per eandem viam versus Septemtrionem, et villam Zamwsffalwa ad *Zupurbercz* et in eodem loco *Zwpürberch* ²⁾ reperissent duas antiquas metas circa quas alias duas renouassent. Inde procedendo versus tandem Septemtrionem infra per eundem *Zuperberch* in uno paruo monticulo *Hegeshalom* ubi duas antiquas metas inuenissent, circa quas alias nouas fecissent, postmodum paululum procedendo versus plagam Septemtrionis per eandem *Zuporbercz* ad locum nemorosum vulgariter *Cherebercke* ubi circa eundem nemus tres antiquas metas terreas reperissent quarum una separat predictae Civitati *Chuswar* secunda nobilibus de Gyewrgýfalwa et tertia nobilibus de Zamwsffalwa, Juxta quas alias tres nouas metas pari consensu fecissent, Ibi finiuntur mete inter ipsam Ciuitatem *Chuswar* et nobiles de Gywrffalwa, Tandem abhinc procedendo versus plagam orientalem ad quamdam piscinam *Baglyasto* vocatam et ex inferiori parte ipsius piscine circa unam viam qua [így] vadit versus villam Patha, et penes eandem viam duas antiquas metas terreas reperissent Juxta quas alias duas metas renouassent; Ceterum abinde procedendo ad locum qui dicitur *Ereospatakfeo* ad unum puteum qui vocatur *Sooskuth* inter possessionem predictam Gywrffalwa et Dezmer a parte plage orientali circa nemorum (így) *Chere* dictum quem puteum *Sooskuth* pro loco mete pari voluntate et consensu commisissent, Demum exinde procedendo vadit versus eandem plagam orientalem, procedendo ultra per unum pratum *Akna tere* vocatum, ubi unam antiquam metam terream reperissent Juxta quam aliam nouam erexissent, Et sic finiuntur mete predictos nobiles de Gywrffalwa et Dezmer, [így] In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras privilegiales pendentis sigilli nostri appositionis munimine roboratas, Datum in Octauis festi Beati Joannis Baptiste [jul. 1.] Anno Domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo Sexto ³⁾.

¹⁾ Itt három szó az eredetiben kétszer van írva.

²⁾ Ez oklevélben e szó ötféleképpen van írva. Óvatosságra intő példa a phylologia után induló történetírókra nézve.

³⁾ Báthori Kristóf erdélyi vajda alatt 1425-beli átiratról vett szintén ítélmesteri átiratból. [Fasc. M. Nro 48.]

XXXIII.

1367.

I. Lajos király Felek oláh falut, melyet az útak biztonságaért Kolozsvár a maga határán alapított, e város örök birtokába adja s hatósága alá helyezi.

Nos Lodouicus Dei gracia Rex Hungarie Memorie commendamus presencium per tenorem significantes Universis quod nos villam, quam Fideles nostri Judex Jurati et Ciues de Ciuitate Nostra *Coluswariensi* ex nostra Commissione et assecuratione efficaciter mediantibus aliis Literis nostris Priuilegialibus patentibus eis facta in vertice Montis in Sylua *Felek* vocata inter eandem nostram Ciuitatem *Coluswariensem* et Villam Banabik nuncupatam existente, ubi scilicet et in quo Loco uti veraciter didicimus; multiplicia spolia, Latrocinia et hominum inibi transeuncium crudelissime Occisiones per Latrones et Malefactores a Longis temporibus incessanter et sepiissime committebantur, pro remedio evitacionis et effugacionis huiusmodi multiplicum et enormium Maleficiorum in Loco ante dicto de nouo situabunt locabunt et congregabunt duraturam ab omni aliena potestate semotam prorsus, et exemptam et nunc Regia Authoritate fore sancientes, dicte Ciuitati nostre *Coluswariensi*, ac omnibus suis iuris [így] applicamus et Comitimus, atque Constituimus sub plena iurisdiccione et potestate eiusdem Ciuitatis nostre, et Ciuium de eadem perenniter tenendam et Gubernandam sub nostra eciam proteccione et Tutela speciali, Volentes itaque et Regio Firmo edicto Statuentes quatenus Woyuoda noster Transiluanus pro tempore constitutus ejusque vice Woyuoda, Comites Castellani et Officiales, ac alii quicunque: nullo unquam tempore in predictam villam modo preattacto Statuendam et ipsius habitatores siue Populos aliquam Iurisdiccione[m] exercere audeant contra edictum et Statutum nostre Maiestatis prenotatum, Presentes autem dum nobis reportate fuerint sub maiori nostro Sigillo faciemus emanari pro Cautela Firmiori. Datum Szalyi Feria Quinta proxima post Festum Conuersionis Sancti Pauli Apostoli [január. 29.] Anno Domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo Septimo. Erantque Sigillo ejusdem Serenissimi Regis authentico in inferiori earundem margine in medio loco Solito super Cera rubra Ductyli impressiue communita et roborate patenterque confecte et emanate ¹⁾.

¹⁾ Az eredeti, törvényszéknél levén, csak hiteles átiratból közölhetem.

XXXIV.

1368.

Kolozsvár és Bányabükk közötti határjárási oklevél.

Nos Lodouicus dei gracia Rex Hungarie, Significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis, Quod Nicolaus filius Thome: Judex et Ladislaus filius Laurency Juratus Ciuis de *Cluswar*, in suis necnon Vniuersorum Ciuium et Hospitum nostrorum de eadem *Cluswar* personis, ad nostre Serenitatis accedentes conspectum, Exhibuerunt nobis quasdam literas clausas, Religiosi Conuentus de Clusmonostra, supra legitima reambulacione et metarum ereccione eiusdem Ciuitatis confectas, tenoris infra scripti. Supplices nostre maiestati humili prece et deuote, vt easdem nostris litteris patentibus transscribi et transsumpti faciendo, pro eisdem Ciuibus et Hospitibus nostris de dicta *Cluswar* confirmare dignemur, Quarum tenor talis est; Excellentissimo principi domino Lodouico dei gracia Inclito regi Hungarie, domino ipsorum metuendo, Conuentus ecclesie beate virginis de Clusmonostra, oraciones in domino debitas et deuotas, Litteras vestre Celsitudinis super facto cuiusdam terre litigiose nobis directas recepimus in hec verba. Lodouicus dei gracia Rex Hungarie, fidelibus suis Conuentui de Clus. Salutem et gratiam; Cum nos ad sopiendam litem et discordie fomicem, que intra Ciues et Hospites nostros de *Cluswar*. ab una. Item Nicolaum de Gerend parte ab altera, In facto cuiusdam terre litigiose a tempore diuturno verti dinoscitur, venerabilem patrem dominum Ladislaum Episcopum Vesprimiensem Cancellarium nostrum, et magistrum Benedictum Archydiaconum Capellanum nostrum Specialem, ac magistrum Benedictum prothonotarium magnifici viri Nicolai voyuode transsiluani, de quorum fide indubie confidimus illic destinauimus, fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus, vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente, ydem homines nostri vicinis et commetaneis dicte terre litigiose, inibi legitime conuocatis, ad faciem eiusdem accedendo, iuxta ostensionemque ambarum parcium, metas et signa metalia ipsius terre prouidendo, et eius qualitatem et quantitatem bene et consciencieose considerando, ac de ambarum parcium Jure et veritate, deum et eius iusticiam, habendo pre oculis experiendo. Jura parcium earundem, per erecciones nouarum metarum ab inuicem separent et distingant, eadem cuilibet parcium sub distincconibus terminorum reliquendo possidenda, dilacione absque ulteriori, Et tandem seriem totius facti prout fuerit oportunum nobis in vestris litteris fideliter rescribatis, Datum In alba Jule, in dominica Judica [márcz. 26.] anno domini M^o CCC^o LX^{mo} Octauo, Nos igitur mandatis vestre excelencie obedire cupientes, vt tenemur, vna cum eisdem domino Ladislao Episcopo Vesprimiensi. et Benedicto Archidiacono necnon magistro Benedicto prothonotario domini Nicolai voyuode Hominibus vestre serenitatis ad negocia peragenda specialiter deputatis, Religiosum virum dominum Ottho-

nem abbatem dicti Monasterij dominum et prelatum nostrum propter maioris iusticie euidenciam pro testimonio transmisimus, Demum ydem exinde ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria sexta proxima Ante Dominicam Ramispalmarum Ad faciem predictae terre inter prenotatos Ciues de *Cluswar*, et eundem Nicolaum de Gerend litigiose habite Accessissent uicinis et commetaneis conuocatis et presentibus licet ipse partes prius in ipsarum reambulacionibus et metarum ostensionibus discrepauerunt, Tamen vltimate eisdem partibus consencientibus, volentibus, concordantibus et beneuole admittentibus easdem videlicet Ciuitatem regalem *Cluswar*, et villam Banabiky Nicolai de Gerend prenotati, per huiusmodi nouarum metarum erecciones ab invicem separassent, primo et principaliter in Nemoribus ex plaga orientali in latere cuiusdam montis prope quandam Arborem Ilicis Artubus capitalibus metis terreis, quarum una a plaga septemtrionali Ciuitati *Cluswar*, altera ex parte orientis possessioni Reud, tertia predictae ville Banabike ex parte meridiei separarent, Incipiendo circa easdem duas metas nouas, unam a plaga septemtrionali dicte Ciuitati *Cluswar*, aliam a parte meridionali eidem possessioni Banabiky separantes cumulassent, Inde progrediendo, ad eandem partem occidentis, infra de ipso monte descendendo, prope quandam vallem. ad vnam antiquam metam cursualem easdem scilicet Ciuitatem *Cluswar* et villam Banabiky separantem erexissent, Abhinc saliendo ipsam vallem, ad dictam partem occidentalem eundo in latere alterius montis, super eandem vallem exeuntis duas nouas metas, quarum vna a parte septemtrionali Ciuitati *Cluswar*, a parte vero meridiey possessioni Banabiky separarent erexissent, deinde autem paululum procedendo, ad eandem partem occidentalem, vnam nouam metam cursualem cumulassent, Inde eundo directe ad ipsam partem occidentalem in descensu ipsius montis, vnam nouam metam cursualem eleuassent, abhinc vltterius versus eandem partem occidentalem progrediendo prope portum cuiusdam vallis unam nouam metam erexissent, abhinc saliendo vnum Rÿuullum (igy) paruum in eadem valle currentem directe ad eandem partem occidentalem tendendo in latere cuiusdam montis vnam nouam metam cursualem pro partibus erexissent, et sic directe ascendendo ad ipsum montem in cacumine eiusdem montis circa duas metas antiquas, iterum duas nouas metas modo et ordine supra dicto, pro partibus separantes erexissent. Item infra de ipso monte descendendo et ad eandem partem occidentalem tendendo, a parte orientis cuiusdam magne vie, que ducit de Banabiky ad *Cluswar*, prope ipsam viam vnam nouam metam cursualem de nouo erexissent. Hinc saliendo ipsam viam, ad ipsam partem occidentalem progrediendo, prope ipsam viam iuxta duas antiquas metas, metas alias duas nouas ordine supra dicto, ipsis partibus separantes erexissent, de hinc ad plagam meridionalem parum reflectendo saliendo vnum Rÿuulum paruum in quodam valle currentem per bonum spacium eundo in ascensione cuiusdam Montis super eundem Rÿuulum exeuntis, in latere scilicet ipsius montis iuxta duas antiquas metas, unam metam cursualem cumulassent. Abinde girando ad supra dictam partem occidentalem, super ipsum montem ascendendo, in descensu

ipsius montis, iuxta duas antiquas metas, vnam cursualem metam erexissent, Adhuc ad ipsam partem occidentalem per bonum spacium supra montem magnum planum progrediendo iuxta metam antiquam vnam metam cursualem elevassent; Abhinc ad sepe dictam partem occidentalem procedendo, per bonum spacium in descensu cuiusdam minoris montis, in quodam plano eiusdem, iuxta antiquam metam vnam nouam cursualem erexissent. Inde de ipso monte descendendo, ad vnam magnam vallem et ad directam partem occidentalem tendendo in latere eiusdem montis vnam metam cursualem. super eandem vallem directe ad sepe dictam plagam occidentalem, super magnum montem ascendendo in cacumine eiusdem montis Secus duas metas antiquas, alias duas novas ordine prenotato ipsis partibus separantes erexissent, Adhuc versus eandem partem occidentalem eundo in descensione eiusdem montis inter quamdam viam magnam, vnam nouam metam cursualem erexissent; Abhinc saliendo vnam vallem, versus ipsam partem occidentalem ascendendo ad vnum montem in acie eiusdem vnam nouam metam cursualem cumulassent et sic procedendo directe ad sepefatam partem occidentalem, iuxta duas antiquas metas penes quamdam viam per quam itur ad *Cluswar* ad Jara vbi coniungitur metis abbatis de *Cluswar* duas novas metas erexissent, Quarum una ut superius declaratur, ex parte Meridjei possessioni Banabiky, ex parte vero septemtrionali Ciuitati separarent, erexissent, vbi eciam ipse dominus Abbas pro sua parte eidem monasterio separentem vnam nouam metam erexisset. et sic terminarentur cursus metarum litigiose terre prenotate, Datum quarto die termini prenotati Anno domini ut supra. Nos igitur iustis et iuri consonis supplicacionibus prefatorum Nicolai Iudicis. ac Ladislai Ciuis, de iam dicta *Cluswar* in eorum nec non Vniuersorum Ciuium et cohospitum ipsorum de eadem personis nostre maiestati per eosdem porrectis, regia exauditis benignitate et admissis, pretactas litteras dicti Conventus de *Clusmonstra* rescripcionales, omni vicio vt apparebant et suspicione carentes presentibus de uerbo ad uerbum insertas, simul cum premissa reambulacione et metarum ereccione in earum tenore expressata, ratas gratas et acceptas habendo. pro eisdem fidelibus Ciuibus et Hospitibus nostris de *Cluswar* eorumque heredibus et posteris vniuersis mera regia auctoritate perpetuo valituras confirmamus Saluo Jure alieno Datum in Chyk Zekel in octauis festi Pasce domini [ápril 16.] Anno eodem quo supra ¹⁾.

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely bányára van írva s a király viaszra nyomott legnagyobb pecsétével megerősítve; legalól jobbfelől: perlect. et correct. [Fasc. M. Nro 9.]

XXXV.

1368 — 1509.

A gyula-fejérvári káptalan ítélete Szabó György kolozsvári polgár és a piaczi egyházbeli Katalin-oltár és szegények kórháza papjai úgy a kolozsmonostori konvent részére Kwnch Jaz által tett évi 6 forint kegyes alapítvány tárgyában.

Melchior de Rakos, Arcium liberalium, et Decretorum Doctor, Canonicus, et Vicarius Ecclesie Albensis Transsylvan. In spiritualibus et Causarum Auditor generalis etc. Omnibus X-sti fidelibus presentibus, et futuris presens Scriptum inspecturis; Salutem in omnium saluatore, perspicua humane condicionis industria, memorie hominum Labilitate pensata, sagaciter adinuenit, ut ea, que aguntur in tempore, ne frustra labantur, cum eodem litterarum patrocinio solidentur, proinde ad Vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod comparentibus coram Nobis in Iudicio Directore Ordinario per viam legitime citacionis et eius executionis, Circumspectis Georgio Sartore Ciue Ciuitatis *Koloswariensis*, pro se, ut actore, et principali ab una, et Jacobo Zeÿber Decano confraternitatis *Altaris Beate Katharine Virginis*, et martiris in parochiali ecclesia *Beati Michaelis Archangeli Ciuitatis eiusdem fundati*, ac Laurentio Eÿzel uno et eadem confraternitate, pro eodem Altare, (így) Ac Similiter Altare in ecclesia hospitalensi ciuitatis prenotate constructo et Monasterio *Beate Marie Virginis de Kolosmonostra* velut in causam attractis, et ex aduerso similiter principalibus partibus ab alia, et Vicissim, contra se, super facto censuum annualium singulorum sex florenorum communiter *Pokreÿch* nominatorum, quos, dudum pie memorie condam Circumspectus Kwnch Jaz dictus ciuis dicte Ciuitatis *Koloswariensis*, de domo sua Ciuitate in eadem habita, quam nunc idem Georgius Sartor Jure Hereditario possidere dinoscitur, prescriptis Altaribus scilicet *Beate Katharine*, et hospitalensis Ac Monasterio, pro observandis Luminaribus olei vel sepi perpetuis semper temporibus proueniendos pro Salute anime sue testamentaliter legando constituerat, contentibus, Licet Annotatus Georgius Sartor ex eo, Quod domus ipsa per emptorem perpetualem, in qua ob censuum predictorum onera ex precio denominato, tunc domus eiusdem, certa pars emptori fuerat per uenditorem relaxata, A progenie dicti condam Kwnch Jaz in manus externas consequenter Successive ipsius Georgii Sartoris deuenisset, se ad Soluendum et deponendum census huiusmodi, nusquam debuisset, seu debere Asseruerit, tamen, quia nos ex certis litteris priuilegialibus prudentum et Circumspectorum felices recordacionis condam Ciuium: Nicolai Iudicis Juratorumque, ac uniuersorum Seniorum antefate Ciuitatis *Koloswariensis*, In anno Domini Millesimo Tricentesimo Sexagesimo Octavo In Octauo pasce [ápr. 16.] emanatis per annotatos Jacobum Zeÿber Decanum et Laurencium Eÿzel confratrem, coram nobis Judicialiter exhibitis Id manifeste comperimus, Quod prelibatus Kwnch Jaz piam, et Salubrem suam voluntatem exprimendo legauisset contulisset et commisisset censum ipsum per neminem unquam Here-

dum seu proximorum suorum aut aliorum exterorum quorumcumque, eciam si Domum Ipsam Successu temporum in manus cuiuspiam devenire contingat, redimi posse quoquo modo Sed domum eandem eisdem Altaribus et Monasterio in Singulis annuatim sex finis perpetuo censualem reliquisse, Ideo Nos die hodierno, solito nobis more pro tribunali sedentes, et dominorum coassessorum nostrorum, ac Jurisperitorum consilio Ac matura eciam intra nos deliberatione prehabita, per nostram Sentenciam interlocutoriam vim diffinitive habentem quam in presencia parcium Sentenciam ipsam ferri postulavimus, duntaxat Verbali preconio pronunciavimus, pro prescriptis Altaribus ac Monasterio, et contra memoratum Georgium Sartorem, omnesque alios ad quos coniunctim, sive divisim domus Ipsa futuris unquam temporibus devenerit super censibus singulorum annuatim Sex flnor. districtissimum et irrevocabile de solvendo preceptum decrevimus, declarauimus, et pronunciauimus, Imo decernimus, declaramus et pronunciamus, ac eidem Georgio Sartori, suisque universis, domo in eadem Successoribus, ac ipsius quibusdam possessoribus perpetuum, in hac parte Silencium imposuimus, expensis denique parcium, propter certos et rationabiles respectus in nullius partis Victoriam retortis. In quorum premissorum fidem, et testimonium uerissimum presentes litteras priuilegiales dictam nostram precepti de soluendo Sentenciam in se continentes, nostro Sigillo, quo in Officio Vicarius nostri utimur sub pendenti consignatas, eisdem Jacobo Zeyler Decano, et Laurentio Eyzel confratri, ac per eos eisdem Altaribus Sancte Katherine scilicet et hospitalensis, Atque Monasterio duximus concedendas, Justicia suadente. Datum Albe feria quinta proxima post festum Apparicionis Beatj Michaelis Archangeli, [máj. 12.] Anno Domini Millesimo Quingentesimo Nono, Venerabilibus Dominis Joanne Megeriche Kolosiensi altero Joanne de Lazo Thylegdiensi Archi Diaconis, ac Nicolao de Hanrogd (így) Canonicis eiusdem Ecclesie Transsiluane, alysque quam pluribus testibus inibi premissa videntibus et audientibus.



Thomas de Nyres
Notarius in premissis. ¹⁾

XXXVI.

1369.

A kolozsvári tanács által az idegen városból Kolozsvárra bört vásárolni jövő s avval kereskedő szöcsökre nézve hozott helyhatósági rendszabály.

Nos comes Georgius filius Comitis Bartholomei Judex Jurati et uniuersi Seniores *cluserienses* ad uniuerserum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie cupimus peruenire quod Prouidi viri et honesti

¹⁾ A kolozsvári r. kath. plébánia levéltárában levő eredetiből, mely bőrhártyára van írva s veres selyem zsinóron függő viaszba nyomott veres pecséttel erősítve. [1 Fasc. 16. szám alatt.]

Stephanus Albus, Nykel pellifex, Petrus filius Mathie Clesel Filius Martini pellificis in suis ac uniuersorum pellipariorum seu pellificum nostrorum Conciuium in personis nobis detexerunt grandibus cum querelis quod Hospites de alijs Districtibus ciuitatibus ac villis in medium nostri uenientes totum profectum et utilitatem in emptione pellium cuiuslibet generis animalium de quibus idem (igy) pellifices nostri conciues sua victualia deberent habere et nutrimenta et Sacre Regie corone exactionales soluere contributiones penitus tollerent ipsis in annullacionem et derogamen satis grande cum tamen in alijs Ciuitatibus ciues in eisdem incolatum et residenciam habentes, pre hospitibus extraneis specialibus gauderent prerogatiuis de quibus eodem Ciuitates efficacem percepissent et continuam perciperent meliorationem, et quia expediens et ratione censetur fore dignum ut ciues seu homines quarumlibet ciuitatum in loco sue residencie pre alijs extraneis ad eadem loca accessum dirigentibus speciali prerogatiua uti debeant et gaudere, Nos igitur predictis pellificibus nostris conciuibus super ipsorum defectibus premissis de remedio cupientes prouidere opportuno, ut ipsi sua Victualia copiosius habentes, predicta *cluswar* profectum Ubertate munita maius percipiant incrementum, et exinde uberius Seruiciorum et honorum fructus uniuersitatis huiusmodi fecimus seu ordinauimus constitutiones quod nullus nostrorum conciuium seu aliorum extraneorum in medium nostri accedencium pelles ouium ac agnorum sive aliorum animalium domesticorum Campestrium Siluestrium ac cuiuslibet generis ferarum numero Centenario minus preterquam nostri conciues qui eisdem pro usu Sui laboris mechanici indigere noscuntur emendi debeat habere facultatem, Et quod nulla in Communitate et fraternitate predictorum pellificum nostrorum Conciuium non existens sibimet in suo proprio operario proprium opus pellicearium possit seu valeat absque prenominatorum pellificum nostrorum voluntate et consensu exercere, Volentes predictas constitutionum ordinaciones perpetue et irreuocabiliter fore ualituras presencium nostri maioris sigilli appensione munitarum testimonio mediante, ea tamen interposita Condicione quod prefati pelliparj seu pellifices nostri Conciues inter se in Communitate et fraternitate ipsorum nullas constitutiones comuni bono contrarias facere debeant seu ordinare, Si qui vero contra premissas ordinaciones siue Constitutiones nostras facere presumendo attemptarent; eosdem Iudici nostro pro tempore Constituto iuxta nostram deliberacionem relinquimus puniendo, Ut autem omnia premissa perpetue et irreuocabiliter permaneant et perdurent, pre annotatis pelliparj nostris conciuibus presentes nostras Literas nostri maioris sigilli appensione munitas concessimus et extradari fecimus omnium in robur premissorum Datum in Vigilia Annunciacionis virginis gloriose [márcz. 24.] Anno Domini M^o CCC^o LX^o Nono ¹⁾.

¹⁾ A szócs-czéh ládájában levő hártýára irt s veres zsinoron függő pecséttel erősített eredetiből; a pecsét körirása látható a RAJZOK illető tábláján.

Meg van ez hártýára irt s fejár zsinoron függő pecséttel erősített konventi átiratban is; átirattík Kyrnicher András, Czypser Tamás, Wngrischer Jakab kolozs-

XXXVII.

1370.

I. Lajos király által Kolozsvárnak halas-tó alapítására adott engedély- és kiváltságlevel.

Nos Lodouicus dei gracia Rex Hungarie, Memorie commendantes tenore presencium significamus universis, Quod nobis in Ciuitate nostra *Cluswarensi* existentibus fideles nostri Georgius Iudex et Jurati ac uniuersi Ciues eiusdem Ciuitatis nostre *Cluswarensis*. maiestati nostre proposuerunt, quod ipsi et tota Ciuium ac Hospitum ipsius ciuitatis communitas, pro comodo et usu eorum ac utilitate Ciuitatis iam dicte, quamdam piscinam in lacu *feneketlen tou* vulgariter nuncupato ad quem a parte meridionali de quodam fonte *Starkpataka* vocato Riuius descendens intrat et influit, ex quo eciam fonte ipsa piscina aquam habet necessario in teritorio prefate Ciuitatis, cuius quoque piscine finis una prope metas ville Zamus falua vocate iaceret et se extenderet, de nouo ordinare et ordinari ac situari facere cum clausuris necessarijs vellent, supplicantes humiliter et deuote celsitudini nostre, ut ordinacioni et situacioni ipsius piscine, nostrum regium consensum adhibere et eandem piscinam proprijs eorum usibus et comodis liberam dimittere dignaremur, Nos itaque humili et votive supplicacioni predictorum Iudicis Juratorum et Ciuium nostrorum regia fauorabilitate aures exaudibiles prebentes, pro comodo ampliori, et statu meliori, ac utilitatum incremento anotate Ciuitatis nostre *Cluswarensis*, nec non incolarum suorum, iam dictis Iudici Juratis et Ciuibus ac universitati hominum de eadem Ciuitate, predictam piscinam, quam in loco pretacto, nunc ut preferatur ordinant et situant, simul cum suis Juribus et prouentibus liberam perpetuo, ab omni Iurisdiccione vojnode nostri transilvani pro tempore constituti et suorum castellanorum ac officialium quorumvis, et exemptam, commisimus per eosdem Iudicem, Juratos et Ciuium ac hospitum communitatem ipsorumque successores pro eorum proprijs usibus et comodis per hempniter conseruandam et possidendam; ipsius ordinacioni atque situacioni nostrum plenum consensum adhibentes iuxta supplicacionem fidelium nostrorum predictorum, ut ydem ad seruicia regie maiestati exhibenda valeant esse habiliores et validiores, volumus igitur et vobis voynode nostro transilvano nunc constituto et in futurum constituendo uestrasque vices gerentibus signanter autem uestris castellano de Leta et officiali de *Cluswar* nec non alijs personis singularibus cuiuscunque Status existant firmo regio sub edicto mandamus, quatenus, vos de predicta piscina et alijs comodis pro communitate Ciuium et Hospitum memorate Ciuitatis nostre *Cluswarensis*, in teritorio ipsius ordinandis nullo unquam tempore intro-

vári polgárok és czéhmosterek, költ boldog Margit asszony szűz és vértanu napján
MCCC LXXX I, a pecsét körirata : S : CONUONTUS : BEATÆ M VIRGINIS DŌ
COLOSMONVSTRA.

mittere debeatis uel audeatis, nec ipsos Ciues et Hospites disturbetis in eisdem modo aliquali contra edictum et commissionem nostre maiestatis Sed eandem piscinam simul cum omnibus suis Juribus et prouentibus dicte Ciuium et Hospitum comunitati, pro eorum usibus proprys iuxta premissam nostram annuenciam et commissionis seriem dimittatis pacifice libere et quiete in eum possidendam, et tenendam, Presentes autem dum nobis fuerint reportate sub magno nostro sigillo faciemus emanari, Datum ibidem in *Cluswar*, sabbato proximo ante Dominicam Judica [márczius 30.] Anno domini Millmo CCC^o LXX^{mo} 1).

XXXVIII.

1370.

I. Lajos király engedélylevele a végre, hogy a tartozásaikat megfizető jobbágyok Kolozsvárba bár kiknek birtokából bevonulhassanak.

Nos Lodouicus dei gracia Rex Hungarie, Memorie commendantes, tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, Quod cum nos Ciuitatem nostram *Clusuar* Transiluanam populorum multitudine decorare intendamus, volumus, ut quicumque libere condicionis Homines ad predictam Ciuitatem nostram, *Clusuar*, causa commorandi uenire uoluerint libere ueniant et secure commorentur in eadem, sub nostra proteccionem et tutela Speciali, vobis itaque uniuersis Comitibus Castellanis nobilibus et alys quibuslibet possessionatis Hominibus Jobagiones Habentibus firmo regio sub edicto precipientes damus in mandatis, quatenus Jobagiones uestros, qui habita licencia 2) ————— que terragio, et debitis eorum persolutis, ad predictam Ciuitatem nostram, de tenutis et possessionibus ac Honoribus uestris 3), causa commorandi se conferre voluerint libere et absque omni impedimento abire permittatis, Saluis rebus 4) eorum et personis, Secus sub pena grauissime indignacionis nostre facere non ausuri, — 5) hec volumus in foris et locis publicis palam facere proclamari, Datum in Zekeluasarhel feria sexta proxima post festum Georgy martiris, [ápril 28.] Anno Dni M^{mo} CCC^{mo} Septuagesimo. 6)

1) A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva, nyitott alakban s középen a király gyűrű pecsétével megerősítve; mi azonban nagy részben le van töredezve, a pecsét alatt e van írva: r^o Sandri Vice magistri pincernar. regaliū. [Fasc. D. Nro 2.]

2) Egy szó kiszakadt, úgy látszik: *deposito*.

3) E szó ki volt szakadva még 1648-n s a tanács engedelmeiből a k. monost. konvent keresői akkor írták oda oldalvást.

4) E két szót is 1648-n írták oldalvást a nevezett konventi levél-keresők.

5) 1648 óta innen is kiszakadt egy szó, hihetően: *Et*.

6) A város levéltárában levő eredetiből, mely regal papirosra nyitott alakban van írva s kívülről a király rányomott nagyobb pecsétével megerősítve. Jobbról alatt

XXXIX.

1370—1378.

I. Lajos király megerősíti Kolozsvár városát húsz év óta szerzett és békésen birt minden birtokaiban, jövőre nézve pedig az időmulást Kolozsvár városára nézve egy évi békés birtoklásban állapítja meg.

¹⁾ Odonicus dei gracia Hungarie. Polonie. Dalmacie. Crouacie. Rame, Seruie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque Rex princeps Sallernitanus et Honoris mentis sancti Angeli dominus, Omnibus Xristi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Salutem in omnium saluatore. Cum a nobis petatum quod iustum et honestum est maiestatem regiam decet facilem prebere consensum, In hys presertim que videntur suorum subditorum comodis utiliter conuenire, Proinde ad uniuersorum noticiam harum serie volumus pervenire, Quod fideles nostri Nicolaus plebanus et Nicolaus filius Thome, Judex Ciuitatis nostre *Cluswar*. In personis uniuersorum Ciuium et Hospitum nostrorum de dicta *Cluswar* in nostre serenitatis uenientes presenciam. Exhibuerunt nobis quasdam Litteras nostras patentes maiori et novo sigillo nostro Consignatas tenoris infrascripti. Supplices nostro culmini regio humili precum Instancia ut easdem litteras nostras de Verbo ad Verbum presentibus inseri faciendo easdemque ratas et acceptas Habendo, pro ipsis Ciuibus et Hospitibus nostris nec non tota Communitate eiusdem Ciuitatis nostre earundemque posteritatibus et successoribus uniuersis nostro dignaremur privilegio confirmare, Quarum tenor talis est; ²⁾ Os Lodouicus dei gracia Rex Hungarie, Memorie commendantes, Tenore presencium significamus, quibus expedit vniuersis, Quod Georgius filius Barthaleus, Judex Ciuitatis nostre de *Colosuar*, nec non Ladizlaus filius Laurency, et Nicolaus filius Johannis, seniores et Jurati de eadem in suis ac uniuersorum Ciuium et Hospitum nostrorum, de dicta *Colosuar* personis nostre celsitudinis humiliter accedentes presenciam, nostre Insinuarunt maiestati, quod ipsi ad decorem (így) et incrementum ac augmentum, predictae Ciuitatis nostre, voto unanimi dignum et debitum Habentes respectum, a nonnullis nobilibus et alijs Regni nostri hominibus, quasdam terras et possessionarias porciones, in circuiu ipsius Ciuitatis habitas et existentes, eis non tam vtilis, verum etiam necessarias, iusto empcionis titulo comparassent, usibus communitatis ipsorum applicando, asserentes nihilominus, se et predictos Ciues nostros; a viginti annorum spacio in pacifica possessione predictarum terrarum extitisse, et nunc esse

ez áll írva: Ao 1648 VI Dec. dictiones ad marginem positae, quae ob vetustatem penitus antiquatae erant et annihilatae, ex permissu Amplissimi Senatus Civitatis Colosvar scriptae sunt et renovatae, per nos Requisite Colosmonostrenses. [Fasc. J. Nro 33.]

¹⁾ Az L betű hiányzik az átirat eredetijében is.

²⁾ Az átirat hibás levén több helyütt, jónak láttam az eredetit közölni. Az eredetiben elől az N hiányzik.

pacifice et quiete, Supplicantes nominibus quibus supra nostre maiestati, ut empcionem et uendicionem de predictis terris et possessionarijs porcionibus, modo premissis factas, ratas habendo atque gratas, nostrumque regium consensum, ipsis adhibendo et asensum, (így) ad maiorem et vberio rem cautelam perpetue conseruacionis predictarum terrarum, de plenitudine nostra regie potestatis dignaremur ratificare et confirmare, Nos itaque considerantes, quod honor et comoditas regalis fastigij in multitudine et prosperitate populorum solet Jocundari, preuidencieque congruit presidentis, quod suorum subditorum comodis vigilanter insistat, vt ab ipsis nostre maiestati vtilitatis profectus Habeatur, et consequenter proueniet materia vberioris comodi et Honoris, supplicacionibus ipsorum regia benignitate clementer exauditis; ut ydem Cines, velud (így) honoris nostri speciales et prouidi Zelatores, in opulencia pacis sedeant et tranquillitatis pulcritudine quiescant, empcionem et uendicionem predictarum terrarum et possessionariarum porcionum, quouis nomine vocatarum, ad usum et utilitatem predictae Ciuitatis nostre *Coloswarijensis* factas, quas scilicet Cines eiusdem Ciuitatis, a Viginti annorum spacio, pacifice dignoscuntur habuisse et possedis se, et in quarum dominio immobiles extiterunt et quieti, ratas habentes atque gratas, nostrumque regium consensum adhibendo et asensum, de plenitudine potestatis nostre, approbando et ratificando confirmamus presencium patrocinio Litterarum, Ceterum ut cines Ciuitatis nostre predictae, easdem terras et possessionarias porciones, absque omni immutacione perpetue possideant, et ab omni sint impedimento securi, omnibus et singulis racione predictarum terrarum et possessionariarum porcionum, ad vsum Ciuitatis nostre predictae, applicatarum perpetuum duximus silencium imponendum, Insuper cupientes dictam Ciuitatem nostram et eius cines specialis prerogative titulis attollere et beneficiorum peruehere incrementis, vt status ipsorum de bono semper in melius reformetur, nobisque et sacre corone regie graciosiora et uberiora impendant fidelitatis obsequia, de speciali gracia, annuimus et consensimus ipsis graciose, ut liceat eisdem, a quibuslibet nobilibus et alijs regni nostri hominibus, terras et possessiones pro utilitate et augmento, eiusdem Ciuitatis iusto empcionis titulo comparare, et ad usum comoditatis ipsorum applicare, ex nostra annuencia permissiva, et consensu speciali, Quibus quidem empicioni et uendicioni, exnunc prout tunc vigore presencium, nostrum prebamus consensum et asensum volentes et decernentes, ut si aliqui in huiusmodi terris et possessionarijs porcionibus per ipsos cines nostros, processu temporum iusto empcionis titulo, emendis uel comparandis, quicquam Juris, vel accionis se habere sperauerint, a tempore huiusmodi empcionis fienda, infra vnus anni spacium prosequantur, Juris ordine mediante, Si qui vero infra vnus Anni spacium in taciturnitate persistendo Jura sua prosequi neglexerint vel non curauerint, amplius prosequendi non habeant facultatem, quibus perpetue taciturnitatis silencium imponimus, ipsasque terras et possessiones predictos Cines Ciuitatis nostre, perpetue et incommutabiliter volumus possideri et conseruari, contradictione quorumlibet non ohstante, Datum in Zekul Uasarhel feria Sexta proxima post

festum beati Georgy martiris [ápril 28.] anno Domini M^m CCC^{mo} Septuagesimo; ¹⁾ Nos igitur humilimis et devotis supplicationibus prefatorum domini Nicolai plebani et Nicolai Iudicis nominibus quibus supra nostre humiliter porrectis maiestati regia benignitate inclinati prefatas literas nostras, de uerbo ad uerbum sine augmento et diminucione presentibus insertas acceptamus approbamus et ratificamus pro eisdemque Ciuibus et Hospitibus nostris ac tota communitate dicte Civitatis nostre *Cluswariensis* eorundemque posteritatibus et successoribus vniversis quoad omnes sui continencias et clausulas perpetuo valituras confirmamus presencium patrocínio mediante, Sine tamen preiudicio Juris alieni, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus Litteras nostras priuilegiales pendentis et autentici sigilli nostri novi duplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in X-sto patris et Domini, Domini. Demetry Episcopi Zagrabyensis, aule nostre vicecancellary dilecti et fidelis nostri; Anno Domini Millesimo Trecentesimo Septuagesimo Octauo; Secundo Idus Mensis July. [jul. 14.] Regni autem nostri Anno Tricesimo septimo. Venerabilibus in X-sto patribus Dominis Fratre Stephano Colocensi. Sacre pagine magistro Petro Jadrensi. Vgolino Spalatensi. et Vgone Ragusiensi. Archyepiscopis Emerico Agriensi. eodemque Demetrio Zagrabyensi. Gublinto Transsiluanensi. valentino Quinqueecelesiensi Decretorum Doctore Ladizlao waradiensi, Gillelmo Jauriensi. Petro wessprimiensi. Paulo Chanadyensi. Fratre Dominico Boznensi. Petro wachyensi Johanne Syrmieni. Fratre Dominico Nitriensi, Paulo Tyniniensi. Demetrio Nonensi. Grisogono Tranguriensi. Matheo Sybicinensi. Stephano Pharensi. Jacobo Makarensi. Thoma Carbauyiensi et Pontina Seniensi Ecclesiarum Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Strigoniensi Sede vacante, Magnificis viris Nicolao de Gara, Regni nostri Palatino et Iudice Comanorum. Ladizlao woyuoda Transsiluano Comite Jacobo de Scepus, Iudice Curie et uniuersarum ciuitatum nostrarum Nicolao de Zeech Dalmacie et Croacie Petro Zudor totius Regni Sclauonie, et Johanne de Machou Banis, Georgio Zudor pincernarum Stephano similiter Zudor Janitorum. Paulo de Lizkow Dapiferorum Stephano Agazonum nostrorum magistris, honore Comitatus Poseniensis vacante, alysqe quam pluribus Regni nostri tenentibus et honores ²⁾).

¹⁾ Eddig az átírt eredeti oklevél, melyen feljül jobb felől e volt írva: *ad relaom Emerici voyuode*, alól szintén jobbfelől: *perfect. et corr.*

²⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s veres zsínoron függő pecséttel volt megerősítve, de ma hiányzik. Ugy látszik, le van vágva. [Fasc. P. Nro 16.]

E kiváltáságlevél szokás szerint előbb nyílt rendelet alakjában adatott volt Kolozsvár biráinak, s meg van így is a P. Fasc. 15-k száma alatt, hártýára írva s hátlapján megpecsételve, a mi azonban letöredezett. Rövidség okáért jónak láttam mindkettőt eredetiéből közleni.

XL.

1371.

I. Lajos király a kolozsváriaknak a kőrózsíji és bácsi vámnál vámmentességet ad.

Lodouicus dei gracia Rex Hungarie Polonie et Dalmacie fideli suo magistro Georgio Bubek magistro Tauarnicorum regalium et Comiti Lyptouiensi, vel tributarys suis de Keresfew et de Baach. Salutem et gratiam, Insinuant nobis fideles Ciues nostri de *Kolusuar*, quod vos super ipsos et res eorum tributum in locis dictorum tributorum exigeretis indefesse. Cum tamen vigore efficacissimorum instrumentorum a solutione dictorum tributorum exempti Inaenirentur, aliasque ad solutionem dictorum tributorum astrieti non fuissent, Et quia dictos Ciues nostros in suis libertatibus contra premissa volumus conseruare, fidelitati igitur vestre damus in mandatis, quatenus, a modo nullum tributum nullamque exactionem tributariam ab ipsis Ciuibus de *Closuar* et rebus eorundem contra formam premissae libertatis et instrumentorum eorundem exigi faciatis, vel exigatis, sed Sinatis ipsos vti libertatibus et prerogatiuis, quibus alias in hac parte vsi extiterunt, et aliud facere non audeatis, Datum in vissegrad. feria tertia proxima Ante festum pentecostes, [május 23.] Anno Domini M^o CCC^o LXX^o primo. ¹⁾

XLI.

1372.

Bakányi Péter és neje magyar utczában levő telkét a róm. kath. plebánusnak és sz. Mihály-egyháznak vég hagyományozza.

Quoniam generacio preterit, et cognacio advenit, et actiones Humane quantum cumque solempniter celebrate, propter incertos rerum et temporum euentus, solent cum tempore refluere et a memoria resecari, necesse est igitur ut ea que In tempore geruntur, scripti testimonio perhemnentur, proinde nos Comes Joannes Judex Jurati et uniuersi Ciues de *Closuar*, ad uniuersorum Noticiam tam presencium quam futurorum Harum serie cupimus peruenire, quod Discreto viro et Honesto Domino Emerico plebano nostro ab una, parte vero ab altera Petro dicto Bakani nostro conciuie et amico, cum sua Consorte Senjyd vocata in nostra personaliter constitutis presencia, per eundem Petrum Bakani dictum et consortem suam legitimam

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely regal papirosra van írva, s a király gyűrű pecsétével megerősítve, a mi azonban le van töredezve. [Fasc. T. Nro 2.]

Átiratban is kiadta a kolozsmónostori konvent 1592 jan. 13. [in octava festi Epiphaniae sub stylo novo] két réti papirosra, kívülről rá nyomott pecsét alatt, Bwdaj Thamas fő-, Herczegh Gáspár királybíró kérésére. [Fasc. T. Nro 91.]

Senjð vocatam, confessum extitit uno ore pariter et affirmatum, quod quia animaduertentes se anuositate confectas, condicionemque ipsorum Corporum deorsum, et ad humane Vite consumacionem declinare, et ne fundus ipsorum infra denotandus, ad ingratos deuoluetur possessores, ex parte quorum anime ipsorum in elargicionem elemosynarum, missarumque comparacionem, et aliorum Salubrium operum, que pro Salute animorum in Sancta Ecclesia fieri solent, ullum valerent percipere subsidium, fundum ipsorum in Platea *Mager Utcha* vocata, in confiniis fundorum videlicet Georgj Magni et Georgj filii Folkmar positum, cum omnibus edificjs et pertinencijs suis uniuersis prelibato Domino Emerico plebano nostro, et ad *Ecclesiam Sancti Michaelis* nostram uidelicet *Ecclesiam Parochialem*, speciali deuocione et animarum ipsorum ob salutem, testamentaliter legassent donassent et contulissent, ymo legarunt donarunt et contulerunt coram nobis, tali condicione mediante, quod non predictus Dominus Emericus plebanus noster, nec sui successores perpetuis temporibus, eundem fundum ab ipsa Ecclesia Nostra parochiali uendendi et abalienandi debeant habere facultatem, sed ydem Fundus circa ipsam Ecclesiam nostram parochialem remanere debeat temporibus sempiternis, et quod prenominalus Dominus Emericus Plebanus et sui successores Victum et amictum ipsis ministrare debeant, quousque vitam ducerent temporalem, quod idem dominus Emericus plebanus noster pro se et suis successoribus facere assumerit coram nobis spontanea voluntate. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras duximus concedendas, Datum in Vigilia festi beati Augustini episcopi et confessoris [aug. 27.] Anno Domini M^{mo} CCC^{mo} LXX^{mo} Secundo ¹⁾.

XLII.

1372.

Az előbbi véghagyományak a kolozsmonostori konvent előtt való megerősítése.

Nos Conventus ecclesie beate Virginis de Clusmonostra. Omnibus Christi Fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis, Salutem in omnium Saluatore, Ad noticiam uniuersorum Harum Serie volumus deuenire, Quod Petrus dictus Bakani Ciuis de *Clusuar* unacum Domina Senjð nomine Consorte sua, ab una, parte uero ab altera Discretus Vir Emericus plebanus, de eadem *Clusuar*, Coram nobis personaliter sunt constituti, et ydem videlicet Petrus cum sua coniuge oraculo vive Uocis Spontaneaue Voluntate, pari consensu protestando dixerunt, ut fundum ipsorum, seu Curiam cum omnibus suis utilitatibus et ad eandem

¹⁾ A kolozsvári róm. kath. plébánia levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva, fejr veres selyem zsinoron függő pecséttel erősitve, a mi azonban ma nincs meg. [I. Fasc. 11 szám alatt.]

pertinentibus, situm et habitum in Ciuitate *Clusuar* in platea Ungaricali cuius pars contigua, a parte Orientali est cum fundo Georgi Magni, a parte uero Occidentali est contigua cum fundo Georgi filij Folukman ¹⁾ Jam dictum Fundum predicti uidelicet Petrus cum sua Coniuge, Emerico Plebano predicto, in refrigerium anime ipsorum, pro testamento legasse, donasse, et locasse, jmo legauerunt coram nobis et per consequens suis successoribus, tali condicione adiecta, quod nec prelibatus Emericus plebanus nec sui successores uendendi habeant facultatem, sed semper de uno Plebano, ad alium remanere debeat, Jure perpetuo, et irrevocabiliter, possidenda, (így) tenendam pariter et habendam, nulla persona contradicente, Emericus uero Plebanus sepe dictus sua in persona, nec non suorum successorum, pro aliquali recompensa assumpsit, quod donec prenominati uidelicet Petrus cum sua coniuge, vitam ducerent mundialem, victum et amictum prestare tenerentur, Et ut series, testamenti, legacionis seu assecuracionis, rata, firma, et concussa [így] perseueret, ne processu temporis idem plebanus Emericus prenominatus aut sui successores, per quempiam Cognatorum, seu quorumlibet aliorum impediri, aut molestari, possint, uel valeant; In cuius rei testimonium presentes Literas nostras pendentis Sigilli nostri Munimine roboratas eidem duximus concedendas, Datum in Festo B. Augustini Confessoris [aug. 28.] Anno Domini M^{mo} CCC^{mo} LXX^{mo} Secundo ²⁾.

XLIII.

1373.

Kolozsvár polgárainak hegyvámfizetéstől mentesítő királyi kedvezménylevele.

Nos conuentus Ecclesie beate marie uirginis de Clus monstra memorie commendamus per presentes, quod Nykus dictus *Hazinschort* ciuis de *Cluswar* in sua ac uniuersorum Ciuium de eadem in personis ad nostram ueniens presenciam exhibuit nobis quandam literam patentem Serenissimi principis Lodovici dei gracia Illustris Regis Hungarie maiori sigillo rotundo eiusdem consignatam, preceptoriam venerabili in X-sto patri ac Domino Domino Demetrio Episcopo Ecclesie transsilvanie Super eo quod ipse predictos Ciues ac Hospites de *Cluswar* ad solucionem tributi montani de vineis ipsorum in territorio possessionis eiusdem Domini Episcopi fenes vocate existentibus compellere et compelli facere ac eciam alicuius abusionis nouitatem super ipsos inducere deberet nullo modo Cuius quidem literae tenor est talis, Lodovicus dei gracia Hungarie Polonie Dalmacie etc. Fideli suo venerabili in X-sto patri Domino Demetrio Episcopo Ecclesie transsilvanie

¹⁾ A másikban : *Folkmar*.

²⁾ A kolozsvári róm. kath. plébánia levélt. levő bõrhártyára irt eredetiből.
[Fasc. 1. actor. principal. Nro 1-mo.]

Salutem et gratiam, Noueritis quod Iudex Jurati Ciues ac Hospites nostri de *Cluswar* missis ad Nostri presenciam certis eorum conciuiibus et nuncjys nobis Significarunt cum querela, quod vos quadam nouitate super ipsos inducta de vineis eorum in territorio possessionis Ecclesie Vestre de Fenes vocate et aliarum situatis tributum montanum recipere et exigi facere uelletis, occasione cuius tres pecias panni ipsorum auferri fecissetis, Cum tamen ipsi nunquam alias huiusmodi tributum montanum de vineis ipsorum prefatis predecessoribus uestris et tandem vobis persolvissent, nec ad Solucionem ipsius fuissent adstricti, Et quia nos iam dictos Ciues et Hospites nostros in eorum antiquis libertatibus et consuetudinibus volumus immutabiliter conseruare, Fidelitati igitur Vestre firmissime precipimus omnino volentes, quatenus, restitutis dictis tribus peciis panni modo premissis ablatis, eosdem Ciues et Hospites nostros contra ipsorum libertatem et consuetudinem antiquam nequaquam ad Solucionem prefati tributi montani compellatis Vobis faciendam, ymo non inducat is super ipsos abusiones et nouitates modo aliquali, Aliud nostre gracie intuitu non facturi, Presentes autem post lecturam reddi iubemus presentanti, quas dum ad nostram cancellariam magnam fuerint reportate sub magno nostro Sigillo faciemus emanari, Datum in Wissegrad feria tertia proxima ante festum beatorum Sýmonis et Jude Apostolorum [oct. 26.] Anno Domini M^{mo} CCC^{mo} LXX^{mo} tercio. Petens nos supradictus Nýkus dictus *Hazinschart* Ciuis de *Cluswar*, ut prescriptas literas Regales de verbo ad verbum transcribi et literis nostris inseri facere dignaremur Nos Igitur legitimis et congruis postulacionibus eiusdem Nýkus Ciuis de *Cluswar* ac Justicie annuentes, prenotatas literas Regales de verbo ad verbum transcribi et literis nostris patentibus inseri fecimus et sigillo nostro tergotenus affixo communiri, Datum feria secunda proxima post festum beati martini Anno Domini Incarnacionis quo ut supra ¹⁾.

XLIV.

1374.

I. Lajos királynak a Bácsban levő vámot szabályozó parancs-s illetőleg kiváltságlevelé.

Nos Lodouicus dei gracia Rex Vngarie Polonie dalmacie etc. vobis fideli nostro magistro Georgio Bubek ipsiusque vicesgerentibus et officialibus ac tributarijs in villa Bach, declaramus, quod nos vobis tributum de dicta Bach non dedimus ea de causa, quod tributum a ciuibus et Hospitibus nostris de *coloswar* recipere deberetis sed ipsos a solutione dicti tributi liberos haberetis et expeditos Quare fidelitati vestre mandamus quatenus deinceps, a prefatis Ciuibus et Hospitibus nostris de *coloswar* nullum tributum

¹⁾ Az eredetiből, mely hártýára van írva, s a király kisebb pecsétével kívülről megpecsételve. [Fasc. V. Nro 1.]

recipere seu exigi facere presumatis Sed commisimus domino woywode transilvano ut ipsos Ciues et Hospites nostra autoritate adeo conseruet et defendat ut nullum tributum recipere poteritis ab eisdem Si qua autem racione tributi (így) recepissetis ab ipsis, eadem sine dilacione restituatis. Presentes autem post earum lecturam reddi Jubemus presentanti. Datum Bude feria secunda proxima post festum dominicarum Inuocauit. [febr. 20.] Anno domini M^{mo} CCC^{mo} LXX^{mo} quarto ¹⁾.

XLV.

1374—1391—1396—1399.

Az előbbi szám alatti kiváltság érvényben tartása végett kiadott vajdai rendelet.

²⁾ os Stiborius vayuoda Transsiluanus et Comes de Zolnok Memorie commendamus, Quod Incongregacione nostra generali vniuersitatis Nobilium et alterius cuiusuis status et condicionis Hominum diete partis Transilvane octauo die festi Circumcisionis Domini, Domini [jan. 8.] Torde celebrata, Johannes Judex, ac Georgius Tereines ³⁾ de *Clusvar*, mpersonis vniuersorum Ciuium de eadem *Clusuar* In nostram venientes presenciam, exhibuerunt nobis quasdam Literas Monasterij Beate virginis de *Clus* ⁴⁾ nostra patenter emanatas Petentes nos ut easdem de uerbo ad uerbum transcribi et transsumpmi presentibusque literis similiter patentibus emanari facere dignaremur pro eisdem, quarum tenor talis. Nos Conuentus Beate virginis de *Clusmonostra* Memorie commendamus Significantes tenore

¹⁾ A vár. levélt. levő eredetiből, mely regal papirosra van írva s alól a király gyűrű pecsétével megerősítve. [Fasc. T. Nro 3.]

E kiváltságot Zsigmond király is megerősítette Kolozsváron sz. György vértanu ünnepe előtti hatodik napon 1391.; látható az a kolozsmonostori konventnek 1396. sz. Mihály arkangyal ünnepe előtt harmadnappal [sept. 27.] költ átíratában. [Fasc. T. Nro 15.]

A kiváltságmegerősítést kérte Melchior bíró és Brustul Herman polgár; az átíratot pedig kolozsvári Brustul Herman ispán [*Comes Hermanus Brustul de Clusuar*] és Henrik kolozsvári jegyző és polgár. Tehát Brustul Herman, a ki 1391. egyszerű polgár volt, 1396-n bíró. Az átírat hártýára van írva s kívül megpecsételve, a pecsétnek csak nyoma látszik.

Megerősítette a konvent ezen átíratát Stibor vajda és szolnoki ispán is 1399. az Ur körülméltetése után nyolczadnappal a nemesek és minden más állapotuak Tordán tartott gyűlésében [*nobilium et cuiusvis alterius status et conditionis hominum*] János bíró és Terenes Gergely kérésökre. Ez hártýára van írva, a pecsétnek csak helye és hártýa szalaga látszik. Stibor vajda levelében Brustul helyett Brestel van írva. Lásd hátrább. [Fasc. T. Nro 17.]

²⁾ Az N hiányzik az eredetiben.

³⁾ Az eredetiben, itt *Terenes*-nek látszik e szó, de a berekesztésben világosan *Teremes*-nek van írva.

⁴⁾ „Mo” — ki van feledve az eredetiből.

presencium quibus expedit uniuersis Quod Comes Hermanus Brestel de *Clusuar*, ac Henricus notarius, et Cuius de eadem *Clusuar*, in nostram adherendo presenciam exhibuerunt nobis quasdam literas Serenissimi principis Domini nostri Regis Sigismundi maiori sigillo suo consignatas petentes nos humili precum cum Instancia ut easdem de uerbo ad uerbum transscribi et transsumpti ac in formam literarum nostrarum patencium, redigi facere dignemur pro eisdem, ad Cautelam uberiolem, quarum literarum nobis exhibitarum tenor per omnia sequitur et est is, Sigismundus Dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis Magnificis uiris Comiti Emerico Bubek Judici Curie nostre, ac Detrico regnorum nostrorum Sclauonie Dalmacie et Crouacie Bano : filijs condam magistri Georgy Bubek dicti, Salutem et gratiam, Noveritis quod prouidy uiri Melchior Judex, et Hermanus Brestel Cuius Ciuitatis nostre *Clusuar* nuncupati Inpartibus Transsiluanis situate, suis et uniuersorum Ciuium ac Hospitum nostrorum de eadem, in personis ad nostre venientes maiestatis, *presenciam pretextu huius, quod ipsi a solucione Tributi In villa Bach vocata pro vobis exhigi [így] omnino* ¹⁾ *essent exempti penitus et expediti, per vestrosque officiales et Tributarios de dicta Bach racione solucionis antefati Tributi de personis et rebus eorum vobis fienda, Iniuste perturbarentur, et dampnificarentur, communiter* ²⁾ *indefesse, quasdam Literas patentes condam Serenissimi principis, domini Lodouici regis felicis memorie, predecessoris et soceri nostri suo secreto sigillo rotundo consignatas nobis exhibuerunt hunc tenorem continentes. [Ezen tul szó szerént úgy, mint a XLV szám alatt közölve van.] Super quo fidelitati vestre, et vestrum, Officialibus, ac Tributarijs presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, firmissime precipiendo mandamus, quatenus a modo et deinceps in Loco dicti Tributi vestri de Bach, a prefatis Ciuibus et Hospitibus nostris ac eorum rebus et mercibus Tributum aliquod, petere, recipere, aut exhigi facere, nullatenus presumpmatis, nec sitis ausi modo aliquali Libertate eorum requirente approbata In hac parte presentes perlectas reddi Jubemus Jugiter presentanti, Et aliud pro nostra gracia non facturi In premissis. Datum in ipsa *Clusuar* feria sexta proxima post festum Beati Georgy martiris, [ápril 28.] Anno Domini Millesimo CCC^m-Nonagesimo primo, Nos igitur Justis et Legitimis petitionibus prefatorum Ciuium Inclinati easdem Literas domini nostri regis Sigismundi de uerbo ad uerbum transscribi et transsumpti ac in hanc formam Literarum nostrarum patencium redigi fecimus Justicia suadente, datum feria tertia proxima, ante festum Beati Michaelis archangeli [octob. 27.] Anno Domini M^{mo} CCC^{mo} Nonagesimo sexto, Nos igitur petitionibus ipsorum Johannis Judicis ac Gregorý dicti Teremes In eorum et uniuersorum Ciuium et Hospitum de *Clusuar* nobis porrectis Inclinati ipsas Literas ratas habentes et vigorosas In formam nostrarum Literarum*

¹⁾ Az eredetiben is így van, e szó helyett: „*consveto*.”

²⁾ E szót mint a hasonmás [gmnar] mutatja, helyesen kiolvasni szinte lehetetlen.

patencium transsumpmi et transscribi fecimus nostraque auctoritate vajudali presentes omnibus cernentibus Inuiolabiliter committentes obseruare, Datum Duodecimo Die congregacionis nostre predictae in Loco memorato Anno Domini M^{mo} CCC^{mo} Nonagesimo nono ¹⁾).

XLVI.

1377—1384.

A kolozsváriakat illető bácsi vámszabályzat módosítása.

²⁾ Igismundus Dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie Rame Serwie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarięque Rex, ac Marchio Brandenburgensis Sacri Romani Imperij Archi Camararius, Nec non Bohemie et Lucenburgensis Heres, Omnibus xsti fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, Salutem in omnium Salvatore, de facili memoria Labitur hominum, quam non servat lucida series literarum, proinde ad vniuersorum tam presencium, quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod prouidi Viri Melchior Judex et Hermannus dictus Brustul Juratus, Cives nostri de *Cluswar* Suis et uniuersorum Ciuium ac Hospitum nostrorum de eadem in personis, in nostre Celsitudinis venientes conspectum, Exhibuerunt nobis quasdam Literas patentes, quondam excelsi principis Domini Lodouici Regis Hungarie, patris et soceri nostri karissimi, laudande recordacionis suo maiori et autentico vltimo sigillo consignatas in facto solucionis cuiusdam Tributi confectas, tenoris infra scripti Supplicant exinde nominibus quibus Supra nostre maiestati Humiliter et devote, ut easdem ratas gratas et acceptas habendo, nostrisque literis priuilegalibus verbo tenus inseri faciendo, pro eisdem ac eorum heredibus Innouantes perpetuo valituras dignaremur confirmare, Quarum tenor talis est, Nos Lodouicus Dei gracia Rex Hungarie polonie Dalmacie etc. Memorie commendamus per presentes, Quod in Congregacione nostra generali, per certos nostros Barones, videlicet uenerabilem in xsto Patrem Dominum Demetrium Episcopum Zagrabiensem, et Virum Magnificum Nicolaum de Zeech Regni nostre Croacie Banum, vniuersitati nobilium et Incolarum partis Transsiluane, in octauis festi pascę Domini [apr. 5.] Torde celebrata, Nicolaus filius Thome Judex et alter Nicolaus filius Johannis Cives de *Cluswar*, in suis, ac uniuersorum Ciuium et Hospitum nostrorum de eadem *Cluswar* personis, de medio aliorum in eorundem Baronum nostrorum exurgendo presenciam, proposuerunt eo modo, quod quicumque mercatores, seu forenses Homines,

¹⁾ Az eredetiből, mely hártýára van írva, s kívülről megpecsételve. A pecsétnek ma csak helye látszik. [Fasc. T. Nro 17.] Lásd fennebb ez oklevél eredetijét T. 3. alatt.

²⁾ A nagy S hiányzik az eredetiben.

qui cum eorum rebus et mercibus, de ipsa Civitate nostra *Cluswar*, ad villam Bach vocatam, ab hinc ad Hunyad et ad Almas gressus eorum facere vellent, Ille vie semper et ab antiquo tute et libere fuissent ac Secure, tributaria exactione absque omni, nec a dicta Ciuitate nostra *Cluswar* usque ad easdem possessiones Hunyad et Almas vocatas, aliquod alium tributum preterquam in ipsa Bach haberetur, que Iudicibus nobilium, Juratisque Assessoribus diete congregacioni nostre adherentibus constarent evidenter, petentes ydem Cines nostri eosdem Barones nostros, vt ipsi prefatos Iudices nobilium, Juratosque Assessores diete congregacioni nostre adherentes, requisitos haberent, qualem scirent, de premissis eis facerent veritatem, Cumque igitur ydem Barones nostri eosdem Iudices nobilium Juratosque Assessores, super premissis requisitos habuissent, ydem Iudices nobilium Juratique Assessores ad fidem eorum deo debitam, tacto vivifice crucis Signo, prestitam, fidelitatemque nobis et Sacre nostre Corone regie, obseruandam, voce concordi et vnanimi taliter affirmarunt, vt quicumque mercatores et forenses Homines, qui cum eorum rebus et mercibus de dicta Ciuitate nostra *Cluswar* ad Villam Bach vocatam, et ab hinc ad possessiones Almas et Hunyad vocatas gressus eorum facere vellent, Ille vie semper et ab antiquo tute et libere fuissent, ac secure tributaria exactione absque omni, nec a dicta Civitate nostra *Cluswar* predicta, usque ad easdem possessiones Almas et Hunyad vocatas, aliquod alium tributum preterquam in ipsa Villa Bach haberetur, In cuius assercionis testimonium presentes Literas nostras dictis Ciuibus nostris de *Cluswar* duximus concedendas, Datum in predicta Thorda Sedecimo Die congregacionis [ápril 16.] nostre prenotate, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} LXX^{mo} Septimo : Nos igitur humilimis et deuotis dictorum Melchior et Hermanni Supplicacionibus nostre Maiestati per eosdem suis et dictorum Ciuium ac Hospitum nostrorum nominibus subiective porrectis, regia benignitate exauditis et clementer admissis, prefatas Literas ipsius condam Domini Lodouici regis patentes omni prorsus Suspicionis vicio carentes, presentibusque de verbo ad verbum sine diminucione et augmento insertas, quoad omnes earum continencias et clausulas acceptamus approbamus et ratificamus, easque requirentibus ipsorum Ciuium nostrorum fidelitatibus per ipsos nobis tempore et loco opportunis exhibitis et impensis, de consensuque et beneplacita voluntate Serenissime Principis Domine Marie regine Hungarie, consortis nostre karissime, prelatorumque et Baronum nostrorum Consilio prematuro ex certa nostre Maiestatis Sciencia, predictis Iudici, Juratis et Ciuibus nostris de *Cluswar* predicta, eorumque heredibus et posteritatibus vniuersis, Innouantes perpetue valituras confirmamus presentis Scripti nostri patrocinio mediante, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus Literas nostras priuilegiales pendentis et authenticí Sigilli nostri dupplicis munimine roboratas, Datum per manus Reverendissimi in X-sto patris et Domini Domini Johannis Archi Episcopi Ecclesie Strigoniensis locique eiusdem Comitís perpetui, ac Aule nostre et ipsius reginalis maiestatum eximý Cancellarý, dilecti nostri et fidelis, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} Nonagesimo, Quarto, Kalendas mensis aprilis,

ápr. 1.] Regni autem nostri Anno quarto : Venerabilibus in X-sto patribus et dominis Valentino, tt. Sancte Sabine sacro sancte Romane ecclesie presbitero Cardinali et alme ecclesie Quinque Ecclesiensis gubernatore ac eodem Domino Johanne ipsius ecclesie Strigoniensis Lodovico Colocensi, Petro Jadriensi, Andrea Spalatensi. et altero Andrea Ragusiensi Archi Episcopis Johanne Varadiensis, Petro Transsilvaniensis Johanne Zagrabiensis Stephano Cyko Agriensis Johanne Boznensis, Demetrio Vesprimiensis Johanne Jauriensis Petro Wachyensis Johanne Sirmiensi Gregorio Nytriensis Johanne Chanadiensis Grisogono Traguriensis Francisco Scardonensis Paulo Tiniyensis Johanne Novensis, Matheo Sibinicensis, Nicolao Corbauiensis et Johanne Senyensis Ecclesiarum Episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus, nec non Magnificis Viris Stephano Regni nostri Palatino et Judice Comanorum, Ladislao Wayvoda Transsiluano et Comite de Zonuk, Comite Emerico Bubek Judice Curie nostre, Detrico similiter Bubek tocins regni Selavonie, Nicolao de Gara Machowiensi Banis, honore Banatus regnorum Dalmacie et Croacie vacante, Nicolao filio Johannis de Kanisa Thauarnicorum, Leustachio de Ilswa Janitorum Georgio de Chithnuk Dapiferorum Nicolao de peren pincernarum ac eodem Domino Stephano Palatino Agazonum nostrorum Magistris, Stiborio de Stibor chych Comite posonyensi Aliisque quam pluribus regni nostri Comitatus tenentibus et honores ¹⁾).

XLVII.

1377—1629.

I. Lajos királynak Kolozs-Akna megtelepítése érdekében költ kiváltságselevele.

Nos Requisites Literarum et literalium instrumentorum in Sacristia Seu conservatorio Conuentus Monasterij Beatae Mariae Virginis de *Colosmonostra* repositarum, et locatorum, ac quarumlibet Judiciarum Deliberationum legitimorumque mandatorum Principalium Executores etc. Memoriae commendamus per praesentes quod Circumspecti Joannes Czeghÿ et Gregorius Fodor, Jurati Ciues et Incolae oppidi *Colos*, nominibus et in personis Prudentum ac Circumspectorum Judicis Primarij iuratorumque Ciuium, ac totius Universitatis Seu Communitatis Incolarum et Inhabitorum praefati oppidi *Colos*, coram nobis personaliter constituti, nominibus quorum supra, exhibuerunt nobis et praesentauerunt literas quasdam Serenissimi ac Excellentissimi quondam Principis Domini Lodovici, Hungariae, Poloniae et Dalmatiae etc. Regis continentes in se certa quaedam indulta, et libertates, per eundem olim Regem, dicto oppido *Colos* ac Inhabitoribus eiusdem benigne concessas, in pergameno patenter confectas, et quamvis Sigillo Caren-

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hátyára van írva s a király zöld selyem zsinoron függő kettős pecsétével megerősítve. [Füsc. T. Nro 16.]

tes, in dorso tamen literarum locum et circumferentiam Regj Sigilli manifeste declarantes, atque demonstrantes; Petentes nos ydem Joannes Czeghy et Gregorius Fodor, nominibus et in personis quorum Supra debita cum instantia, ut nos easdem literas, transumpto praesentium literarum nostrarum verbaliter inserj et inscribi facientes Annotatis Judici Primario, Juratis Ciuibus, ac toti [így] Universitati seu Communitati Inhabitorum antelati oppidi *Colos*, modernis videlicet et futuris quoque pro tempore constituendis, Jurium Scilicet eorundem futura pro cautela necessarias, sub Sigillo nostro Conuentuali et Authentico extradare et amanuare facere vellemus. Quarum quidem Literarum tenor talis est: Nos Lodouicus Dei Gratia Rex Hungarie, Polonie, Dalmatie etc. Significamus tenore praesentium, quibus expedit Uniuersis Quod cum nos Ciuitatem nostram *Kulus Akna* vocatam, populorum et habitatorum multitudine decorare Mandamus, volumus ut quicumque libere conditionis homines, ad dictam Ciuitatem nostram *Kulus Akna*, Causa commorandi venire voluerint, libere veniant, et secure commorentur, in eadem trium Annorum libertate, a die aduentus ipsorum pacifice et quiete fruituri in eadem, sub nostra protectione et tutela Speciali. Itaque vobis uniuersis Comitibus Castellanis, nobilibus, et aljs cuiusuis Status et préminentie hominibus Jobbagiones habentibus, firmis damus regjs sub edictis, ut Jobbagiones vestros, qui obtenta licentia, Justoque terragio et debitis persolutis, ad dictam Ciuitatem nostram *Kulus Akna* causa commorandi venire voluerint, libere et sine omni inquietatione venire et abire permittatis, saluis rebus eorum, et personis, — Secus sicut nostram indignationem grauiter incurrere formidatis; facere non audentes, Et hec volumus in foris et locis publicis [így] palam facere proclamari, Datum in Thorda, in festo Beatorum Philippi et Jacobi Apostolorum, [máj. 1.] Anno Domini Millesimo CCC^{mo} LXX^{mo} septimo, Nos itaque iustum petentibus placidum prebentes assensum, copiam seu paria prescriptarum Literarum, transumpto praesentium literarum nostrarum, de verbo ad verbum, sine diminutione, Augmento vel variatione aliquali, inseri et inscribi facientes, Antefatis Judici Primarii, [így] Juratis Ciuibus, ac toti uniuersitati seu Communitati Incolarum et Inhabitorum prémentionati oppidi *Colos*, modernis videlicet et futuris pro tempore Constituendis, Jurium scilicet eorundem futura pro cautela necessaria sub Sigillo Conuentus nostri Authentico fideliter et conscientiose extradanda duximus et concedenda, communi Justitia et equitate suadente ac Lege Regni permitte. Datum feria secunda proxima post Dominicam primam S. Trinitatis, [jun. 12.] Anno Domini Millesimo Sexcentesimo vigesimo nono ¹⁾.

¹⁾ Nemes Kolosz mezőváros levéltárában levő papirosra irt s kívül rá nyomva konventi pecséttel erősített eredetiből.

XLVIII.

1377.

I. Lajos király kiváltság- s illetőleg parancselevele, hogy a kolozsvári polgároktól Erdélyben sehol és így a püspök birtokain is vámot ne vegyenek.

Lodonicus dei gracia Rex Hungarie Polonie Dahmacie etc. Fidelibus Suis Voyuode uel vice uoyuode Transsilvano, Comitibusque Castellanis et officialibus eorundem vniuersis, nunc et pro tempore vbique in dictis partibus Transsilvanis constitutis, nobilibusque et ecclesiarum rectoribus possessionatisque, ac alijs cuiusuis condicionis Hominibus in eisdem partibus Transsilvanis vbique tributa habentibus et eorum tributarijs seu officialibus quibus presentes ostenduntur, Specialiter autem Episcopo ecclesie Transsilvanie Salutem et gratiam, Cum priuilegiata libertas fidelium Ciuium nostrorum de *Closwar* per pios progenitores nostros eis ob fidelitatis eorum sinceritatem mediantibus Litteris suis priuilegialibus, coram nobis in specie exhibitis graciose concessa id requirat, vt ydem de rebus ipsorum et mercibus vniuersis in tota terra Transsilvana tributum aliquod soluere non teneantur, Nos siquidem eosdem Ciues nostros de *Cluswar* in premissa Libertatis eorum prerogatiua illese conservare uolentes Fidelitati vestre et cuilibet Vestrorum firmis damus in preceptis, quatenus de rebus et mercibus dictorum Ciuium nostrorum de *Cluswar*, dum ydem uel aliquis ex eisdem ad loca tributorum nostrorum et vestrorum peruenerit nullum tributum nullamque tributariam exactionem recipere uel exigi facere presumptatis, ymo eosdem cum rebus ipsorum et mercimonys quibuslibet semper et ubique in eundo et redeundo de locis dictorum tributorum nostrorum et vestrorum libere et absque omni tributaria solutione transire permittentes auxilium Vestrum et Juvamen in locis et temporibus necessarijs potius eisdem impendere debeatis, aliud sicut nos grauiter offendere formidatis facere non ausuri. Datum in *Cluswar* predicta Sabbatho proximo post Festum Ascensionis Domini, [máj. 9.] Anno eiusdem M^{mo} CCC^{mo} LXX^{mo} Septimo ¹⁾.

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártyára van írva s kívülről a király legnagyobb pecsétével megerősítve. Hátán 16-k századbeli jegyekkel ez van írva : *Taskahoz igen Jo.* [Ekkor táskában tartották a leveleket.] [Fasc. T. Nro 7.] Meg van ez konventi átiratban is, kérték: Miklós ispán, bíró [*comes Nicolaus, iudex*] Seydel György és Nemisch Henrik esküdt polgárok; költ 1387-n sz. Mihály árkangyal nyolczados ünnepén [*in octavis festi b. Mich. arch.*] octob. 8; hártyára van írva s kívülről megpecsételve. [Fasc. T. Nro 9.]

Ugyan ezt másodszor is átirta a konvent, kérte: Brestel Hermann kolozsvári polgár; de a bevezetés különbözik abban, hogy itt Miklós bíró polgárnak iratik, Nemisch Henrik Nemeth Henriknek sat. [*accedentes in presenciam Ciues Nicolaus Jdex, Georgius dictus Seydel et Henricus dictus Nemeth, Jurati Ciues de Cluswar*], költ 1392 Judica vasárnap előtti szombaton [*sabbatho proximo ante Dominicam Judica me Domine*] márcz. 30. hártyára írva s fejez gyapot fonalból sodrott zsinoron függő pecséttel megerősítve, melyen e körírás van : S CONVENTVS [. . . egy

XLIX.

1377—1391.

Zsigmond király megerősíti I. Lajosnak azon kiváltságlevelét, melyben a kolozsváriaknak Erdélyben mindenütt és így a püspöki jószágok vámhelyein is vámmentességet adott.

Ro dni petr. epis. transsilvanen. eccl.

¹⁾ Igismundus dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie Rame Servie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarięque rex ac Marchio Brandenburgensis sacri Romani Impery Archycamararius, Nec non Bohemie et lucenburgensis Heres, Omnibus xsti fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, salutem in omnium salvatore Ordo suadet equitatis et ad apicem pertinet regalis maiestatis, vt ea que rite processerunt suorumque Subditorum commodum vberimum concernunt, Literarum regaliū munimine roorentur, proinde ad vniversorum noticiam tam presencium quam futurorum, harum serie volumus peruenire, Quod prouidi Viri fideles nostri Melheer Judex et Hermannus Breyseul Cines nostri de *Kolosuar*, suis et vniversorum Ciuium ac Hospitum nostrorum de eadem in personis ad nostre accedentes presenciam Maiestatis exhibuerunt nobis, quasdam Literas patentes quondam Serenissimi principis Domini Lodouici, felicitis memorie Illustris dicti regni Hungarie regis predecessoris et Soceri nostri, sigillo suo maiori et postremo super indulgione et relaxacione tributarie Solucionis pro eisdem gratiose roboratas, tenoris subnotandi, Supplicantes nostro culmini prece subiectiua, vt dictas Literas patentes regales acceptare et ratificare, ac pro ipsis eorumque heredibus et Successoribus innouantes dignaremur perhemniter confirmare quarum tenor Is est, [*Ezen tul szó szerént úgy, mint a megelőző XLVIII szám alatt közölve van.*] Nos itaque iustis et iuri consonis dictorum Melheer Judicis et Hermani Ciuis fidelium nostrorum Supplicacionibus, antefatis, per ipsos suis et dictorum eunctorum Civium et Hospitum de *Kolosuar* nominibus nostre humiliter uti foret antelatum porrectis maiestati, pie exauditis pariter et admissis, pretaxatas Literas regales patentes non abrasas non cancellatas, nec in aliqua sui parte vicio caliginis offuscatas, sed mera veritatis plenitudine prepollentes, presentibusque verbotenus sine diminucione et augmento insertas, quoad omnes earum continencias articulos et clausulas, plena autoritate et potestatis plenitudine nostre maiestatis, acceptamus approbamus et ratificamus ac ipsorum Ciuium

szó olvashatlan] M. VIRGINIS, DE COLOSMONAST közből a pecséten szűz Mária trónon ülve kezében a gyermek Jézussal, jobbján és balján szárnyas angyal. [Fasc. T. Nro 8.] Megvan ez káptalani átiratban is, kérte Bálint *cluser-i* plebánus, Miklós [*Tamás fia*] bíró, és Hermann jegyző, költ 1384. Pál fordulása ünnepén, [jan. 25.] hártýára írva, veres selyem zsinoron függő pecséttel erősítve, rajta Mihály arkangyal szárnyasan rajzolva életnagyságban, e körirattal : S CAPITVLI ECCLESIE TRANS-SILVANE [Fasc. T. Nro 10.]

¹⁾ Az S hiányzik az eredetiben.

et Hospitum nostrorum fidelitatibus requirentibus, ex prelatorumque et Baronum regni nostri consilio prematuro et Sancione uniformi, memoratas Literas regales patentes simulcum pretaxata ipsius tributarie solucio-
nis indulsione exempcione et graciosa relaxacione in tenoribus earundem
superius limpidius enodatis pro antefatis Civibus et Hospitibus nostris
eorumque Heredibus et uniuersis Successoribus, ex nostra certa sciencia
perhemniter innovantes, perpetue valituras confirmamus presentis priuilegij
nostri patrocínio mediante, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam
presentes eisdem concessimus Literas nostras priuilegiales pendentis et
autentici sigilli nostri dupplicis munimine roboratas, Datum per manus
reuerendissimi in Xsto patris et Domini Domini Johannis Archiepiscopi
ecclesie Strigoniensis, Locique eiusdem Comitis perpetui, Ac Aule nostre
et reginalis maiestatum eximij cancellarij dilecti nostri et fidelis, Anno Domi-
ni M^{mo} CCC^{mo} Nonagesimo primo, tercio Kalendas mensis Apprilis [márcz. 30.]
regni autem nostri Anno Quinto ¹⁾.

L.

1377.

I. Lajos király tiltó rendelete, hogy a kolozsmonostori apát a kolozsváriaktól az apátság
szőlőhegyében hegyvámot ne vegyen.

Lodouicus Dei gracia Rex Hungarie Polonie Dalmacie etc. fidei suo
religioso viro Domino fratri Othoni Abbati Monastery Beate virginis de
Clusmonostura, Salutem et graciam, Insinuant nobis fideles nostri Judex
Jurati et vniuersi Ciues ac Hospites nostri de *Cluswar*, Quod vos super eos
de vineis ipsorum in territoris dicti Monastery adiacentibus, montis, tribu-
tum recipere niteremini, et velletis, Cum tamen ipsi semper et ab antiquo
de eisdem vineis ipsorum, non tributum montis, sed solum veras ipsorum
decimas soluere essent adsueti; unde cum nos prefatos fideles Judicem,
Juratos Ciues ac Hospites nostros, de dicta *Cluswar*; per huiusmodi incon-
suetam tributum montis solucionem agrauari non velimus, fidelitati vestre
firmo edicto regio precipientes mandamus quatenus eosdem Judicem Juratos,
et Ciues ac Hospites nostros, pretextu solucionis ipsius tributum montis nulla-
tenus audeatis molestare, sed sinatis eos more alias consueto, decimas eorum
de eisdem vineis ipsorum persoluere pacifice et quiete, Aliud facere non ausuri
gracie nostre sub optentu, Et Hoc idem inJungimus alys Abbatibus, Monaste-
rio in predicto constituendis in futurum dantes eis similibus sub preceptis,

¹⁾ A város levéltárában levő, hártýára írt eredetiből, mely a király veres és
lilaszin selyem zsinoron függő kettős pecsétével van megerősítve. [Fasc. T. Nro 14.];
későbbi megerősítéseit láthatni T 19. s ugyan ott több szám alatt.

Presentes autem post lecturam, reddi iubemus presentanti Datum in Beztricia Transsiluana secundo die festi Pentechostes, [máj. 18.] Anno Domini, Millesimo CCC^{mo} LXX^{mo} Septimo ¹⁾).

LI.

1377.

I. Lajos király Kolozsvár polgárainak és vendégeinek saját pecsétével való élésre jogot ad, ezimereül a hármastornyt engedve.

Nos Lodouicus dei gracia Rex Hungarie Polonie Dalmacie etc. Memorie comandantes Significamus tenore presencium, quibus expedit Univer-
sis, Quod Nicolaus filius Thome dicti Zekul Judex et Ladislaus filius Lauren-
cy fideles ciues Ciuitatis nostre de *Clusuar* suis, ac fidelium Ciuium et Hospi-
tum nostrorum, de eodem *Clusuar* vice et nominibus in nostre maiestatis
venientes presenciam Humili eorum Supplicatione nostre patefecerunt sere-
nitati, quod ipsi propter Hoc, quia litere ipsorum procuratorie sub sigillo
communitatis eorum, super causis ipsorum propriys, emanate et confecte,
per Iudices et iusticiarios regni nostri Hactenus accepte non fuissent,
dampnum labores molestias et fatigas passi, fuissent, valde multas, suppli-
cantes nostro culmini regio prece subiectiua ut super hoc eisdem de remedio
dignaremur providere opportuno, Nos igitur attendentes quod regalis maie-
stas cum fidelium subiectionum preces admittit, et suum extollit solium et
ad serviendum devotos, animat incessanter, humillimis eorundem fidelium
nostrorum Nicolai Iudicis et Ladislai filij Laurency Supplicationibus, suis
ac eorundem fidelium Civium et Hospitum nostrorum de dicta *Clusuar* vice
et nominibus nostre porrectis maiestati benigne exauditis, uolentes ipsis
regio occurrere cum favore, ex speciali nostra gracia annuimus dedimus, et
concessimus eisdem ut ydem Ciues et Hospites nostri de dicta *Clusuar*, a
modo et deinceps sub sigillo Comunitatis eorum, in quo ymago trium turrium,
sculpta fore perhibetur, in quibuslibet factis et causis eorum propriys dun-
taxat in litibus et in Iudicijs exercendis, Coram quouis Iudice et Justiciario
regni nostri ecclesiastico siue seculari mouendis et emergendis Literas pro-
curatorias, iuxta regni nostri consuetudinem adinstar aliarum Ciuitatum nostra-
rum, regalium emanari facere valeant atque possint, quibus quidem Literis
procuratorijs, in toto regno nostro, plenam fidem adhiberi volumus et
committimus, Harum nostrarum testimonio Literarum mediante, Datum in
Beztricia transsiluana, Secundo die festi Pentechostes, [máj. 18.] Anno
Domini Millesimo CCC^{mo} LXX^{mo} Septimo. ²⁾

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s kívülről a király nagy pecsétével megerősítve. [Fasc. V. Nro 2.]

²⁾ Az eredetiből, mely hártýára van írva, s kívül a király nagyobb pecsétével

LII.

1377.

I. Lajos királynak a sebesvári várparancsnokhoz az iránt adott parancslevele, hogy a kolozsvári polgároktól Húnyad nevű faluban áruikról vámot ne vétessen.

Lodouicus dei gracia Rex Hungarie Polonie Dalmacie, etc. fideli suo magistro Sophornik Castellano de Sebuswar, vel Vice Castellano eiusdem Salutem et Graciam fideles Ciues et Hospites nostri de *Kuluswar* missis ad nos nuncys ipsorum dicunt querulose, quod nos ipsos ratione tributi in villa Hunyad vocata exigendi nimium turbaretis et tributum ab eis faceretis extorqueri uerum cum predicti Ciues et Hospites Nostri de *Kuluswar* priuilegiata Libertate eorum per predecessores nostros olim Reges Hungarie Illustris data et ipsis per nos confirmata requirente, nullas in partibus Transsiluanis de rebus et mercibus ipsorum tributum dare et soluere teneantur vt in eisdem priuilegyis vidimus contineri Ipsosque, nos velimus in premissa eorum Libertate conservari, fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus quatenus prefatos Ciues et Hospites nostros, de *Kuluswar* iam dicta eorum Libertate pacifice permittatis gratulari nec ratione exactionis tributi presumatis ipsos molestare optentu nostre gracie aliud non facturi Et hoc idem iniungimus alijs Castellanis nostris et vice Castellanis eorundem Castra in predicto constituendis in futurum dantes eis Similibus sub preceptis Datum in Zekulwasarhel feria quinta proxima post festum penthecostes, [május 21.] Anno domini Millesimo CCC^{mo} LXX^{mo} Septimo ¹⁾).

megerősítve. A pecsét le van töredezve. Kivül ez van rá írva: 1635 mart. 23. a fő és kir. biró s összes lakosok kérésére átiratva. [Fasc. R. Nro 9.]

Jegyzés: E kiváltságlevelet szóról szóra átiratta és megerősítette 1635-n Medgyesen márczius 23-n tartott Reminiscere vasárnapifejedelmi törvényszéken I. Rákóczi György; kérték Puellacher István kolozsvári fő-, és Rosas István királybiró, az átiró őrnök Henter Péter; a fejedelem helyett az itt folyt törvénykezési ügyekben elnök volt Somkerekí Erdelj István tanácsos és a szamosújvári várórség parancsnok kapitánya s Tordavármegye főispánja, jelen voltak az ítélmesterek és a fejedelmi szék többi ülnökei. Kiadatott az átirat két rétű regal papiroson márczius 24-n a fejedelem kisebb pecsété alatt, az aláírás ez volt: *Lecta et comportata cum suo vero originali et extradata per Stephanum Kassay Illustrissimi Dni Dni Principis Transsilvaniae Prothonotar.* mpr. [Fasc. P. Nro 13.]

Ugyan ezen kiváltságlevelet a konventtel is átiratták Segesvári Lőrincz és Kovaczy Gáspár 1631. sz. Gergely pápa napján [feria secunda, in festo Beati Georgii papae sat.] regal papirosra a konvent pecsété alatt, alól e bezárással: *Lecta et Correcta.* [Fasc. P. Nro 14.]

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s kívülről a király legnagyobb pecsétével megerősítve. A pecsét le van töredezve. [Fasc. T. Nro 6.] E parancslevelet ugyanazon várparancsnokhoz ugyanazon évben Lajos király Kolozsvár polgárai és vendégei részére már korábban t. i. az úr menybemenetele harmadnapján is [május 8.] kiadta volt Kolozsváratt, meghagyva neki, hogy mivel a kolozsvári polgárok és vendégek a király eldőideitől nyert s tőle megerősített azon szabadsággal és kiváltsággal birtak, hogy az erdélyi részekben sehol vámot ne adja-

LIII.

1377—1823

A kolozsmonostori konvent átírja I. Lajos király Kolozsvár városának saját törvénykezési joga biztosítására adott kiváltságlevelét.

Nos Conuentus Monasterij Beate Marie Virginis de Clusmonostra omnibus X-sti fidelibus presentes intuituris salutem in salutis Largitore Ad uniuersorum noticiam Harum serie volumus peruenire, Quod Ad nostram accedentes presenciam Honosti Viri Comes Nicolaus filius Thome, Georgius dictus Seydel et Heinricus dictus Nemisch Jurati Ciues de *Koluswar*, suis et uniuersorum Ciuium de eadem in personis exhibuerunt nobis quasdam literas patentes serenissimi principis Domini Lodowici Regis Hungarie maiori Sigillo suo consignatas petentes easdem, literis nostris inseri et de uerbo ad uerbum inscribi Sigilloque nostro roborari ad cautelam, Quarum tenor talis est. Nos Lodowicus dei gracia Rex Hungarie polonie, Dalmacie etc. Memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit uniuersis, Quod Nicolaus filius Thome dicti Zekul, Iudex Ciuitatis nostre de *Koluswar* suo ac uniuersorum ciuium et Hospitum nostrorum de eadem vice et nominibus ad nostre maiestatis accedendo presenciam, nostre significare curauit celsitudini quod nonnulli ipsos aut aliquem ipsorum in prouincijs et partibus Regni nostri procedentes nec non res et bona eorundem prohiberent et arestarent nulla penitus in presenciam ipsorum et medio ut libertas aliarum Ciuitatum nostrarum requirere dinoscitur iusticia postulata. per quod ipsi non modica dampna et multas iniurias ac molestias paterentur, Supplicans Idem C. Nicolaus filius Thome. sua et dictorum Ciuium ac Hospitum nostrorum in persona nostro culmini ut ipsis super Hoc prouidere dignaremur de remedio opportuno, unde cum libertas Ciuitatum nostrarum et Regni nostri id requirat ut quilibet querulantes suam Iusticiam in medio ipsorum prius debeant exercere Igitur vobis uniuersis Prelatis Baronibus Comitibus, castellanis nobiles officialibus eorundem ac alijs quibusuis Iusticiarjs Regni sui ¹⁾ Item Ciuitatibus et liberis uillis eorumque rectoribus Iudicibus et villicis quibus presentes ostenduntur. Edicto Regio firmo Damus sub precepto. Quatenus dictos Ciues et Hospites nostros de *Koluswar*, aut aliquem ex ipsis uel res et bona eorundem prohibere non presumptis nec prohiberi permittatis Siqui eciam ²⁾ contra eosdem uel aliquem ipsorum aliquid accionis seu quescionis habuerint in presenciam Iudicis eiusdem Ciuitatis et medio eorundem exequantur Juris ordine obseruato, qui quibuslibet querulantibus Iusticie facient Complementum equitate suadente. Datum In zekul

nak személyökről és kereskedelmi áruikról — tőlük Húnyad nevű faluban = villavámot ne vegyenek, hanem őket mondott szabadságukban megtartsák. [Fasc. T. Nro 5.]

¹⁾ Tán : „nostri” helyett, vétségből van „sui” irva.

²⁾ Olvasható így is : „enim” mert csak az „em” van kiírva rövidítési jeggyel.

uasarhel. sabato proximo ante festum sancte trinitatis, [május 23.] Anno Domini Millesimo CCC^{mo} LXX^{mo} septimo. Nos eciam Justis et legitimis petitionibus predictorum Ciuium inclinati easdem literas de uerbo ad uerbum presentibus inseri fecimus et inscribi Sigilloque nostri munimine Roborari ad Cautelam, Datum feria Sexta proxima ante festum Beati Michaelis Archangeli, [sept. 24.] Anno Domini Millesimo CCC^{mo} LXXX secundo ¹⁾.

LIV.

1377—1378.

I. Lajos királynak Kolozsvár városa részére határainak minden irányban kijáratásáról és a széleknek határhalmokkal és más jegyekkel megjelöléséről kiadott kiváltság- illetőleg határjárási levele.

²⁾ Odouicus Dei gracia Hungarie. Polonie. Dalmacie. Croacie. Rame. Seruie. Gallicie. Lodomerie Comanie. Bulgarieque Rex princeps Sallernitanus et honoris montis sancti Angeli Dominus. Omnibus X-sti fidelibus. presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris. Salutem in salutis largitore. Regiam decet excellenciam suorum fidelium preces legitimas fauorabiliter. exaudire. et eorum fidelitatibus recensitis iustis ipsorum petitionibus facilem prebere consensum. In hys precipue que videntur suorum subditorum comodis vtiliter conuenire. Proinde. ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod fideles nostri discretus vir Nicolaus plebanus et Nicolaus filius Thome Judex Ciuitatis nostre de *Cluswara*, In personis vniuersorum Ciuium et Hospitum nostrorum fidelium. de eadem. in nostram accedentes presenciam, Exhibuerunt nobis quasdam litteras nostras patentes maiori et nouo sigillo nostro consignatas, super legitima diete Ciuitatis nostre *Cluswara* et eiusdem terrarum ac territoriorum reambulacione. nec non metarum earundem ereccione facta. emanatas. tenoris infrascripti Supplices nostre maiestati Humiliter et deuote. ut easdem de Verbo ad Verbum presentibus transsumpti et transscribi ac in formam nostri priuilegy redigi faciendo. acceptare. approbare. et ratificare ac pro eisdem Civibus et Hospitibus nostris nec non tota communitate diete Ciuitatis nostre de *Cluswara* eorumque posteritatibus et successoribus vniuersis nostro dignaremur priuilegio confirmare. Quarum tenor talis est, Nos Lodouicus dei gracia Rex Hungarie polonie dalmacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis. Quod In

¹⁾ A városi levéltárban levő eredetiből, mely hártýára van írva s kívül a király kisebb pecsétével megerősítve. [Fasc. AA Nro 1.]

²⁾ Az L betűnek nagy hely van hagyva; úgy látszik, a királyi jegyző valami kitűnő-diszesen akarta íratni, s tán nem volt rá ideje vagy embere. Ki volt ez adva 1377-n hártýán, a király új nagyobb pecsége alatt, később egy évvel — 1378 — kiváltságalakban. Czélszerűbbnek láttam utóbbit adni.

congregacione nostra generali vniuersitati (így) nobilium et alterius status hominum parcium Transsiluanarum per certos et fideles Barones nostros videlicet venerabilem in X-sto patrem dominum demetrium Episcopum Zagrabiensem. aule nostre Cancellarium et virum magnificum dominum Nicolaum de Zeech Regni nostri Croacie Banum ex speciali nostre maiestatis edicto in octavis festi pasce domini pro obseruanda vnicuique iusticia Torde celebrata Nicolaus filius Thome Judex et Nicolaus filius Johannis *Hossonsarch*, ¹⁾ Cuius Ciuitatis nostre *Cluswara*. suis et vniuersorum Ciuium ac Hospitum nostrorum Ciuitate nostra de eadem ipsis ad eorundem Baronum nostrorum venientes presenciam eisdem humiliter supplicassent. quod quia ipsi super facto reambulacionis metarum prefate Ciuitatis nostre ex Speciali nostra commissione. olym per quemdam dominum Benedictum archydiaconum de pankata Capellanum nostrum et Stephanum filium Pusa. homines nostros speciales. per nostram maiestatem tunc ad hoc transmissos erectarum. litteras seu Instrumenta propter quedam tunc incumbencia impedimenta emanari facere nequiuissent ²⁾. Ideo ydem Barones nostri alios homines nostros regios. ad reambulandum Terras. et Territoria. predictae nostre Ciuitatis iuxta cursus dictarum metarum per prenotatos speciales homines nostros erectarum transmitterent speciales, Cumque ydem Barones nostri sicut ad deuote prefatorum Iudicis Juratorum et Ciuium nostrorum Ciuitatis nostre predictae supplicacionis instanciam, sic eciam ad humilimam nonnullorum nobilium commetaneorum scilicet dicte Ciuitatis nostre *Cluswara* petitionem nobiles viros videlicet Michaellem filium Ramaz de Zomlyn, Curie nostre Notarium et Johannem dictum Bothus ³⁾ de Solywmkw. ⁴⁾ vnum ex Juratis assessorum. predictae nostre Congregacionis fideles et speciales homines nostros. ad hoc per ipsos Barones nostros specialiter deputatos, ad reambulandum Terras et Territoria. annotata Ciuitatis nostre *Cluswara* transmisissent. Qui demum ad eos reuersi prout per ipsos Barones nostros exinde informamur eisdem concorditer retulissent. quod predicti homines nostri in festo beati Georgy martiris. nunc preterito ad facies prefatarum terrarum et territoriorum iam dicte Ciuitatis nostre *Cluswara* vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis in ibi legitime conuocatis, et presentibus accedendo easdem terras. et territorium per metas per ipsum quondam dominum Benedictum archydiaconum et Stephanum filium pousa ut premisimus erectas hoc ordine reambulassent. Quod primo in monte *flekhegy* (így) vocato inter plagas orientalem et meridionalem incepissent a quibusdam duabus metis primarijs terreis olym per quendam dominum Ladislaum Episcopum Wessprimiensem erectis. que mete terras dicte Ciuitatis nostre. et possessionis. Nicolai de Gerend. Banabyk vocata ab inuicem

¹⁾ Az 1377-kiben : *Hassonsarch*.

²⁾ A györgyfalvi nemesség, úgy látszik 1366-ki határleveléből, határai kijáratra s arról határlevelét nyert is volt, kiváltság-alakban.

³⁾ Az 1377-kiben : *Bothus*.

⁴⁾ " " " *Solyumkw*.

separarent. ab hinc paulisper ad plagas orientalem ad spacium scilicet iactus vnus lapidis super eundem montem procedendo. ad duas metas terreas peruenissent. terras dicte Ciuitatis nostre et possessionis nobilium Rewd vocate ab inuicem separantes, de hinc per ipsum montem paruum descendendo et directe ad eandem plagam orientalem tendendo venissent ad duas metas terreas. Et deinde magis per dictum montem descendendo et ad eandem plagam orientalem paruum pergendo penes vnam viam super qua de dicta possessione Reud itur ad Ciuitatem nostram *Cluswara* predictam venissent. ad duas metas terreas, abhinc, dictam viam saliendo et paululum ad ipsam plagam orientalem pergirando ad duas metas terreas in latere vnus montis erectas peruenissent. Et dehinc per ipsum montem ascendendo et modicum ad eandem plagam orientalem transseundo [így] venissent ad duas metas terreas. Et deinde supra ipsum montem adhuc ad eandem plagam orientalem pergirando. ad tres metas terreas. peruenissent quarum una Ciuitatem nostram predictam alia eandem possessionem Reud et tertia possessionem nobilium Gyurgfalwa vocatas ac terras earum sequestrarent et ab inuicem separarent, ubi mete Ciuitatis nostre predictae a parte eiusdem possessionis Reud terminarentur. Abhinc per ipsum montem per nemora modicum descendendo et ad eandem plagam orientalem tendendo penes vnam viam super qua de villa Ahton vocata itur ad Ciuitatem nostram *Cluswara* predictam. ad vnam metam terream cursualem peruenissent. terras ipsius Ciuitatis nostre et possessionis Gyurgfalwa predictae, ab inuicem distinguunt, deinde per eundem montem magis descendendo et ad dictam plagam orientalem per eadem Nemora tendendo penes predictam viam venissent ad vnam metam terream cursualem. Et de hinc per eundem montem adhuc descendendo et ad ipsam plagam orientalem pergendo penes vnam magnam et publicam viam super qua de dicta possessione Gyurgfalwa itur ad Civitatem nostram *Cluswara* predictam videlicet iuxta vnum Riulum potak vulgariter dictum ad vnam metam terream cursualem peruenissent. Abhinc dictam magnam viam saliendo et super aliam viam mediocrem que de ipsa magna et publica via exiret ad plagam orientalem transseundo penes eandem mediocrem viam venissent ad vnam metam terream cursualem, deinde per ipsum montem *flekhegy* vocatum descendendo et ad memoratam plagam orientalem tendendo in fine ipsius montis venissent ad duas metas terreas, de hinc ad eandem plagam orientalem paruum procedendo et ad vnum montem ascendendo (így) in cuius cacumine ad duas metas terreas peruenissent, Et abhinc de cacumine ipsius montis descendendo et paruum ad eandem plagam orientalem tendendo penes vnam viam super qua de monte *flekhegy* memorato itur ad possessionem Zamusfalua vocatam peruenissent ad tres metas terreas quarum vna Ciuitatem nostram et possessionem Gyurgfalwa predictas tertia vero possessionem nobilium Zamusfalua vocatam et territorium ac terras earundem distinguerent et separarent ubi mete Ciuitatis nostre predictae a parte eiusdem possessionis Gyurgfalwa terminarentur. Abhinc paruum descendendo et adhuc ad eandem plagam orientalem tendendo in eodem monte ad vnam metam terream cursualem

peruenissent, de hinc declinando inter plagas orientalem et septemtrionalem transseundo et per predictum montem infra descendendo in latere alterius montis ad vnam metam terream cursualem peruenissent, deinde inter easdem duas plagas transseundo et quamdam vallem paludinosam. pergirando penes vnam viam super qua de villa Patha vocata itur ad Ciuitatem nostram *Cluswara* predictam super vnum monticulum vlgariter domb dictum ad duas metas terreas peruenissent. post hoc per longum spacium ad plagam septemtrionalem tendendo prope ipsam villam Zamusfalwa inter duos monticulos ad duas metas terreas peruenissent. Abhinc ad eandem plagam septemtrionalem per paruum spacium pergendo et quemdam Ryuulum *Wasarrew* alio nomine *Sospatak* appellatum a piscina diete Ciuitatis nostre *Cluswara* effluentem transsaliendo penes vnam magnam viam super qua, de eadem Ciuitate nostra *Cluswara* itur ad dictam possessionem Zomusfalwa ad duas metas terreas peruenissent. Et deinde ad eandem plagam septemtrionalem ad spacium iactus vnus lapidis procedendo, ex alia parte ipsius magne vie. ad vnam metam terream cursualem peruenissent. de hinc per paruum spacium ad eandem plagam septemtrionalem tendendo prope fluuium Zamus vocatum supra transsitum videlicet eiusdem fluuij ad duas metas terreas peruenissent. Et abhinc per meatum ipsius fluuij in vnam paruum Insulam dicti fluuij intrando peruenissent ad vnam metam terream cursualem, et deinde ad spacium emissionis vnus sagitte ad eandem plagam septemtrionalem in eadem Insula procedendo. ad vnam aliam metam terream cursualem peruenissent, de hinc de eadem Insula exeundo prefatum que fluuium Zomus transseundo et ad ipsam plagam septemtrionalem per unum tendendo. sub quodam monte in quo vinee essent perlatate ad vnam metam terream peruenissent cursualem. post hec ad eandem plagam septemtrionalem tendendo et per ipsum montem ascendendo uenissent ad duas metas terreas. abhinc ad ipsam plagam septemtrionalem in eodem monte per paruum spacium eundo ad vnam metam terream cursualem peruenissent. de hinc ad eandem plagam septemtrionalem supra ipsum montem transeundo. et eundem montem paululum descendendo in quodam Berch uenissent. ad duas metas terreas et deinde per ipsum montem adhuc paruum descendendo et ad eandem plagam septemtrionalem tendendo ad vnam metam terream cursualem peruenissent. ab hinc declinando ad plagam orientalem flectendo prope quoddam magnum fossatum *Bochteleke pataka* vocatum ad vnam metam terream cursualem peruenissent. deinde in latere vnus longe vallis a parte meridionali existentis ad eandem plagam orientalem per Longum spacium transseundo supra vnum monticulum uenissent ad vnam metam terream cursualem, et dehinc ad eandem plagam orientalem tendendo in latere cuiusdam montis penes quamdam viam super qua de ipsa Ciuitate nostra *Cluswara* ad quamdam terram ipsius Ciuitatis nostre *Tarchahaza* alio nomine *Ondoteleke* vocatam itur ad duas metas terreas peruenissent ubi mete Ciuitatis nostre *Cluswara* predictae a parte eiusdem possessionis Zomusfalwa terminarentur. propterea a dicta plaga orientali ad plagam meridionalem paruum declinando et ad spacium emissionis vnus sagitte pergendo

ad duas metas terreas peruenissent, quarum vna ipsi Ciuitati nostre *Cluswara* et alia possessioni nobilium *Zentmyklos* vocate distinguerent atque separarent. (így) ab hinc super vnum *Berch* ad eandem plagam orientalem tendendo ad duas metas terreas peruenissent. et deinde supra ipsum *Berch* per longum spacium eundo et ad eandem orientalem plagam tendendo in fine ipsius *Berch* uenissent ad duas metas terreas, de hinc per ipsum *Berch* descendendo ad eandem orientalem plagam paruam procedendo in quadam terra vsuali ad vnam metam terream cursualem peruenissent. Abhinc similiter ad eandem plagam orientalem paruam eundo penes prefatum fluuium *Zomus* directe in opposito *Capelle* beate virginis vltra ipsum fluuium *Zamus* in terra abbacie de *Clusmonostora* constructe ad duas metas terreas peruenissent terras Ciuitatis nostre *Cluswara* et possessiones *Zenthmyklos* predictarum sequestrantes vbi mete Ciuitatis nostre *Cluswara* predictae a parte eiusdem possessionis *Zenthmyklos* terminarentur. Postremo per ipsum fluuium *Zomus* vocatum per longum spacium iuxta cursum ipsius fluuii infra eundo et ipsum fluuium semper pro metis relinquendo. ad vnam metam terream. que prefatam terram ipsius Ciuitatis nostre *Cluswara Tharchahaza* alio nomine *Ondoteleke* nuncupatam a parte possessionis nobilium *Swk* vocate distingueret peruenissent, abhinc ad partem sinistram declinando et inter plagas septemtrionales et occidentales ad vnum montem per vnum paruam fossatum modicum ascendendo in latere. ipsius montis videlicet ex utraque parte ipsius fossati ad duas metas terreas peruenissent, et deinde per ipsum montem ascendendo et inter easdem duas plagas per bonum spacium eundo ad duas metas terreas peruenissent. dehinc magis per ipsos montes inter easdem duas plagas ascendendo in eodem monte uenissent ad vnam metam terream cursualem. Abinde per ipsum montem inter easdem duas plagas magis ascendendo. et in quodam magno *Berch* ad bonum spacium transseundo uenissent ad vnam metam terream cursualem, post hoc super ipsum *Berch* inter dictas duas plagas transseundo ad duas metas terreas peruenissent. vbi mete Ciuitatis nostre predictae a parte possessionis nobilium *Swk* ante dictae sequestrantes terminarentur, et abhinc directe ad plagam occidentalem per longum et magnum terrarum spacium transseundo terrasque et territorium eiusdem Ciuitatis nostre in commetaneitate possessionis *Johannis* filij quondam *Symonis* *Banifeyrd* vocate exeuntes propter absenciam ipsius *Johannis* tunc irreambulatas relinquendo. ad cacumen cuiusdam montis prope quemdam fossatum *Teulgyspatak* vocatum existentis ascendendo. ad duas metas terreas in cacumine ipsius montis erectas que ipsi Ciuitati nostre et possessioni abbacie de *Clusmonostora* *Kayantho* vocate distinguerent peruenissent, deinde per ipsum montem descendendo. et ad dictam plagam occidentalem tendendo supra vnum monticulum prope vnam magnam vallem uenissent, ad vnam metam terream cursualem, de hinc ipsam vallem et quemdam meatum aque vlgariter *patak* dictum in ipsa valle habitum saliendo et ad eandem plagam occidentalem ad partem sinistram transseundo penes vnum alium magnum meatum aque similiter *patak* dictum qui de nemore possessionis *Kayantho* predictae exiret

ad vnam metam terream peruenissent. cursualem. Abhinc per vnum meatum et quemdam montem inter plagas meridionalem et occidentalem ascendendo ad vnam magnam metam terream peruenissent. que predictis Ciuitati nostre et possessioni abbacie Kayantho nec non possessioni nobilium paapfalua vocate distingueret vbi mete nocte Ciuitatis predictae a parte eiusdem possessionis Kayantho sequestrantes. terminarentur. In quibus metis dominus frater Otho abbas Monastery ecclesie beate virginis predictus contentus extitisset. et easdem beniuole consensisset. (így) Abhinc declinando directe ad plagam meridionalem paulisper eundo ad duas metas terreas peruenissent terras Ciuitatis nostre predictae et eiusdem possessionis paapfalua abinuicem separantes, deinde ad eandem plagam meridionalem paruum pergendo ad duas metas terreas peruenissent, dehinc ad paruum spacium ad eandem plagam meridionalem in vno magno monticulo venissent ad vnam magnam metam terream cursualem Abinde similiter ad eandem meridionalem plagam paruum tendendo ad vnam aliam magnam metam terream uenissent cursualem, deinde adhuc ad eandem plagam meridionalem similiter paruum eundo prope vnum magnum meatum aque patak dictum modisimili ad vnam magnam metam terream cursualem peruenissent. de hinc ad ipsam plagam meridionalem paululum procedendo ad vnam metam ligneam terris circumfusam *Tulfahatar* appellatam peruenissent. Ab hinc, ad plagam occidentalem paruum pergendo in latere cuiusdam montis prope vnam magnam viam ad duas metas terreas peruenissent, de hinc per ipsum montem descendendo et dictam magnam viam saliendo, ac paruum ad plagam occidentalem tendendo. uenissent. ad vnam metam terream cursualem deinde per quemdam montem *Andornokmaal* vocatum descendendo et ad eandem plagam occidentalem paruum pergendo ad duas metas terreas peruenissent; Abhinc paululum ad dictam plagam occidentalem per prefatum montem Andornokmal recte in vnum meatum Aque potak dictum intrando sub quodam monte Lapidoso *Kwbanya* dicto ad duas metas terreas peruenissent, vbi mete Ciuitatis nostre predictae a parte eiusdem possessionis Paapfalua sequestrantes terminarentur Et cum ulterius ad reambulandum metas inter eandem Ciuitatem nostram *Cluswara* et possessiones abbacie predictae Baach et Monostor vocatas separantes et distinguentes ydem Michael Literatus filius Ramaz et Johannes dictus Bothwos (így) homines nostri accedere voluissent, tunc Stephanus Literatus Notarius et procurator ipsius domini fratris Othonis abbatis ibi adherendo in persona ipsius domini sui in facto ipsarum metarum prefatum dominum abbatem sicut tempore ereccionis iam dictarum metarum per ipsos condam dominum Benedictum Archydiaconum et Stephanum filium poua. facte, non contentasse. sic et in presenti contentari nolle asserendo contradictionis uelamine obuiasset, Ob quam contradictionem prefatus dominus Nicolaus Banus volens easdem partes in facto ipsarum metarum per omnia concordare Ad deuotam petitionem iam dictorum (így) parcium se personaliter ad reambulandum easdem metas transtulit, qui die dominico proximo ante festum pentecosten nunc preteritum ut per eundem informamur presentibus

prefatis Iudice et Juratis ac domino fratre Othone abbate iam dictas metas contenciosas isto ordine reambulassent. quod prima meta terre ipsius Ciuitatis nostre et possessionum dicte Abbacie Bach et Monostor vocatarum incipit iuxta Rywlum papfaluapataka vocatum videlicet super premissis duabus metis vltimis sub dicto monte lapidoso *Kwbanya* dicto erectis que mete terras Ciuitatis nostre predictae a parte possessionis papfalua sequestrarent et distinguerent, terra possessionis ipsius abbacie Bach vocata. ibi a parte orientis dicti Rywli remanente, deinde infra per cursum ipsi Rywli per magnum spacium eundo salit de eodem Rywlo versus eandem plagam orientalem ubi inter ipsum Rywlum in quamdam viam duas nouas metas terreas erexissent, abhinc per eandem viam versus dictam Ciuitatem nostram *Cluswara* modo simili per bonum spacium tendendo venit ad fluuium Nadas ubi in portu ipsius fluuij inter duas stratas. duas metas terreas erexissent ubi mete ipsius, Ciuitatis nostre et possessionis abbacie predictae Bach vocata terminarentur. et de hinc ipsum fluuium transsaliendo vertitur versus meridiem directe tendendo ad vnum montem ubi in cacumine ipsius montis super vineas quadam (így) magna via super qua de villa Baach ad eandem Monostor itur a parte occidentis remanente vnam metam terream erexissent cursualem, deinde per ipsum montem descendendo et versus eandem plagam meridiionalem tendendo inter easdem vineas similiter vnam metam terream cursualem erexissent, de hinc iterum in planicie ad eandem plagam meridiionalem tendendo vnam metam terream erexissent cursualem, et abinde ad fluuium Zomus, et per ipsum fluuium transsaliendo et ad dictam meridiionalem plagam tendendo prope ipsum fluuium duas metas terreas erexissent, de hinc et de eadem meridiionalem plagam tendendo retro quemdam ortum vnam metam terream erexissent; deinde ad eandem meridiionalem plagam tendendo et ad finem ville ipsius abbacie Monostor vocata veniendo inter vnam publicam viam et ipsum Rywlum duas metas terreas erexissent de hinc ad ipsam plagam meridiionalem supra ascendendo venit ad vnum locum vbi patibulum est erectum cuius patibuli vna statua nostre predictae Ciuitati *Cluswara* et alia eidem possessioni Monostor pertinent. Abhinc supra per terras arabiles directe ad eandem plagam meridiionalem tendendo in — ¹⁾ terras vnam metam terream erexissent cursualem. dehinc ad eandem meridiionalem plagam tendendo in quodam Berch duas metas terreas erexissent, Abhinc supra vineam ipsius abbatis inter easdem vineas et terras arabiles ad eandem plagam meridiionalem tendendo in vno angulo eiusdem vinee vnam metam terream cursualem erexissent deinde inter vineas et terras arabiles ad eandem meridiionalem plagam tendendo in vno alio Berch vnam metam erexissent. Abinde iterum in quodam alio Berch. ad eandem meridiionalem plagam pergendo duas metas terreas erexissent, et abhinc versus eandem plagam meridiionalem eundo venit ad vnam viam graminosam in quodam Nemore existentem et per eandem viam, ad quemdam paruum Ryuulum et eundem transseundo in latere cuiusdam montis

¹⁾ Két szó kiszakadt.

v nam metam terream erexissent cursualem. et deinde supra vnam magnam viam ad eandem meridiionalem plagam transseundo inter ipsam magnam viam et quoddam Nemus similiter vnam metam terream erexissent cursualem. dehinc ad vnum Berch ad eandem meridiionalem plagam supra tendendo et in Nemore ad vnum monticulum perueniendo duas metas terreas erexissent. Abhinc per ipsum monticulum descendendo. et iterum ad alium monticulum per bonum spacium asscendendo in cacumine ipsius montis super vnam viam vnam metam terream erexissent cursualem, Abhinc directe ad eandem plagam meridiionalem tendendo et ipsam viam saliendo et iterum ad eandem viam perueniendo super ipsam viam duas metas terreas erexissent. Postremo inter plagas meridiionalem et occidentalem. predictam viam per bonum spacium pergendo uenit ad tres vltimas metas terreas per eundem condam dominum Ladizlaum Episcopum Wessprimiensem olym erectas, quarum vna terras et territorium dicte Ciuitatis nostre *Cluswara* alia possessionis Banabyky et tertia possessionis dicte abbacie Monostor vocate predictarum ab inuicem finaliter distingverent atque sequestrarent. Et sic mete ipsius Ciuitatis nostre *Cluswara* a parte possessionum prefate abbacie et eorundem nobilium nemine penitus contradictore apparente sic per omnia presentibus et commetaneis predictis in facto omnium premissarum metarum beniuole concordantibus terminarentur. Datum in Zekulwasarhel in festo sancte Trinitatis. [május 24.] Anno domini Millesimo Trecentesimo Septuag^{mo} septimo. presentes autem dum nobis fuerint reportate in formam nostri priuilegy redigi faciemus datum vt supra. Nos igitur Humilimis et Juri consonis prefatorum Nicolai plebani et Nicolai fily Thome Iudicis dicte Ciuitatis nostre *Cluswara* supplicacionibus In personis prelibatorum Ciuium et Hospitum nostrorum de eadem *Cluswara* nostre maiestati porectis Regia pietate fauorabiliter inclinati pretactas litteras nostras patentes super legitima dicte Ciuitatis nostre *Cluswara* et eiusdem terrarum ac territoriorum reambulacione nec non metarum earundem ereccione emanatas de verbo ad verbum presentibus insertas simulcum predictis metis et earum decursibus acceptamus approbamus et ratificamus ac pro eisdem Ciuibus et Hospitibus nostris ac tota communitate dicte Ciuitatis nostre *Cluswara* eorundemque posteritatibus et successoribus vniuersis Regia auctoritate perpetuo valituras confirmamus presencium patrocinio mediante Saluis Iuribus alienis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus Litteras nostras priuilegiales pendentis et autentici sigilli nostri noui duplicis munimine roboratas. datum per manus venerabilis in X-sto patris et domini, domini demetri Episcopi Zagrabiensis, Aule nostre vice cancellary dilecti nobis et fidelis. Anno domini Millesimo Trecentesimo Septuagesimo Octavo. Secundo Idus mensis July. [jul. 14.] Regni autem nostri anno tricesimo septimo. venerabilibus in x-sto patribus dominis fratre Stephano Colocensi sacre pagine magistro, Petro Jadrensi, Vgolino Spalatensi. et vgone Ragusiensi, archiepiscopis; Emerico agriensi. eodem demetrio Zagrabiensi, Gubliino Transsilvaniensi. Valentino Quinque eclesiensi decretorum doctore. Ladizlao varadiensi. Gvillielmo Jauriensi.

Petro Vessprimiensi. Paulo Chanadiensi. Fratre dominico Boznensi. Petro vaciensi. Johanne Syrmiensi. Fratre dominico Nitrensi. Paulo Tyniniensi. demetrio Nonensi. Grisogono Trauguriensi. Matheo Sybinicensi. Stephano Pharensi. Jacobo Macarensi. Thoma Carbauienti et Protina¹⁾ Seniensi, Ecclesiarum Episcopis Ecclesias dei fideliter gubernantibus Strigoniensi sede vacante. Magnificis viris Nicolao de Gara palatino Regni nostri et Iudice Comanorum, Ladizlao woyuoda Transsiluano, Comite Jacobo de Scepus Iudice Ciuium et vniuersarum Ciuitatum nostrarum Nicolao de Zeech. Dalmacie et Croacie Petro Zudor tocius regni Sclauonie et Johanne de Machou Banis Georgio Zudor pincernarum Stephano Similiter Zudor Janitorum, Paulo de Lizkow dapiferorum Stephano agazonum nostrorum magistris Honore Comitatus Posoniensis vacante, Alÿsque quam pluribus regni nostri tenentibus et honores.²⁾

LV.

1377.

I. Lajos király az iránti engedélylevele, hogy a feleki 20 oláhból álló telep Kolozsvár városa adóilletékébe s nem a vármegyéjébe fizessen.

Nos Lodouicus Dei gracia Rex Hungarie Polonie Dalmacie etc. Damus pro memoria, Quod profectum Ciuitatis nostre *Coluswar* ut tenemur ampliari volentes et ut accessus ad eandem, tam mercatorum quam aliorum hominum et eciam recessus tucior sit et habeatur, eidem Civitati villam Olachorum felek in silua Ciuitatis predictae sitam ubi viginti olachi pro custodia vie positi et locati existunt, unacum quinquagesima ouium, nobis ex parte huiusmodi olachorum prouenire debendam duximus applicandam et concedendam Quapropter vobis magnifico viro Woyuode Transsiluanensi necnon exactoribus huiusmodi quinquagesime nunc et in futurum Constitutis, mandamus firmiter et districte, quatenus, cum huiusmodi Olachis nichil

¹⁾ Némely oklevelekben: *Portine és Pontina* is.

²⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártára van írva, s a király — veres zsinoron függő nagy kettős pecsétével megerősítve, kétharmada letörve s elveszve; kívül egyik felől: *Ladula Quinta*, másik felől: Ao 1378. *Generales Civitatis Claudiopolis Metales a Ludovico Rege in Privilegium redactae*. Egy másik példánya is meg van ennek, t. i. azon első nyílt levél, melyet a király Székely-Vásárhelyen május 24. 1377-n azon kijelentéssel adott Kolozsvár polgárainak, hogy mihelyt előtte királyi udvarában bemutatják, azt kiváltsági alakba foglaltatja. Ez kívülről volt rá nyomott pecséttel megerősítve. A mult századbéli tárgymutatóba — Index — egyik sem volt felvéve; úgy látszik, akkor nem voltak a levéltárban, hanem később visszakerülvén: az 1841-ki levéltárvizsgálatkor mint határlevelet az M betűvel jegyzett tárgymutató végére tették nro 1–2 alá, s egyszersmind az M alá is fasciculálták.

facere debeatis, neque quinquagesimam aut alias soluciones ab eisdem recipere presumptis, Sed permittatis ipsos pro eo ut viam tutam conseruent pacificos permanere et quietos, Datum Bude in crastino festi beati Mychaelis Archangeli, [sept. 30.] Anno Dni Millimo CCC^{mo} LXX^{mo} septimo. ¹⁾

LVI.

1378.

I. Lajos király megparancsolja az erdőn — túli vajdának s különösen a püspöknek, hogy a kolozsváriaktól kiváltságaikon feljül menő vámot ne vegyenek.

Lodouicus Dei gracia Rex Hungarie Polonie Dalmacie etc. fidelibus suis Woyuode uel Viceuoyuode Transilvano nunc et pro tempore constitutis et in futurum constituendis Salutem et gratiam, Ex querimonia fidelium Ciuium ac Hospitum nostrorum de *Cluswar* [per] Comitem Mykus concivem ipsorum nostre maiestati porrecta ad nostram audienciam peruenit, quod nonnulli Comites Castellani Officiales Nobiles ecclesiarum rectores possessionatique ac alij cuiusuis condicionis homines in eisdem partibus Transiluanis vbique tributa habentes et eorum tributary, seu officiales, specialiter autem episcopus ecclesie Transilване, contra privilegiatam ipsorum libertatem per pios progenitores nostros, eis, ob fidelitatis eorum sinceritatem mediantibus suis Literis priuilegialibus coram nobis in specie exhibitis ac eciam per nos graciose concessam, de rebus et mercibus dictorum Ciuium nostrorum dum ydem uel aliquis ex eisdem ad loca tributorum ipsorum peruenerint ab eis exigendo ipsos nimium perturbarent et molestarent, vnde cum nos eosdem Ciues nostros de *Cluswar* in libertatis eorum prerogatiua illese conseruare velimus, fidelitati Vestre firmo edicto regio precipientes mandamus, quatenus omnes illos in exactione tributorum predictos Ciues nostros et quemlibet ipsorum, contra formam premissae gracie impediētes et in locis tributorum suorum vbique in partibus Transiluanis ab ipsis tributa exigentes, compesscendo huiusmodi tributa ab ipsis exigere seu extorquere nullo modo permittatis, sed ipsos in libertatibus ipsorum conseruare et defensare debeatis, nostra auctoritate mediante. presentes autem penes eosdem Ciues

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára volt írva, középén a király veres viaszra nyomott hiteles pecsétével megpecsételve s nyílt alakban kiállítva. A pecsét töredezett, alatta ez áll: Cossio Dni Regis. [Fasc. D. Nro 4.] Két más oklevéllel együttesen megerősítette s hártýán a Zsigmond király 1405. Margit ünnep utáni másod napon Batha-n Gáspár iskola igazgató [*Rector Scholarum*] és városi jegyző kérésére költ megerősítő levele szerint kiváltság-alakban sárga, kék és veres nagy függő pecséttel hitelesítve kiadta ezt Wladiszlav király is Régeni Mihály és Barthafy János esküdt polgárok kérésére 1497. october 29. [Fasc. V. Nro 13.]

nostros volumus post Lecturam permanere, Datum Bude Die Dominico proximo ante festum Conuersionis Sancti Pauli Apostoli, [jan. 24.] Anno Domini M^o CCC^{mo} LXX^{mo} Octavo. ¹⁾

LVII.

1378.

I. Lajos király a kolozsváriak rendes és háborukori rendkívüli adója mértékét meghatározza.

²⁾ Odonicus Dei gracia Hungarie. Polonie. Dalmacie. Croacie. Rame. Seruie. Gallie. Lodomerie. Comanie. Bulgarieque Rex. Princeps Sallernitanus et Honoris Montis Sancti Angeli dominus; Omnibus X-sti fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam Habituris Salutem in Salutis Largitore, Regalem decet excellenciam suorum fidelium preces legitimas fauorabiliter exaudire. et eorum fidelitatibus recensitis iustis ipsorum petitionibus facilem prebere consensum, In hys precipue que videntur suorum subditorum comodis utiliter conuenire Proinde ad uniuersorum noticiam Harum serie volumus peruenire; Quod discretus vir dominus Nicolaus plebanus et alter Nicolaus filius Thome Judex Ciuitatis Nostre de *Coloswar*; In personis vniuersorum Ciuium et Hospitum nostrorum de eadem *Coloswar* in nostre serenitatis veniendo presenciam nostre Humiliter detexerunt maiestati. Quod quia ipsi Litteras et instrumenta eorum quibus hactenus gauisi extitissent ab ipsis casualiter forent deperdita. Ideo ipsi in eisdem libertatibus et Consuetudinibus ipsorum antiquis. signanter in soluendis collectis et datys eorum nimium periclitarentur Supplices exinde maiestati nostre nominibus quibus supra. ut super Hoc eisdem Ciuibus et Hospitibus nostris de remedio dignaremur providere oportuno; Nos itaque supplicationibus eorum de regia benignitate exauditis et admissis. volentesque ipsis Civibus et Hospitibus nostris in eorum necessitatibus regio occurrere cum fauore. ut ipsi in pacis pulcritudine sedeant et tranquillitate quiescant, matura deliberacione prehabita Huiusmodi gracie et libertatis prerogatiuam duximus eisdem faciendam ut ydem Ciues et Hospites nostri singulis annis circa festum Beati Martini confessoris iuxta antiquam eorum consuetudinem quinquaginta duas marcas argenti fini ponderis Budensis nobis et ad Cameram nostram regiam dare et persoluere. Preterea si pluries quam semel in anno exercitum mouebimus tunc ydem Ciues et Hospites nostri nobis vel woywode nostro Transsiluano pro collecta exercituali non pluries nisi semel tantum ducentos florenos aureos similiter dare et persol-

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s kívül a király legnagyobb pecsétével megerősítve. A pecsét alatt: *ro Petr. Zudor bani*. [Fasc. T. Nro 11.]

²⁾ Az L-nek az eredetiben hely van hagyva.

uere teneantur. Ubi autem exercitum non Habuerimus tunc a solutione dictorum ducentorum florenorum aureorum ydem Ciues et Hospites nostri exempti habeantur penitus et absoluti; volumus nichilominus ut Idem woywoda noster Transsiluanus nunc constitutus vel alii woywode nostri in futurum constituendi non pluries in anno nisi una vice tantum ab ipsis Ciuibus et Hospitibus nostris de dicta *Coloswar* ratione descensus victualia petere. vel exigere. valeant atque possint Iudicia autem et alia quelibet Jura woywodatus ydem Woywode nostri inter eosdem Ciues et Hospites nostros facere et exercere debeant more alias consueto Et quia fragilem Humane nature memoriam prolixitas temporum solet plerumque enervare ne premissa libertatis et gracie prerogatiua in posterum valeat retractari, sed perpetua potius firmitate consistat presentes concessimus Litteras nostras priuilegiales pendentis et autentici sigilli nostri noui duplicis munimine roboratas. Datum per manus Venerabilis in X-sto Patris et Domini, Domini Demetry Episcopi Zagrabiensis. Aule Nostre Vice Cancellary dilecti et fidelis nostri Anno Domini Millesimo Trecentesimo Septuagesimo Octauo, Secundo Idus mensis Julj, [jul. 14.] Regni autem nostri anno Tricesimo Septimo; Venerabilibus in Christo Patribus Dominis Fratre Stephano Colocensi Sacre pagine Magistro; Petro Jadriensi. Ugulino Spalatensi. et Ugone Ragusiensi Archyepiscopis, Emerico Agriensi. eodemque Demetrio Zagrabiensi. Gublinto Transsilvaniensi. Valentino Quinqueecclesiensi Decretorum Doctore. Ladislao Waradiensi Phisico nostro. Gyllelmo Jauriensi. Petro Wessprimiensi. Paulo Chanadiensi. fratre Dominico Boznensi. Petro Wachyensi. Johanne Syrmiensi. fratre Dominico Nitriensi. Paulo Tyniniensi. Demetrio Nonensi. Grisogono ¹⁾ Trauguriensi. Matheo Sybinicensi. Stephano Pharensi. Jacobo Makarensi. Thoma Carbauisiensi. Michael Scardonensi. et Portina ²⁾ Seniensi Ecclesiarum Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus, Strigoniense Sede Vacante, Magnificis Viris Nicolao de Gara regni nostri Palatino et Iudice Comanorum Ladizlao Woywoda Transsilvano Comite Jacobo de Scepus Iudice Curie et uniuersarum Ciuitatum nostrarum, Nicolao de Zeech Dalmacie et Croacie Petro Zudor tocius regni Sclauonie et Johanne de Machow Banis Georgio Zudor pincernarum Stephano Similiter Zudor Janitorum Paulo de Lizkow. Dapiferorum Stephano Agazonum nostrorum Magistris, Honore Comitatus Psoniensis vacante alysqe quam pluribus Regni Nostri tenentibus et Honores ³⁾.

¹⁾ Egy alább bővebben érintendő C. 5. alatti oklevélben : *Crisogono*.

²⁾ A Portina név „Pontina” alakban is előfordul C. 5. alatt, valamint M. 1. alatt is az 1378. évi határlevélben.

³⁾ Szép sima hártýára írt oklevél a városi levéltárban a király veres zsinoron függő kettős pecsétével erősítve, egyik lapján jól látszik a kettős kereszt, a másikon a király életnagyságu képe domborműi nyomattal. A hátlapon egykorulag írva : *de censu exercituandi*, levéltári jegye : [Fasc. C. Nro. 4.] Ez konventi átiratban is meg van 1382-ről, átiratták : Miklós ispán, Tamás fia mint bíró, Seydel György és Nemisch Henrik esküdtpolgárok [Fasc. C. Nro 5.]; meg van káptalani átiratban is 1384-ről, átiratták Bálint fejezérvári kanonok és kolozsvári plébánus és

LVIII.

1379.

I. Lajos király Jakab mesternek, Szántói Kolos fiának birtokot adományoz.

Nos Ludouicus Dei gratia, Rex Hungariae, Poloniae, Dalmatie, etc. Memoriae commendamus per presentes. Quod nos recordatis fidelitatibus, et fidelium seruitiorum laude dignis meritis fidelis nostri magistri Jacobi filii *Kolos* de Santo, vice agazonum nostrorum magistri, quibus idem in cunctis nostris, et Regni nostri negotiis sibi confisis et commissis studuit, et anhelat nostrae Maiestati intrepide complacere, ad ipsius humilem, et deuotam supplicationem quasdam possessiones seu terras Bana et Arpaa appellatas in Comitatu Komaromiensi existentes, de quibus alias nomine terrarum castrensiarum eidem magistro Jacobo donationem fecisse perhibemur. Ex nunc et de praesenti ac de nouo ipsas easdem possessiones seu terras Bana et Arpaa vocatas in praedicto Comitatu Komaromiensi habitas cum omnibus vtilitatibus et pertinentiis vniuersis, ac cum tributo Bana sub suis veris metis, et antiquis [quibus hactenus habitae fuerant, ac possessae] nouae donationis nostrae titulo, et omni eo iure, quo ad nostram pertinet collationem, ipsi magistro Jacobo filio *Kolos*, et per eum suis haeredibus, haeredumque suorum successoribus et posteritatibus vniuersis dedimus, donauimus et contulimus, imo damus donamus et conferimus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendas, tenendas, et habendas absque tamen praeiudicio iuris alieni, praesentes etiam sub magno nostro sigillo dari faciemus, dum nobis fuerint reportatae. Datum in Dyosgeur in festo S. Stanislai [máj. 7.] Anno Domini M. CCC. LXX. nono, L. S. bene apparentis appressi minimi facile annularis.¹⁾

Miklós bíró, Tamás fia, úgy Henrik városi jegyző. [Fasc. C. Nro 6.]; megerősítette ezt 1391-n Zsigmond király is, kérték Melcher bíró és Brustul Hermann kolozsvári polgár. [Fasc. C. Nro 7.]

¹⁾ *Fejér*, Cod. Dipl. Tom. VII. vol. III. 139—140. II. A kutfőt ím e jegyzés mutatja: „*Ex Archivo I. Familiae Milkories.*” Ez oklevélre szintén az a megjegyzésem, a mi a XXVI. szám alattira. Itt a Kolos szó-alak így léte iránt van kételyem, de azt csak egy teljesen hű szöveg közlése enyésztetné el, a mi nem volt hatalmamban. Van még közölve ugyan ott a 152—53. és 157. lapon egy 1380-ki határjárási oklevél rendében két királyi nyílt levél kivonata; egyikben, mely költ Budán Józus menynye menetele ünnepe előtti másodnapon 1370-n, Lajos király al-lovászmester Jakabnak, Némai *Kolos* fiának s örökösének és azok utódainak a Komárom vármegyében levő összes magvaszakadtak, valamint az olyan várjobbágyok más birtokait, a kik magukat az ország szokása szerint teljesíteni tartozott királyi szolgálat alól addig elvonták, s a melyeknek az ország helyben hagyott törvénye szerint a király kezeire kell vala szállaniok, örök joggal adta és ajándékozta; a másikban, mely költ Diósgyőrön — *Gyosgyur* — szent Szaniszló vértanu ünnepén 1379-n, ugyan azon király, Jakabnak, Szántói Kolos fiának azon dieséretes érdemeiért, hogy a király és ország rá bízott minden dolgaiban híven eljárni buzgolkodott, az ő kérésére Bana és Arpaa nevű komárom-vármegyeyi jószágokat, melyekről már mint várföldekről korábbi ado-

LIX.

1380.

I. Lajos a püspöki tized adása helyét és módját szabályozza.

co Dni Regis

Lodouicus Dei Gracia Rex Hungarie polonie Dalmacie etc. fideli suo deuoto Venerabili in X-sto patri Domino Goblino Episcopo Transilvaniensi Salutem et Graciam. Querela fidelium nostrorum uniuersorum Ciuium et Hospitum nostrorum de *Coluswar* nobis per Comites Nicolaum filium thome Et nicolaum filium Johannis de eadem. porrecta, patefecit Quomodo Vos et Decimatores vestri, Decimas Vobis ex parte ipsorum prouenire debentes more et consuetudine et locis consuetis ab ipsis minime recipere velletis, sed huiusmodi Decimas nimis grauiter et minus licite ab eisdem extorquere permetteretis et in locis non consuetis in eorum preiudicium atque dampnum. Mandamus ideo vestre fidelitati firmiter per presentes quatenus deinceps Decimas a prefatis Ciuibus et Hospitibus nostris, more, et consuetudine ac Locis pristinis recipere et exigere debeatis, licitas et consuetas, ipsos ad Decimas inconsuetas et in locis indebitis dari minime presumentes, cum dicti Ciues in hac parte se plurimum senciunt aggrauatos aliud igitur non facturi, Presentes reddatis Presentanti Et hoc idem futuris Episcopis eciam Transylvanis committimus firmiter faciendum. Datum Dios Geur Die Dominica proxima post festum Inuencionis Sancte crucis, [május 8.] Anno Dni M^o CCC^o LXXIX^o.

LX.

1379.

I. Lajos királynak a drági vámszabályzat megtartása iránt kiadott kedvezmény- s illetőleg parancslevele.

Nos Lodouicus dei gracia Rex Hungarie polonie Dalmacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, quod Nicolaus filius Johannis Ciues nostri de *Koloswar* suis, Item vniuersorum Ciuium et Hospitum nostrorum ac mercatorum de eadem inpersonis in nostre celsitudinis conspectum venientes nobis declarare curarunt querulose, quod magister Jacobus filius Nicolai de dragh et fratres ac cognati

mánylevéllel birt, azok eddigi határai közt minden hasznaikkal és tartozmányaikkal együtt új adomány czímén ajándékol adta. Az ezen birtokokba beigtatási levél költ Visegrádon ugyanazon évben a szentgyörgynapi 15-öd napos törvényszék húszadik napján.

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely kisdéd hártára volt írva s a király legnagyobb pecsétével kívülről szokott módon megpecsételve, mi ma egészen le van töredezve. [Fasc. DDD. Nro I.]

eiusdem, de rebus ipsorum Iudicis Juratorum et Ciuium ac Hospitum nostrorum et mercatorum mercimonialibus contra antiquam et privilegiatam ipsorum libertatem tributum in possessionibus eorundem in Transsiluanis partibus habitis exigi consuetum reciperet et misericordia absque omni recipi faceret incessanter, In preiudicium libertatis ipsorum prenotate, in quorum verborum eorundem corroboracionem quasdam literas priuilegiales Serenissimi Principis Domini Karoli olim regis Hungarie patris nostri karissimi felicitis memorie nostro exhibuerunt in conspectu, declarantes inter alia, quod ydem Iudex Ciues Jurati et vniuersi Hospites nostri ac mercatores a solucone cuiuslibet tributi partibus Transsiluanis inpredictis exigi consueti liberi fore perhibentur et absoluti, et quanquam idem magister Jacobus sua et prefatorum proximorum ac cognatorum suorum inpersonis, similiter in nostrae maiestatis uenientes presenciam, quasdam alias Literas priuilegiales ipsius olim Karuli regis Hungarie, factum ut puta possessionum ipsorum In quibus uidelicet tributa eorundem fore dignoscerentur tangentes et eciam alias Literas similiter priuilegiales quondam Dyonyis Woyuode in facto recepcionis huiusmodi tributi sentencialiter emanatas in contrarium premissorum nobis exhibuerit, tamen nos unacum prelatis et regni nostri Baronibus mature deliberando decreuimus sanccientes, ut a modo et deinceps inter prefatos Iudices Juratos et Ciues ac Hospites nostros, ab una, parte vero ex altera dictos magistrum Jacobum et fratres ac proximos ipsius nec non Heredes et posteritates eorundem vniuersos, pro comodo et quiete eorundem in omnibus presertim in facto dictorum tributorum perpetue pacis tranquillitas in eum valeat gloriari, huiusmodi moderationum ordinationem perpetue duraturam duximus faciendam, vt ydem Iudex Jurati et viuersi Hospites ac mercatores in dicta solummodo Ciuitate nostra de *Koloswar* existentes, Sed non aliqui extranei eorundem uidelicet Socj et forenses homines in alijs Ciuitatibus districtibus et regni nostri partibus constituti et eysdem aliquo quesito colore associati medium tributum et non plus de dictis rebus ipsorum mercimonialibus signanter rebus eorum venalibus limpidijs infra declarandis, A modo in Antea, temporibus vt puta perpetuis prefatis nobilibus et eorum Heredibus uidelicet de una Tunella vini decem denarios sarachenicales, Item de vno curru antiquo Vsone deferente nouem grossos, per ipsos sarachenicales denarios computandos, Item de alijs generibus piscium, qui eciam in vno Curru portantur sex grossos predictos denarios computatos, Item de vno curru Caseis onerato quatuor grossos, predictos denarios numerando, Item de vno equo venali duos denarios prenotatos, Item de vno boue venali vnum denarium prenotatum, Item de sex porcis duos denarios, Item de sex Lardis similiter duos denarios, Item de vna pecia panni boni uidelicet et subtiliori duos grossos, Item de alijs singulis pecijs panni minorem uidelicet subtilitatem et precium habentibus singulum unum grossum, Item de singulis pecijs panni grisei vlgariter *Zefer* dicti singulum vnum denarium, Item de vno magno Curru Ligato cuiusuis rerum generibus onerato vlgatiter *Masa* dicto, sedecim grossos per ipsos denarios sarachenicales computandos, Item de vno pelicio vnum

denarium dare et in locis tributorum eorundem nobilium soluere debeant et teneantur, Ita videlicet ut ydem magister Jacobus et prefati fratres ac cognati eiusdem, nec non Heredes et posteritates eorundem vniuerse [így] aliquam superfluum tributorum exaccionem, preterquam premissam de rebus ipsorum Ciuium et Hospitum ac mercatorum de ipsa *Koloswar* mercimonia-libus, contra nostre Indignacionis penam; que contra hec presumentibus non inmerito erit infligenda recipere et habere nullatenus valeant neque possint modo aliquali, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes duximus concedendas que si nobis fuerint reportate in nostri priuilegy formam redigi faciemus, Datum in Dyosgewr die dominico proximo ante festum nativitatis virginis gloriose, [sept. 4.] Anno domini M^{mo} CCC^{mo} Septuagesimo nono ¹⁾.

LXI.

1380.

I. Lajosnak a szilágysági vámot szabályozó királyi parancselevele.

Lodovicus dei gracia Rex Hungarie Polonie Dalmacie etc. fidelibus suis vniuersis cuiusuis dignitatis et status Hominibus specialiter autem Comitibus Castellanis nobilibus et Officialibus Tributa in provincia Zilagh ²⁾) et alias extra terminos terrarum Transiluanarum vbilibet habentibus et tenentibus, eorumque tributarijs quibus presentes ostenduntur, Salutem et gratiam, Conqueruntur nobis fideles nostri Ciues et Hospites de Ciuitate *Coloswariensi*, quod uos in locys vestris Tributabilibus ab ipsis preter consuetum Tributum panes et Vinum reciperetis et recipi faceretis incessanter, et per hoc ipsos quadam abusione et novitate adinuenta nimium agrauaretis, vnde cum nos exaccionem huiusmodi panum et Vini indebitam penitus aboliri et annihilari velimus nec sinamus eosdem Ciues, et Hospites, eadem de cetero agravari, fidelitati Vestre firmissimo regio sub edicto mandamus, quatenus deinceps ab eisdem Ciuibus et Hospitibus nostris Ciuitatis nostre *Coloswariensis*, uel aliquo ipsorum, ac de Curribus et rebus suis quandocunque et quotienscunque per dicta loca Vestra Tributaria transitum fecerint, panes et vinum recipere aut recipi facere non presumpmatis, nec ad dona-

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s kívülről a király legnagyobb rányomott pecsétével megerősítve, minek csak nyoma s hártýa kötője látszik. [Fasc. T. Nro 12.]

Meg van ez a kolozsmonostori konvent nyílt levél-alakban költ — [in hanc formam nostrarum litterarum patencium redigi fecimus] — átiratában is, kérték László Drághi Péter fia, és László, Sombori Mihály mester fia; költ szent Sylvester pápa napján [decz. 31.] 1402. hártýára írva s kívül megpecsételve, minek csak nyoma látszik. A konventi átiratban a „Zefer“ szó inkább *Zofer*-nek látszik, a „Masa“ és „denar Sarachenicalis“ tisztán kiírva fordulnak elé.

²⁾ Kivül a hátán ugyanazon kéz így írta le e szót: *Zilagj*.

cionem ipsorum aliququaliter compellatis ymo a recepcione eorundem panum et vini omnino desistere debeatis Exactis autem ab eisdem, iustis et consuetis Tributis cum denarijs ipsos et quemlibet eorum in eundo et redeundo per iam dicta Vestra Tributaria Loca transire semper admittatis pacifice et quiete, Aliud facere sicut nostram indignacionem grauem incurrere formidatis, in premissis facere non ausuri, Datum Bude septimo die festi natiuitatis beate virginis [sept. 14.] Anno Domini M^{mo} CCC^{mo} Octuagesimo. ¹⁾

LXII.

1385.

Mária királyné Kolozsvár város kiváltságait és szabadalmait megerősíti.

Nos Maria dei gracia Regina hungar. dalmacie Croacie etc. Notum facimus vniuersis quibus incumbit per presentes, Quod fideles nri Nicolaus Judex et Hench dictus Nemes, Ciues Ciuitatis nre de *Koloswar*. suis et alior. vniuersor. ciuium et hospitum nrar. de eadem in personis in nre celsitudinis venientes conspectum. nre humiliter supplicarunt maiestati. vt sicut nos alios regni nri Hungar. regnicolas sic non minus ipsos in illis libertatibus et prerogatiuis quibus ydem et eor. predecessores a temporibus sanctor. et alior Hungar. regum nostror. scilicet dominor. predecessor. vsi fuissent et gauisi. indempniter tenere et absque nouitate conseruare dignaremur. Nos igitur considerata illa inuiolabili fidelitatis constancia. qua ydem fideles, Ciues nri et eor. predecessores dictis sanctis et alys Hungar. Regibus presertim olym excelso principi, domino Lodouico regi Hungar. beate memorie genitori nostro, tandemque nobis et regno nro cura preuigili et omni fidelitatis studio prefuisse, et nunc constanter existere perhibentur, ipsis et cuilibet eor. posteritatum spondemus et pollicemur Harum litterarum nrar. testimonio vt ipsos et quemlibet in omnibus hys libertatibus communitatibus et libertatum prerogatiuis quibus ydem et eorum predecessores a temporibus dictor. sanctor. et alior. Hungar. regum, signanter tempore ipsius olym patris nri perstitissent et perseuerassent sine nouitate aliqua indemnes et illesos conseruabimus. ac tenebimus. quiete et pacifice perpetuo et irreuocabiliter gauisuros et functuros, presencium testimonio mediante, Datum Bude, feria sexta proxima post festum beati Briccy cessoris [nov. 18.] anno domini Millesimo trecentesimo octoagesimo quinto ²⁾.

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s kívül a király legnagyobb pecsétével megerősítve. A pecsétnek csak helye látszik. [Fasc. T. Nro 13.]

²⁾ A kolozsvár-városi levéltárban levő eredetiből, mely hártýára van írva s hátára szalaggal ráerősített nagy pecséttel hitelesítve, a miből ma csak a fűző szalag látszik. [Fasc. L. Nro 18.]

LXIII.

1387.

Zsigmond király az erdőn-túli fejevári püspöknek a kolozsváriak irányában való törvényhatósági körét meghatározza.

Sigismundus Dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Marchioque Brandenburgie etc. fideli suo uenerabili in Xsto patre Domino Emerico Episcopo Ecclesie Albensis partis transsiluane, Salutem et gratiam, Dicitur nobis prouidorum Iudicis Juratorum Ciuium et Vniuersorum Hospitum nostrorum de *Koloswar* in personis quomodo vos ad Judicaciones [így] Ipsorum Consuetas et ¹⁾ et ab antiquo approbatas retraheretis et re Judicaretis [így] uice eiusdem asserentes quod ipse Judicaciones factum Ecclesiasticum seu testamentarium tangentes dignoscerentur, Et quia nos ipsos Ciues nostros, in Ipsorum libertatibus et consuetudinibus bonis in quibus Ipsos Illustris princeps Dominus Lodouicus indelende memorie pater noster Karissimus Rex Hungarie predicti Conseruauit, volumus uti et gaudere Ideo uestram paternitatem presentibus requirimus eidemque damus in mandatis, quatenus Ipsos Ciues nostros in nullis causis exceptis Causis Ecclesiasticis seu testamentariis Judicare uel vero Judicatu Compellere quoquomodo presumpmat, Sed Ipsos magis in Ipsorum Immunitatibus Conseruare debeatis et Hoc idem iniungimus firmiter Episcopo dicte Ecclesie Albensis partis Transsiluane firmis Similibus sub preceptis Presentes autem post Lecturam semper reddi Jubemus presentanti Datum Bude Secundo die festi Beate Katharine virginis et martiris, [novemb. 26.] Anno domini Millesimo Trecentesimo Octuagesimo Septimo ²⁾.

LXIV.

1388.

Zsigmond király a kolozsváriaknak Magyarország területen vásárra és kereskedésre szabadságot enged.

Nos Sigismundus, dei gracia. Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Vos Vniuersos et Singulos Mercatores Institores et alios quoslibet forenses Homines parcium Transsiluanarum, et signanter Ciues Ciuitatis nostre, de *Koloswar*, assecuramus et affidamus, quatenus, ad Congregaciones seu Nundinas ubique intra ambitum Regni nostri Hungarie celebrare consuetas, cum vniuersis vestris rebus mercimoniabilibus, et specialiter Equis uenire debeatis, sub nostra proteccione et tutela

¹⁾ Az eredetiben is kétszer írva.

²⁾ A kolozsvár-városi levéltárban levő eredetiből, mely hártyára van írva s hátára fejez viaszba nyomott királyi nagy pecséttel megerősítve. [Fasc. C. C. Nro 1.]

speciali, Peractisque vestris negociacionibus, in uendicionibus empcioni-
bus seu commutacionibus, omnium rerum uestrarum congregacionibus seu
Nundinis in eisdem, ad propria et ad alia Loca quecunque tenditis secure
transeatis Et hoc volumus palam ubique in dictis partibus Transsiluanis
facere proclamari, Datum Strigonÿ secundo die festi beati Barnabe apostoli,
[jun. 12.] Anno, Domini, M^{mo} CCC^{mo} LXXX^{mo} octauo ¹⁾).

LXV.

1395.

Zsigmond király Kolozsvár polgárait a királyi hadseregbe való menéstől fölmenti.

Sigismundus Dei Gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Marchÿo-
que Brandenburgensis etc. fidei suo magnifico viro Domino Frank woywo-
de nostro Transyluano, Salutem et Graciam. Noueritis, quod quia nos reuisis
et diligenter examinatis literalibus instrumentis, prouidorum virorum Judi-
cis Juratorum et Uniuersorum Ciuium nostrorum de *Koloswar*, super varÿs
ipsorum libertatibus confectis et emanatis, inter cetera comperimus, ut ipsi,
ad nostrum exercitum, Hic in partibus pro tempore instaurandum accedere
et proficisci minime tenerentur, Quare fidelitati vestre firmiter precipien-
do mandamus, quatenus, vobis presentibus, ipsos Ciues et Hospites nostros
de *Koloswar*, deinceps ad dictum nostrum exercitum proficisci compellere
et astringere nullo modo presumptis, nec sitis ausi modo aliquali, Datum
in Villa Kereszthwr tercio Die festi Circumcisionis [jan. 3.] Domini, Anno
eiusdem M^{mo} CCC^{mo} LXXX^{mo} quinto ²⁾).

LXVI.

1397.

A kolozsvári sz. Mihály-egyház építése és felszántása érdekében Nunne Péter városi polgár
kérésére kiadott érseki és püspöki bűnbocsátási levél.

Uniuersis Sancte Matris Ecclesie Filÿs ad quos presentes litere perue-
nerint. Nos miseratione diuina. Gregorius Veriensis archi Episcopus. Guilliel-

¹⁾ A kolozsvár-városi levéltárban levő eredetiből, mely nyitott alakban hár-
tyára van írva, s kívülről a király legnagyobb pecsétével megerősítve; a mi ma
nincs meg. [Fasc. M. Nro 1.]

²⁾ Író papiros, kívül a király fejez viaszba nyomott nagy pecsétével megpe-
csételve, a mi azonban nagyobb részben le van töredeve. A város levéltárában levő
eredetiből. [Fasc. B. Nro 1.]

mus Venciensis. Petrus Callic . . . ¹⁾ . . lardus ²⁾ Termopolensis. Anancius Xanchiensis. Franciscus Vrelensis, Thomas Tiniensis. Johannes Termopolensis. Franciscus Acciensis. Gregorius Opidensis. Gregorius Salunensis. Augustus Destillariensis. Jacobus Henrenensis. Johannes Terbuniensis. Johannes Diacouarianus. et Adam — ³⁾ penensis. Episcopi Salutem in domino sempiternam. Splendor paterni luminis qui sua mundum ineffabili illuminat claritate. pia nota fidelium de sua clementissima maiestate sperantium tunc precipue benigno fauore prosequitur. cum deuota ipsorum humilitas sanctorum meritis et precibus adiuuatur. Cupientes igitur ut ecclesia parochialis Sancti Michaelis Archangeli in *Clusenburg* ac capella Sancti Jacobi eius filia Transsiluan. diocesis congruis honoribus frequententur et a X-sti fidelibus iugiter uenerentur. Omnibusue penitenciarÿs confessis qui ad dictas ecclesiam et capellam in singulis suorum patronorum festiuitatibus et in omnibus alÿs infrascriptis videlicet Natalis domini, Circumcisionis, epiphannie, parascues, pasche, Ascensionis, pentecostes, trinitatis, Corporis X-sti Inuencionis et exaltationis sancte crucis. In singulis festis beate virginis, Natiuitatis et decollacionis Sancti Johannis Baptiste. Beatorum petri ac pauli apostolorum. et in festis omnium aliorum apostolorum et euangelistarum ac quatuor ecclesie doctorum. in festo omnium sanctorum in memoracione animarum et in dedicacione dictarum ecclesie et capelle sanctorumque Steph. Laur. Georgÿ, Martini Blasÿ Nicolai. Sanctorumque Marie Magdale-ne. Katherine Margarete Lucie et per octauas omnium sanctorum predictorum octauas habencium singulisque diebus dominicis ac sabbathis tocius anni, causa deuocionis aut peregrinacionis accesserint. seu qui missis predicacionibus matutinis, uesperis aut alÿs quibuscunque diuinis officÿs ibidem interfuerint. aut earum cimiteria pie deum exorantes circumiuerint Aut qui corpus Christi uel oleum sacrum cum infernis portentis secuti fuerint. Aut qui in serotina pulsacione secundum consuetudinem Romane ecclesie flexis genibus ter aue Maria dixerint. Nec non qui ad fabricam, luminaria et ornamenta dictarum ecclesie et capelle manus porrexerint adiutrices. Aut qui dictis ecclesie et Capelle in eorum testamentis uel exequÿs aurum, argentum uestimenta, libros, calices aut queuis alia sibi necessaria donaue-rint, legauerint, seu pröcurauerint, Aut qui pro salubri statu corporis et anime Impetratorum presencium ui[deli]zet Petri Nunne, et eius uxoris et Hennini de dicto Opido Opidani, patrum, matrum. fratrum et sororum eorundem oracionem dominicam ac Salutacionem angelicam uel alias deuotas oraciones dixerint qualescunque. Quociescunque que ⁴⁾ et ubicunque premissa uel aliqua premissorum deuote fecerint, de omnipotentis Dei miseria et beatorum petri et pauli apostolorum ⁵⁾

¹⁾ Tovább kiszakadva.

²⁾ Az első szótag kiszakadva.

³⁾ Az első rövidített szótag lehet: *.per'* vagy *.pro'* — vagy egyéb is, de bizonyos nem vagyok iránta.

⁴⁾ Az első szótag kiszakadva.

⁵⁾ Egy szó kiszakadva.

confisi¹⁾ indulgentiarum de iniunctis eis penitencys
misericord.²⁾ Dummodo diecesani voluntas³⁾ . . .
In cuius rei testimonium presentibus literis
.⁴⁾.

[*Az iv felső szélén apró betűvel balról ez írás látszik:*]

Nos itaque Emericus Dei et apostolice Se[dis gracia Episcopus⁵⁾
Transsiluanus singulas et omnes⁶⁾ Venerabilium
patrum Archiepiscopor. et Coepiscopor.⁷⁾ insertas prout
possumus confirm⁸⁾ omnipotentis Dei miseria et beatorum
petri et pauli apostolorum [nec non⁹⁾ Beatissimi Michaelis archangeli nostri
patroni patrociny's confisi XL dierum indulgencias addiciendo (m)¹⁰⁾ iseri-
corditer in domino elargimur. In cuius rei testimonium presentibus
nostrum sigillum Annulare duximus impon[endum¹¹⁾] Datum in Gelou feria
sexta proxima ante dominicam qua cantatur reminiscere Anno Domini M^o
CCC^o LXX¹²⁾ 1j^o

[*Ugyan ott jobbról ez:*]

Et nos Maternus eadem gracia Episcopus Tra[nsiluanus]¹³⁾ indulgen-
cias ratas habentes et gratas eas approbamus et insuper nostra¹⁴⁾ . . .
. . . XL dies indulgentiarum adiciendo contritis duntaxat et confessis
superaddimus et mus¹⁵⁾ In cuius testimonium annulare
nostrum sigillum presentibus duximus apprimendum. Datum in¹⁶⁾ — *uswar*
in festo Sacratissimi Corporis Xsti [jun. 21.] Anno eiusdem Millmo CCC^{mo}
nonagesimo septimo.

[*Külső betűrésén:*]

Ecclesie Sancti Michaelis de *Khsvar* et
XXXXXXXXXX V dierum indulgencias¹⁷⁾ ¹⁸⁾

¹⁾ Nehány szó olvashatlan.

²⁾ Nehány szó olvashatlan.

³⁾ Nehány szó olvashatlan.

⁴⁾ E jegy előtt másfél sor ki van szakadva.

⁵⁾ Valószínűleg e három szó szakadt ki.

⁶⁾ Nehány szó kiszakadva.

⁷⁾ Nehány szó kiszakadva.

⁸⁾ Nehány szó kiszakadva.

⁹⁾ Valószínűen e szó van kiszakadva.

¹⁰⁾ Az m-betű kiszakadva.

¹¹⁾ E két szótag kiszakadva.

¹²⁾ Valószínűen egy X és egy V kiszakadva.

¹³⁾ Valószínűen e szótagok vannak kiszakadva.

¹⁴⁾ Tovább néhány szó ki van szakadva.

¹⁵⁾ Nehány szó olvashatlan.

¹⁶⁾ A *Kl* — kivásott.

¹⁷⁾ Nehány szó olvashatlanul kivásott.

¹⁸⁾ A kolozsvári római kathol. plebánia levéltárában levő eredetiből, mely bőrhártyára díszes initialis betűkkel van írva, úgy látszik, kilencz pecséttel volt megerősítve. [Fasc. 7. Nro 2.]

LXVII.

1397—1402.

Zsigmond király Kolozsvár polgárait, a nádori és országbirói hatóság alól kivévén : első fokú bíraskodás eseteiben saját bírái, felfolyamodás esetében a besztercei és szebeni bíróság törvényhatósága alá rendeli.

ppa c° dni Regis.

Nos Sigismundus Dei gracia Rex Hungarie Dalmacie, Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis et Sacri Romani Imperii vicarius generalis et Regni Boemie Gubernator Memorie comandantes tenore presencium significamus quibus expedit uniuersis Quod fideles nostri prouidi viri Hermannus dictus Brüstel ¹⁾ Judex et Thomas dictus Wember Juratus Ciuis nostre Ciuitatis *Coloswar* in ipsorum et totius Communitatis Ciuium et populorum de eadem, personis, nostre maiestatis accedentes presenciam, exhibuerunt nobis quasdam literas sub priori nostro Sigillo secrete emanatas, supplicantes pro se et pretacta Communitate, dicte Ciuitatis nostre, humili precum instancia ut easdem literas, nostras presentibus propter renouacionem Sigilli nostri inseri faciendo Ipsas sub presenti nostro Sigillo ratificare, et de nouo confirmare dignaremur, quarum tenor talis est Nos Sigismundus Dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Notum facimus uniuersis presentes inspecturis Quod Hermanus Judex ac Andreas dictus Kapplan Juratus Ciuis noster, de *Coloswar*, in ipsorum nec non uniuersorum Ciuium et Hospitum nostrorum de eadem personis, ad nostre Serenitatis accedentes Conspectum, nostre querulose perpalandó, detexerunt maiestati, Quomodo plerique forent ex ipsis, qui per nonnullos regnicolas nostros, minime prius requisita et postulata iusticia, in presencia Iudicis et Juratorum Ciuium dicte Ciuitatis nostre de *Coloswar* ut moris est et eorum libertas ab antiquo approbata requirit, in presenciam regni nostri Palatini et Iudicis Curie nostre in causam attraherentur, et indefesse citarentur et euocarentur, in qua Causa plurimum in rebus et personis dampnificarentur et condemnarentur in preiudicium libertatis ipsorum et derogamen dicte Ciuitatis nostre valde magnum Supplicantes nostro culmini, in ipsorum nec non nominibus quibus supra personis humili precum cum Instancia, ut supra hys, eisdem de remedio dignaremur prouidere opportuno, Unde nos de innata nostre regalis potestatis Clemencia et gracia speciali eisdem annuimus et graciosse concessimus, ut ipsos Ciues et Hospites nostros, nullus omnino regnicolarum nostrorum, in causis quibusuis et causarum articulis in presenciam Regni nostri palatini et Iudicis Curie nostre predictorum, in causam attrahere et citare et quouismodo euocare valeat atque possit,

¹⁾ A mindjárt említendő váradi káptalani átiratban is *Brüstel*, Stibor vajda egy 1399-n az Ur körülméltétetése ünnepe után nyolczadnappal Tordán tartott közgyűlés 12-k napján költ átiratában : *Brestel*. Amaz németes, ez szászos kiejtés, de a név egy. [Látható : Fasc. T. Nro 17.]

Sed si qui quidquam accionis vel questionis contra et aduersus memoratos Ciues et Hospites nostros, uel quempiam eorum haberent uel habuerint, hy id in presencia Judicis et Juratorum Ciuium dicte Ciuitatis nostre de *Coloswar*, legitime prosequi debeant super eosdem, Ubi si quispiam in ipsorum Iudicio et Iudicatu suspicaretur, uel ipsi in reddenda Justicia cuipiam tepidi forent et remissi, ex tunc ille in presenciam Judicis Juratorum et uniuersorum Ciuium Ciuitatis nostre *Bystrichyensis* appellando: In casu vero, quo, super Iudicio et Iudicatu eorundem Judicis Juratorum et Ciuium nostrorum de dicta *Bystrichya* contentare nollent, quispiam Regnicolarum nostrorum predictorum, ex tunc deliberacioni et discussioni Judicis Juratorum et uniuersorum Ciuium nostrorum de *Scibinio* legitime et absque omni grauamine deducere debeat et teneatur, ubi idem Iudex dicte Ciuitatis nostre *Scibiniensis*. una cum Juratis, ac alys Ciuibus nostris, unicuique iuxta libertatem dicte Ciuitatis nostre Iudicium et iusticiam ac finem decisiuum facere debeat et teneatur, Harum nostrarum testimonio litterarum, Quas dum nobis in specie reportate fuerint in formam nostri priuilegy redigi faciemus pro eisdem, Datum *Brassovie* in festo beati *Thome* apostoli [deczember 21.] Anno Domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo septimo. Nos itaque supplicacionibus prefatorum nostrorum fidelium Judicis et uniuersorum Ciuium ac populorum nostrorum tanquam legitimis Benigne inclinati, pretactas literas non abrasas neque in aliqua parte cancellatas, sed omni vicio carentes nostris presentibus, de verbo ad verbum inseri faciendo easdem ratificandas duximus et confirmandas, presencium nostrarum testimonio litterarum, quibus nouum Sigillum nostrum appensum est uberiorem ad Cautelam, Datum *Wienne* quarto die festi Beati *Martini* Confessoris [november 14.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Secundo ¹⁾).

¹⁾ Az eredetiből, mely hártýára van írva s a király hártýa-szalagon függő kisebb új pecsétével megerősítve. A hártýa és írás jó, ép. A pecsét balfele hiányzik. A városi levéltárban látható [Fasc. A. Nro 2. jegy alatt.]

E megújított királyi nyílt parancslevelet a váradi káptalan is átírta az elől-nevezett kolozsvári bíró kérésére, és saját kék és veres selyem zsinoron függő pecsété alatt 1402. minden szentek ünnepe után hat nappal kiadta. A pecsét körirata és czímer érthetlenségig meg van rongálva. Én jogérvényességi tekintetből a királyi megújított parancslevelet láttam közlendőnek. [Fasc. A. Nro 1.]

LXVIII.

1400—1421.

A fejeérvári káptalan, János fejeérvári papnak, az oda való egyházban levő András apostol oltára rectorának kérésére azon oltárt illető elrontott malom megépítésére s Turulberek nevű erdő levágása által okozott kár megtérítésére vonatkozó egy káptalani ítéletlevelet másolatban kiad.

Capitulum ecclesie Transsiluane Omnibus X-sti fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Salutem in omnium saluatore ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire Quod discretus vir dominus Johannes Thome presbiter rector altaris beati andree apostoli siti in ecclesia nostra ad nostram personaliter accedendo presenciam nobis humiliter supplicauit Quod quia tenor et copia cuiusdam priuilegij nostri super facto molendini ipsius altaris beati andree apostoli infra Castrum albense ex parte orientis in fluvio Ompe existentis confecti in Sacristia Seu conseruatorio ecclesie nostre more solito repositus haberetur et eo nunc pro tuicione et conseruacione Juris Rectoratus ipsius altaris nimium indigeret Ideo ipsum tenorem dicti priuilegij in Sacristia seu conseruatorio ecclesie nostre requirere et reinuenire ac in transcripto nostrarum literarum priuilegialium sibi dare et concedere dignaremur. cuius priuilegij factum prenotati molendini ipsius altaris tangentis, ad humilem supplicacionem ipsius domini Johannis plebani per nos in Sacristia seu conseruatorio ecclesie nostre requisiti et reinuenti, tenor talis est, Capitulum ecclesie Transsiluane, omnibus Xsti fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Salutem in omnium Saluatore ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod prouidis viris gregorio. Judice Antonio porkolab et georgio aurifabro, hospitibus albensibus prescriptis personaliter ac Thoma dicto Zoldus, Antonio dicto Zewres, Thoma Zykes, mathia filio hermanni ac Thoma martini Briccii, similiter hospitibus albensibus nomine procuratorio, ab una parte, ab alia vero, discreto viro domino Johanne Clementis presbytero Rectore altaris beati andree apostoli siti in ecclesia nostra coram nobis ac notario publico et testibus infrascriptis personaliter constitutis confessum extitit per eosdem gregorium Judicem anthonium porkolab, et Georgium aurifabrum, proprys ac ut supra nominibus pariter et relatum. Quod licet prefatus dominus Johannes Clementis presbiter rector altaris predictae [így] super destructione molendini eiusdem altaris in fluuio Ompay infra Castrum albense a parte orientis siti ac transmutacione meatus dicti fluuij Ompay necnon decisione silue *Turulberek* vocato, alyisque dampnis exinde dicto altari et sibi secutis prout plenius in processibus honorabilis viri domini michaelis dicti Bullas [így] Judicis in hac parte subdelegati exprimitur mediantibus literis apostolicis coram eodem domino iudice subdelegato ipsos in causam attrahendo, contra ipsos usque ad sentenciam excommunicationis late processissent ipsosque denunciari fecissent tamen arbitraria compositione et ordinacione preborum virorum per partes electorum proveniente in talem pacis et concordie devenissent unionem et devenerunt coram

nobis perpetue duruturam, quod prenotati hospites albenses memoratum molendinum altaris sancti andree apostoli ut prefertur destructum et annihilatum proprijs eorum laboribus et expensis usque ad festum nativitatis virginis gloriose proxime affuturj omnibus suis edificjs et atinencjs ad duas rotas curentes prout prius fuisse perhibetur loco suo priori reedificare et reintegrare teneantur Item locum silue *Turulberek* vocate in quantum in ipsis esset eidem altari resignassent et resignarunt coram nobis Item pristinum meatum fluuj Ompay in preiudicium et detrimentum dicti molendini — ¹⁾ transmutare — — anter nec al — sito — more ²⁾ transmutari habeant facultatem assumptentes insuper et obligantes se ut in preiudicium et detrimentum dicti molendini nec per se nec per alias personas interpositas aliquid grauaminis attemptare procurabunt, sed semper factum ipsius molendini iuxta eorum possibilitates in ductu aque predictae et silve ac portaciones frugum molendarum ad ipsum molendinum fiendas apud quemlibet prelatum ecclesie nostre pro tempore possidentem promouere et iuxta eorum posse defendere tenebuntur adueniente autem predicto festo natiuitatis virginis gloriose reedificato et integrato ut premittitur dicto molendino de dampnis et huiusmodi destructione molendini silue et transmutacione meatus aque per eundem dominum Johannem perceptis ac de expensis in prosecucione huiusmodi cause exposite Juxta conscienciosum arbitrium proborum virorum eidem domino Johanni Ipso autem domino Johanne domino vocante migrante suo successori satisfacere teneantur hoc expresse declarato, quod si dictum molendinum usque ad prefixum terminum casu inopinabile [így] accidente reedificare et redintegrare non possent. aut non curarent debitum precium reparacionis ipsius molendini per probos viros consciencieose retinendo in sentenciam excommunicacionis contra et in ipsos promulgatam et ³⁾ incurrant eo facto ac in centum ducatis aureis ad cameram applicandis prefatoque domino Johanni et suo successori singulis annis quousque dictum molendinum per ipsos restaurabitur et ad plenum exintegrabitur in quadraginta ducatis aureis condempnentur eo facto In cuius rei testimonium et firmitatem ad petitionem partium predictarum presentes literas nostras cum subscripcione notarij infrascripti presentis sigilli nostri munimine roboratas prefato Johanni presbytero duximus concedendas. Datum et actum ultima die mensis maij pontificatus Sanctissimi in Xsto patris et domini nostri domini Bonifacj diuina prouidencia pape noni Anno decimo — Anno ab incarnatione domini millesimo quadringentesimo honorabilibus et discretis viris dominis Johanne preposito, Johanne Cantore Michaelae Custode Nicolao Archidiacono de Kyzdy decano Canonicis ecclesie nostre existentibus Testibus discretis viris Johanne archidiacono de hwnjad, gregorio Sancte crucis andrea mathei apostoli et evangeliste et altero andrea beatorum Cosme et Damyani martirum altarium Rectoribus

¹⁾ Egy szó elmosult.

²⁾ E sorban a vonalak [—] helyén egy-egy szó vagy szótag ki van vásva.

³⁾ E szó fölöslegesnek látszik vagy hibásan van használva.

una cum magistris in eadem ecclesia nostra ad premissa specialiter vocatis et rogatis Nos igitur Supplicacionibus eiusdem domini Johannis presbyteri annuentes tenorem prescripti privilegij per nos requisiti et reinventi de verbo ad verbum transcribi ac presentibus inseri pendentisque sigilli nostri munimine roborari faciendo eidem domino Johanni presbytero duximus concedendum. Originale in Sacristia seu Conseruatorio ecclesie nostre more solito reservantes. Datum tercia feria proxima post festum beati Bartholomei apostoli [aug. 26.] Anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo primo honorabilibus et discretis viris dominis georgio lepes preposito michaeli Cantore et Johanne plebano de henyed decano Canonicis ecclesie nostre existentibus ¹⁾).

LXIX.

1400.

Bonifacius pápa a kolozsvári szent Mihály-árkangyalról nevezett egyházban áhitatoskodóknak a rájuk mért büntetésből száz napot megbocsát.

BONIFACIUS episcopus Servus Servorum dei. Universis Xsti fidelibus presentes litteras inspecturis, Salutem et apostolicam benedictionem. Licet is de cuius munere uenit ut sibi a suis fidelibus digne et laudabiliter seruiatur de abundantia sue pietatis que merita supplicum excedit et uota sibi bene seruientibus multo maiora retribuat quam ualeant promereri, Nihilominus tamen desiderantes domino populum reddere acceptabilem et bonorum operum sectatorem fideles ipsos ad complacendum ei quasi quibusdam allectans muneribus indulgentys uidelicet et remissionibus inuitamus ut exinde reddantur diuine gracie apciores. Cupientes igitur ut ecclesia sancti Michaelis Archangeli in Opido *Caluswar* Transiluanensis diocesis congruis honoribus frequentetur et eciam coseruetur et ut Xsti fideles eo libencius causa deuotionis confluant ad eandem et ad conseruacionem huiusmodi manus prompeius porrigant adiutrices quo ex hoc ibidem dono celestis gracie uberius conspexerint se refectos de omnipotentis dei misericordia et beatorum petri et pauli apostolorum cuius auctoritate confisi omnibus uere penitentibus et confessis qui in Natiuitatis Circumcisionis Epiphanie Resurreccionis Ascensionis et Corporis domini nostri Jhesu X-sti ac pentecostes nec non in Natiuitatis Annunciacionis purificationis et Assumpcionis beate Marie Virginis et Natiuitatis beati Johannis Baptiste et dictorum Apostolorum petri et pauli et eiusdem ecclesie dedicacionis necnon sancti Michaelis predicti festiuitatibus et Celebritate omnium sanctorum necnon per ipsarum Natiuitatis Epiphanie resurreccionis Ascensionis et Corporis domini ac Natiuitatis et Assumptionis beate Marie ac Natiuitatis beati Johannis et Apostolorum petri et pauli predictorum festiuitatum Octauas et per Sex dies dictam festiuitatem pentecostes immediate sequentes uisitauerint

¹⁾ A város levéltárában a rendezetlenek közt levő hártýára írt eredetiből.

annuatim et ad conseruacionem huiusmodi manus porrexerint adiutrices singulis uidelicet festiuitatum et Celebritatis Septem Annos et totidem Quadragenas Octauarum uero et Sex dierum predictorum diebus quibus ecclesiam ipsam uisitauerint et manus adiutrices porrexerint ut prefetur Centum dies de iniunctis eis penitentys misericorditer relaxamus. Datum rome apud Sanctum petrum uy Idus Decembris [dec. 10.] pontificatus nostri Anno duodecimo
Jo de Bononia ¹⁾.

LXX.

1402.

Zsigmond király Kolozsvár polgárainak Károly és I. Lajos királyok kiváltságaiban megtartását s védelmezését az erdőn-túli vajdáknak és alvajdáknak megparancsolja.

Sigismundus dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie Sacrique Romani Impery vicarius generalis ac Regni Bohemie gubernator etc. fidelibus suis viris Magnificis utrisque Nicolao Woyuodis parcium nostrarum Transsiluanarum ipsorumque Vice Woyuodis et officialibus in *Koloswar* nunc constitutis et in futurum constituendis Salutem et gratiam In personis fidelium Ciuium et Uniuersorum Hospitum nostrorum de dicta *Koloswar*, nostre datur intelligi maiestati quomodo [így] ipsi in libertatibus et antiquis

¹⁾ A kolozsvári római kath. plebánia levéltárában levő eredetiből, mely börtényára tisztán olvashatólag van írva s a zsinor látszó helyéről itélve függő pecséttel volt megerősítve, de az el van veszve. [I. Fasc. Nro 3.] A külső felén ez a mult századbeli jegyzés van rá írva : *Nem ránk nézeo leuel* — s utána mindjárt ez a másik jegyzés : *Arianus Scripsit*. Ezen kívül több névalírás és különféle jegyzések vannak, melyek egyháztörténelmi kutatóra tartozván inkább, mint rám, én mellőztem. Az első jegyzés azon korból való, midőn ez egyházat unitáriusok birták, mert *Arianus*-névvel őket szokták illetni, tehát az 1568 és 1718 közötti időből ; az utolsó annak a róm. katolikusok birtokába visszamenése idejéből, tehát az 1718. éven innen való időszakból. Az alábbi hasonmásból látható s az oklevélnek oldalára egykoru kézzel írt jegyzésből ide igtatom még a mit elolvashattam, s a mi azon kor vallásos irányára nézve szintén felvilágosítást nyujt. Az idézett jegyzést hasonmásban adni érdekesnek tartom. Ime ez :

Handwritten text in a cursive script, likely a marginal note or a signature. The text is written in a dark ink on a light background. The script is highly stylized and difficult to decipher without a key. The text appears to be a mix of Latin and Hungarian, with some words being clearly recognizable, such as "Karine" and "theologus".

Ennek értelme : *Karina*, *Karine* a törvénytevők és theologusok szerénti megbocsátása a purgatoriumban kiállandó annyi büntetésnek, mintha valaki negyven napig kenyéren és vizen böjtölne. Lásd : Du Fresne, Glossarium Manuale sat. Tom. 2. 209—10. II.

prerogatiuarum gracys, quibus dudum temporibus felicium recordacionum Karoli et Lodouci regum Hungarie, predecessorum nostrorum ac pridem ante tempus mocionis Regni nostri freti fuissent et pocebantur, nuncque plurimum agrauarentur et molestarentur, indefesse in eorundem preiudicium et grauamen valde magnum, Et quia omnino volumus, ipsos fideles Ciues et Hospites in huiusmodi pristinis et antiquis eorum libertatibus illesos et indempniter conseruare protegere et per omnia tueri Ideo fidelitati uestre firmissimo nostro regio damus sub edicto, omnino volentes, quatenus annotatos Ciues et Hospites nostros et eorum alterum in predictis ipsorum libertatibus, in omnibus et per omnia prout tenti fuissent et conseruati, protegere, manutenere conseruare et tueri debeatis, nullam molestiam, nullumue impedimentum ipsis aut eorum alteri in rebus aut personis contra huiusmodi libertatis prerogatiuam irrogando seu per alios irrogari permitiendo, Et aliud non facturi, presentesque post eorum Lecturam semper reddi edicimus exhibenti, Datum in Pratis prope montes Kuthue in festo Beati Viti martiris [január 15.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Secundo ¹⁾).

LXXI.

1404.

Zsigmond király Kolozsvár polgárainak és lakóinak vámmentes jövést-menést enged országában.

ad contenta aliar. Literarum regalum.

Sigismundus dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie, ac Marchio Brandenburgensis, sacri romani Impery generalis vicarius, et Regni Bohemie Gubernator, Omnibus X-sti fidelibus, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, Salutem in omnium saluatore, Regie dignitatis, prefulgencius attollitur decor et ornatus, si eadem suorum subditorum fidelium confodis et vtilitatibus inuigilans prouidebit erroneas nouitates abolendo, ut exinde ipsa glorietur, ydemque fidelitate et numero augeantur, Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod fideles nostri dilecti, honorabilis et prudens viri, Magister Cristianus plebanus de *Koloswar*, ac Canonicus ecclesie Transsiluane et Nicolaus dictus Mwn Judex dicte Ciuitatis nostre *Koloswar*, in ipsorum ac vniuersorum Ciuium et populorum eiusdem personis, in nostre maiestatis uenientes conspectum, nostre dolorose significarunt excellencie, Quod cum ipsi, aut aliqui ex eisdem ad prouincias aut aliqua regni nostre climata, in acquisitione victuum suorum necessariorum, proficiscerentur sicut per nonnullos nostros, sic non minus aliorum tributarios seu teloniatos, varias iniurias, violentasque rerum et bonorum ablaciones, ac illicitas suarum personarum

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s középen belől a király gyűrű pecsétével megerősítve. [Fasc. P. Nro 20.]

dehonestaciones, quibusdam sinistris nouitatibus per ipsos tributarios diuersi mode introductis, creberrime et in compassionabiliter paterentur, In eo primarie, quod cum ipsi fideles Ciues aut Hospites nostri aut aliqui ex eisdem simul ut puta uel sigillatim, ad loca dictorum tributorum peruenientes, equum uel equos ipsorum, ad columpnam seu Statuam signum tributarie solucionis decernentem, vel ad parietem seu domum tributariam, contingenter alligauerint, ex tunc tributary super eos, quadraginta denarios Aut si eciam ydem Ciues vel Hospites nostri vel aliqui ex ipsis, armis ipsorum necessarys, more solito muniti, in domum et presenciam ipsorum tributariorum, pretextu solucionis tributi, intrantes accesserint, dicta arma eorum foris non relinquendo, similiter quadraginta denarios supra eos exigent et extorquerent, Vel si eciam ydem Ciues et Hospites nostri aut aliqui ex ipsis, cum eorum curribus et rebus mercimonialibus, ad loca dictorum tributorum peruenirent, et equi eorum ipsos currus trahentes, eandem Statuam seu Columpnam siue domum tributariam, aliquantulum pertransierent, et aliquantisper post tergum relinquerint Aut si ipsi cum dictis eorum curribus et rebus eorum, in hospicio descenderint, et de eodem hospicio, ad dictos tributarios accesserint, iustum et uerum tributum persoluturi, vel si aliqui ex eisdem Ciuibus nostris cum dictis eorum rebus mercimonialibus, ad dicta loca tributorum pergentes, certum hominem ipsorum de campo, propter celeriore expedicionem premisse tributarie solucionis antemitterent, et de ipsis rebus eorum iustum tributum persolui faciendo, in ipsisque locis dictorum tributorum non pausando pertransierint, prefati tributary illico calumpnia eis imposita, asserentes ipsos cum eorum rebus predictis de dictorum tributorum locis fugitiue et clandestine recedentes ipsos rebus eorum premissis prorsus spoliarent dampnificarent et creberrime disturbarent, Cumque eciam predicti Ciues et Hospites nostri aut nuncy seu Ambasiatores eorum aliqui, ad nostram uel reginalem maiestates, in factis et necessitatibus ipsorum uenire voluerint, aut cum curribus lectisternia et victualium ipsorum necessaria deferentibus, uel sine curribus et absque rerum mercimonialium declaracionibus solum super equis,* ad partes regni nostri profecti, aliqua eorum facta et certa negocia prosecuturj extiterint, extunc prefati tributary super ipsos et a curribus ipsorum et equis nec non clenodys, seu muneribus, nostre et reginali maiestatibus, per ipsos portandis et exhibendis, nec non pecunia et auro ac argento ipsorum hinc inde intra ambitum regni nostri ad eorum negociaciones necessario per ipsos deferendis, tributariam exaccionem peterent recipere et extorquerent indefesse, in ipsorum ingens detrimentum, non modicam et iacturam, Deprecantes super hys per nostram maiestatem, condignum et opportunum remedium graciose ipsis elargiri Nos igitur officy nostri regy regiminis incumbente attendentes diuine maiestatis prouidencia, que cuncta perpetua racione regit et gubernat, principatus et dominaciones in orbe terrarum ad hoc produxisse, vt sinistras nouitates per quempiam suis fidelibus incolis quoquo modo inflictas penitus euulsas habeat et relegatas, racionesque sibi subiectas in viam pacis et iusticie, que summa virtus est, dirigat et pacifice

custodiat, pro eo nos comodis et vtilitatibus dictorum Ciuium et Hospitum nostrorum ac heredum et posteritatum eorum invigilare cupientes, prefatas omnes erroneas nouitates et abusiua ac dampnabiles consuetudines in dicti tributi recepcione per ipsos tributarios ut est antelatum introductas vnacum prelatis et Baronibus nostris cassamus annullamus et in irritum perpetue reuocamus Mandantes et nostro firmissimo regio edicto precipimus vniuersis prelatis Baronibus Comitibus Castellanis Nobilibus et officialibus, tributa tam in terris quam super aquis vbilibet intra ambitum regni nostri tenentibus et habentibus, nostrisque et eorum tributarijs presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris, quatenus, a modo in aula dictos Ciues et Hospites nostros de *Koloswar*, pro eo ut ydem equum uel equos ipsorum ad prefatam columpnam parietem uel domum tributariam contingenter alligauerint, et ex eo, ut ipsi aut aliqui ex ipsis, premissis eorum armis muniti in eorundem tributarium domum et presenciam accesserint, prefatos singulos quadraginta denarios, dicti tributarij recipere non presumant, Et eciam pro eo ut ipsi Ciues et Hospites nostri cum curribus ipsorum et rebus, ad loca dictorum tributorum dum peruenerint et equi ipsorum dictos currus trahentes eandem Columpnam uel domum tributariam aliquantisper pertranseunt post tergum relinquerent, ac eciam ex eo vt ipsi cum dictis eorum curribus et rebus in hospicio descenderent, et deinde ad soluendum tributum ad dictos tributarios accesserint tributum persoluturj, pro eo eciam, vt si aliquis ex eisdem Ciuibus nostris, cum dictis rebus ipsorum mercimonialibus ad loca tributorum pergentes, a campo dictum hominem ipsorum ad soluendum tributum antemitterent et de ipsis rebus ipsorum iustum tributum persolui faciendo in locis dictorum tributorum non pausando pertransierint, Jam dicti tributarij prefatos fideles Ciues nostros premissis eorum rebus et bonis spoliare aut dampnificare seu disturbare nullatenus valeant neque possint, nec ab ipsis, ad nostram uel reginalem maiestates uenientibus, aut aliquas regni partes, sine rebus mercimonialibus equitantibus, et eorum curribus dicta ipsorum lectisternia seu victualium genera continentibus, nec non auro et argento ac pecunia eorum pretextu vt premisimus negociacionis ipsorum intra ambitum regni nostri hunc et hanc per eos portandis, Muneribusque nostre uel reginali maiestatibus per eos deferendos Juxta nostre maiestatis decretum temporibus in perpetuis illibate duraturum, tributariam exaccionem, memorati tributarij, petere aut exigere non debeant neque valeant modo aliquali Sed eos ac ipsorum successores Juxta premissum maiestatis nostre decretum et statutum, temporibus semper in perpetuis quietos sinant pertransire, de loco dictorum tributorum et pacificos, nouitate et impedimento absque omni harum nostrarum testimonio literarum, Datum Bude feria sexta proxima post festum beatorum Viti et Modesti martirum, [jun. 20.] Anno domini Millesimo Quadringentesimo Quarto ¹⁾.

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s alól a király kisebb pecsétével megerősítve. [Fasc. T. Nro 21.]

LXXII.

1404.

Zsigmond király Kolozsvár polgárait az I. Lajos királytól nyert általános és részletes tartalmu kiváltságaiban megtartatni rendeli.

Cossio ppa Domini Regis.

Nos Sigismundus Dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Marchio Brandenburgensis etc. Sacri Romani Imperij generalis Vicarius, et Regni Bohemie gubernator Memorie commendamus significantes tenore presencium quibus expedit aniuersis, Quod uenientes nostri in conspectum culminis, Honorabiles et providi viri, Dominus Cristanus [így] plebanus, in *Koloswar*, et Nicolaus dictus Mwn, Ciuis, eiusdem Ciuitatis nostre *Coloswar*, proposuerunt nobis, eorum et tocius Communitatis, de dicta *Coloswar* et eius Districtu nominibus, quomodo temporibus proximi disturbij regni nostri, dum certi Siculi nostri partes nostras transiluanas, invasissent, propter constanciam perfecte fidelitatis eorum et nostro sacro dyademati semper inconcusse observatam, ad extreme desolationis exterminium tum coneremaciones, tum etenim per alios [így] desolaciones, et proximorum eorum interempciones et spolia deuenissent Itaque nisi nostra desuper graciose prouiderit maiestas timendum foret ipsam Communitatem Ciuitatis et Districtus *Coloswar*, absque alicuius recuperacionis Velamine, destrui posse funditus et desolari. Unde nostre humiliter supplicarunt maiestati, ipsis, nominibus quibus supra, Dignitate regia desuper benignius prouideri Nos autem consideratis multimodis fidelitatibus et fidelium seruiciorum, eorundem gratuitis meritis, quos intrepidos et inconcussos semper in nostris reperimus obsequijs, presertim propter intollerabilia dampna ipsis predictis temporibus disturbij illata et irrogata pie compacientes Nolentesque ut communitas ipsius Civitatis et Districtus eiusdem ad extraneam [így] desolacionis deueniat paupertatem, sed ut potius nostris fauoribus et gracyb uberius salubrius reformatur Ipsos in uniuersis et singulis ipsorum libertatibus gracyb et indultis generalibus et specialibus quibus tempore felicitis recordacionis Domini Ludouici Regis Hungarie Soceri et predecessoris nostri carissimi et aliorum regum Hungarie nostrorum predecessorum freti fuerunt quomodolibet et gauisi, in omnibus et per omnia prout in priuilegijs et alijs literalibus eorum instrumentis continetur quas gratas ratas et acceptas habemus, et presentis nostri scripti patrocinio corroboramus Volumus illos et sine dampno aliquali perpetue conseruare, nec ipsos per quempiam cuiuscunque Status dignitatis et preeminencie fuerit : contra eorum libertatem, quomodolibet perturbari, Harum nostrarum testimonio et vigore literarum Mandamus igitur vobis, fidelibus nostris, viris Magnificis Johanni, filio Henrici et Jacobo Laczk waywodis parcium nostrarum transsiluanarum predictarum, nec non Comitibus Sicularum nostrorum, uestrorumque Vice woywodis et Vice Comitibus cunctisque alijs Officialibus nostris presentibus Scilicet et futuris presencium noticiam habituris, harum serie firmiter et

districte, quatenus prefatos et uniuersos Saxones nostros de *Koloswar* et eius Districtu, in predictis eorum libertatibus prerogatiuis et gracÿs, prout dredicta eorum sonant priuilegia et literalia instrumenta, protegere conseruare, manutenere et tueri debeatis, nec ipsos audeatis contra easdem quomodolibet perturbare, prout nostram grauissimam indignacionem cupitis euitare Presentes eciam, dum nobis in specie fuerint reportate in formam nostri priuilegÿ, redigi faciemus Datum in descensu nostro Campestri sub Costal feria quarta pos festum beati Jacobi Apostoli [jul. 28.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quarto ¹⁾).

LXXIII.

1404.

Zsigmond király Kolozsvár városának és vidékének kereskedés végett szabad járás-kelési jogot ad mind országában, mind azon kívül Velenczében, Bécsben, Morvában, Lengyelországban.

Cossio ppria Dni Regis.

Nos Sigismundus dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Marchio Brandenburgensis etc. Sacri Romani Imperÿ generalis Vicarius et Regni Bohemie gubernator, Memorie commendamus Significantes tenore presencium quibus expedit uniuersis Quod uenientes nostri in conspectum culminis fideles nostri Honorabilis et prouidus dominus Cristanus Plebanus, ac Nicolaus dictus Mün Judex Ciuitatis nostre *Koloswar* proposerunt eorum et tocius Comunitatis Ciuitatis nostre predictae et ipsius districtus nominibus nostre Maiestati quomodo temporibus proximi disturbÿ regni nostri dum certi Emuli nostri eandem Ciuitatem et districtum, ymo omnes partes nostras Transiluanas perturbarunt propter constanciam perfecte fidelitatis eorum nobis et sacro nostro dyademati semper inconcusse obseruatam, ad extreme desolacionis exterminium deuenissent tam per domorum incendia, quam proximorum ipsorum interempciones et spolia alia diuersa, Ita quod nisi nostra desuper graciose providerit Maiestas, timendum foret ipsam Ciuitatem et districtum absque alicuius recuperacionis velamine destrui funditus et desolari, Vnde ipsis humiliter nomine quo supra de opportuno remedio cum elargicione doni regalis benignius prouideri supplicarunt, Nos autem consideratis premissis eorum fidelitatibus nobis semper observatis presertim deuastacioni et multimodis calamitatibus eorundem nostrorum fidelium predictis temporibus perpessis pie compacientes, nolentesque ut ipsa nostra Ciuitas et districtus, ac Ciues et populi nostri ad extremam deueniant paupertatem in eisdem residentes, sed potius nostris fauoribus et gracÿs Salubriter reformatur, eisdem Ciuibus et popu-

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva, s középen a király gyűrű pecsétével megerősítve. [Fasc. P. Nro 21.]

lis nostris de predicta *Colosswar* tantum hanc nostre prerogative gratiam, ex largiflue nostre potestatis plenitudine duximus faciendas ut ipsi et eorum quilibet cum eorum rebus Mercimonialibus ubiuis tam intra quam extra regnum nostrum uersus Uenecias Wyennam ac Bohemiam Poloniam et Moraviam aut alias partes quascunque tamdiu proficisci valeant, et in empcionibus commutationibus et vendicionibus ipsorum libere et sine ullo Impedimento exercere secundum eorum, libertate Ciuitatis nostre Budensis que dicitur sonare in contrarium, non obstante, donec et quoad usque nos cum prelati et Baronibus nostris desuper tractatus habuerimus sanius, et si aliqui ex prelati et Baronibus ipsis literas uel Jura habuerit, per quas possit huiusmodi libertas et prerogativa eis concessa quomodolibet infringi, maturius disponemus cum eisdem harum nostrarum testimonio Literarum, Mandamus igitur uobis fidelibus nostris uniueris et singulis prelati Baronibus Comitibus Castellanis Nobilibus, Item Ciuitatibus et liberis villis, ipsarumque Rectoribus Iudicibus et Villicis quibuscunque harum continenciam visuris, et signanter Iudici et Juratis Civibus nostris Budensibus, tenore presencium firmiter et districte, quatenus prefatos Cives et populos nostre Ciuitatis *Colosswar* cum predictis ipsorum rebus Mercimonialibus, per climata regnorum nostrorum proficiscentes, ad alias partes videlicet versus Venecias Wyennam ac Bohemiam Poloniam et Morauiam ac alias quascunque intenderint, tunc ipsos uaa cum predictis Mercibus solutis debitis et consuetis Tricesimis et Tributis sinatis in eundo et redeundo libere proficisci, Et aliud contra formam premisse nostre gracie non facturi, Presentes eciam post ipsarum lecturam reddi iubemus presentanti; Datum in descensu nostro Campestri sub Gostel in Moravia, feria quarta proxima post festum Beati Jacobi Apostoli, [jul. 28.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quarto ¹⁾).

LXXIV.

1405.

Zsigmond király Kolozsvár polgárainak és összes népének az erdélyi részekben való hadjárat alkalmával fizetendő rendkívüli hadi adóját 200 forintban állapítja meg.

²⁾ Igismundus Dei Gracia Hungarie Dalmacie Croacie Rame Seruie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarique Rex ac Marchio Brandenburgensis Sacri Romani Imperij Archicamerarius nec non Bohemie et Lucenburgensis Heres Uniueris X-sti fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Salutem in eo qui dat Regibus feliciter regnare et victo-

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártyára van írva s középen rá nyomva a király kisebb pecsétével megerősítve. [Fasc. M. Nro 53.]

²⁾ A „NOS” szónak és „S” betűnek az eredetiben hely van hagyva.

riose triumphare Regie benignitatis generosa sublimitas quamquam diversis suis fidelibus quos sui domini latitudo complectitur, grata dignetur Beneficia impendere et tanto copiosius sibi subiectis sue munificencie donaria in libertatum largicione propagare quanto ex huiusmodi libertacione suis frequenter erarÿs experitur accrescere fidelesque sicuti numero sic non minus fide et devocione augeri Tamen ad illos qui per inconcusse fidelitatis eciam temporibus persecucionum observanciam a Justicie Semitis videntur minime deviare specialis prerogativa fauoris se inclinât, Proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire Quod fideles nostri Circumspecti Viri et prouidi Jacobus Pulkyscher arcium liberalium magister Juratus et Nicolaus dictus Mwn Ciues Ciuitatis nostre *Coloswar* vocate parcium nostrarum Transsilwanarum suis nec non vniuersorum Ciuium populorum et hospitum ac tocius vniuersitatis Ciuitatis eiusdem nominibus et personis nostre claritatis adientes conspectum proposita eorum fidelitatis constancia quam ipsi semper et precipue in proximo [így] preteritis disturbiorum et mocionum regni nostri temporibus erga nostram continue gesserunt mayestatem nostre humiliter exponere curarunt serenitati, quod licet ipsi ratione expeditionis exercitualis regie generaliter in partibus illis Transsiluanis versus partes orientales duntaxat promulgande ducentos florenos auri nobis aut woyuode ipsarum parcium Transsilwanarum pro tempore existentibus soluere tenerentur atque dare nec ultra ad ipsam expeditionem exercitualem deberent et obligarentur exercitualiter proficisci. Tamen wayuode nostri partibus in eisdem temporaliter constituti non advertentes Ipsorum Ciuium nostrorum libertates, ipsis circa hoc per diuos reges Hungarie nostros scilicet Predecessores ut in alys nostris litteris priuilegialibus tenorem literarum olim serenissimi principis domini Lodovici laudande memorie incliti regis Hungarie predecessoris et soceri¹⁾ nostri similiter priuilegialium in se continentibus nobis specie tenus allatis clare vidimus contineri specialiter concessas Ipsos ad exercituandum et soluendos Insuper dictos ducentos florenos auri annuatim eciam nullo exercitu existente compellere et astringere niterentur atque vellent in communem consuetudinem hoc ipsum conuertere attempando in grande detrimentum et libertatum ipsorum Ciuium nostrorum preiudicium et derogamen. Supplices nostro culmini humiliter et devote, ut ipsis et eorum statui regum remedium circa premissa adhibere dignaremur oportunum. Nos itaque qui ex innata cordi nostro liberalitate fidelium Sudditorum nostrorum incommodo condigno pietatis bratio releuare Ipsosque nedum in eorum antiquis Priuilegiatis libertatibus ipsis ut prefertur graciose elargitis illibate conseruare, verum eciam, graciaram prerogatiuas et nouas libertatum largiciones officij nostri debito exigente. tenemur et consuevimus elementer eis imperitari, Nolentes per huiusmodi abusiuas nouitatum adinuenciones que regio honori et dignitati imo saluti videntur contraire, prefatos Ciues populos Hospites et incolas nostros de dicta *Coloswar* grauari quin potius cupientes

¹⁾ Az eredetiben : *seceri* — hibásan áll.

et omnino volentes ipsos eorum libertatibus et graciaram prerogatiuis, tam circa premissa quam alia per nos et dictos predecessores nostros reges scilicet Hungarie eis graciose datis et concessis inconcusse gratulari et gaudere, In eisdemque illesos et indempnes conseruare volumus et firmiter in eum [aevum] observandum autoritate regia ex certaue sciencia nostre maiestatis prelatorum et Baronum nostrorum maturo ad hoc accedente consilio stabilimus ut ipsi Ciues Hospites Incole et populi nostri de jam facta ¹⁾ *Coloswar*, ipsorumque tota Communitas a modo et deinceps in antea perpetuis futuris temporibus premissos ducentos florenos auri occasione prescripte regie exercitualis expeditionis versus predictas partes orientales generaliter duntaxat promulgande et instaurande wayodis [igy] Transsiluanensibus parcium predictarum pro tempore constitutis Semel in anno quo videlicet huiusmodi exercitus versus partes orientales prefatas generaliter Contigerit promulgare et instaurare tantummodo et non alias dare et soluere teneantur Nec ultra hoc ipsos seu quempiam ex eis quisquam Wayuodarum, parcium Transsilvanensium prescriptarum aut quicumque aly ductores scilicet et Capitanei huiusmodi exercituum ad exercituandum seu more exercituali procedendum solutionemque aliqualem preter premissam in preiudicium libertatum eorum ipsis ut prefertur dudum per predictos diuos Reges Hungarie predecessores scilicet nostros. per nosque denuo et ex nouo presencium literarum nostrarum vigore graciose concessarum faciendam astringere et compellere valeant presumpmant atque possint modo forma racione et Causa quibuscunque Ut igitur premissa per nos memoratis Ciuibus ac populis nostris ex deliberacione nostra regia graciose concessa robur obtineant perpetue firmitatis nec per quempiam successu temporum possint aut valeant quauis de causa in irritum reuocari. presentes eisdem Ciuibus nostris concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis autentici Sigilli nostri noui dupplicis munimine roboratas, Datum per manus Reverendi in X-sto Patris Domini Eberhardi Episcopi Zagradiensis, Aule Nostre Supremi Cancellarj fidelis Nostri dilecti, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quinto, Sexto nonas July, [jul. 2.] Regni autem nostri Anno Decimo Septimo. Reuerendissimis et Uenerabilibus in X-sto Patribus Dominis Valentino tituli Sancte Sabine Sacro Sancte Romane Ecclesie Presbytero Cardinali ac Ecclesie Quinque ecclesiensis Gubernatore Johanne Strigonyensi Colocensi sede vacante Andrea Spalatensi altero Andrea Ragusyensi Archiepiscopis luca Varadiensi Stephano Transsilvanensi eodem Domino Eberhardo Zagrabyensi, Agriensi sede vacante Johanne Boznensi Vesprimiensi sede vacante Johanne Jauriensi Vaciensi sede vacante Fratribus Hynkone Nytriensi et Dosa Chanadiensi electis Ecclesiarum Episcopis Ecclesias dei feliciter gubernantibus Syrimiensi Traguriensi Scardonensi Tininyensi Nonensi Sibiniensi Macarensi Pharensi Corbauensi et Segnyensi Sedibus vacantibus. Nec non Viris Magnificis Nicolao de Gara Regni nostri Hungarie Palatino et Iudice Comanorum Johanne et Jacobo Wayuodis nostris Transsiluanensibus Comite Frank filio

¹⁾ Az eredetiben is *facta* van — hibásan.

condam Konye Bani Judice Curie nostre Paulo Bysseno et altero Paulo de Pech Dalmacie et Croacie predictorum ac tocius Sclavonie Johanne de Maroth Machowyensi Banis, honore Banatus Zerimyensis vacante, Nicolao dicto Treutel de Neuna Tauarnicorum et Comite de Posega Symone filio condam Konye predicti Bani Janitorum Martino Ders Dapiferorum Laurenzio de Tharÿ Pincernarum et Petro dicto Cheh Agazonum nostrorum nec non Silstrangh Comite Pozonyensi Alysque quam pluribus Regni nostri Comitatus tenentibus et honores.¹⁾

LXXV.

1405.

Zsigmond király megerősíti Kolozsvár városa azon helyhatósági jogát, hogy kiadványaiban saját czímeres pecsétével éljen.

ro Marci de neuemberga Tricesimar.
et urburar regalium Comititis

Sigismundus dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie Rame Seruie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque Rex, Marchio Brandenburgensis, ac Sacri Romani Impery Archicamerarius, nec non Bohemie et Lucemburgensis Heres, Omnibus xsti fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Salutem in omnium Saluatore, Regie meditationis in eo consistere censetur effectus si subditorum profectui intendit pariter et quieti, tantoque in eorum augmento dubia submouendo et resecando ambigua solerciorum se faciat intueri, quanto exinde sibi suisque erarÿs ÿmo reipublice senserit habundancius provideri, Proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod fideles nostri Jacobus polkischer arcium liberalium magister Juratus et Nicolaus Mwn dictus Ciues de *Koloswar*, parcium nostrarum Transsiluanarum suis, necnon vniuersorum Ciuium Hospitum et tocius vniuersitatis Ciuitatis eiusdem nominibus et in personis nostre claritas adeuntes conspectum nobis querulose curarunt declarare, quod licet ipsi et eadem Ciuitas *Koloswar* vocata ac ipsius communitas seu vniuersitas inter alias suas prerogatiuas et libertates, dudum et tempore cuius contrarÿ memoria Hominum non existit, Sigillum proprium habuerit et habeat de presenti, ipsiusque Iurisdiccione priuilegio et firmitate more aliarum regni nostri Ciuitatum, usÿ fuerunt et gauisi: Tamen nonnulli nostri regnicole, tam ecclesiastici quam seculares huiusmodi Sigilli Iurisdiccioni derogando, in grande præiudiciu dictæ Ciuitatis et ipsius vniuersitatis literas sub eodem

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely vékony hártýára van írva s zöld, fejr, veres zsinoron függő pecséttel erősítve, melynek csak töredékei vannak meg. A hátlapra egykoru kéz ezt írta: *Littere Dni Sigismundi Regis. Solutis ducentis florenis aur. Civitas non obligatur ad exercituandum.* [Fasc. C. Nro 8.]

emanatas acceptare, eisdemque fidem adhibere hactenus non curassent et ad presens non curarent Attemptarentque velle non curare in futurum, Supplices superinde per nos eidem Ciuitati et eius vniuersitati seu communitati regie deliberacionis remedium adhiberi, Nos itaque qui subditorum nostrorum quieti ex Iniuncto nobis diuinitus regj regiminis officio cura peruigili et sedulitate opportuna Inuigilare debemus pariter et vtilitati Attendentes ex eo dicte Ciuitatis comodo vtplurimum derogari Ipsorumque Jacobi et Nicolai petitionem superinde nostro culmini oblatam a rationis tramite minime discrepare. quinpocius Juri et Justicie utplurimum adequari, de regie potestatis plenitudine et ex certa sciencia prelatorumque et Baronum ac Regni nostri procerum deliberato et maturo accedente consilio prefatum Sigillum Annotate Ciuitatis nostre *Koloswar* vocate approbamus roboramus et ratificamus, vniuersasque literas sub tenoribus formis clausulis punctis et articulis quibuscunque sub eodem Sigillo generaliter et specialiter pro eisdem Ciuibus Hospitibus Incolis habitatoribus et populis memorate Ciuitatis *Koloswar* nuncupate, et inter ipsos mutuo super causis contractibus vltimarum voluntatum testamentariarum disposicionibus, Actis factis procuratorjs et generaliter recognicionibus quibuscunque, rite tamen et racionabiliter emanatis et emanandis in futurum, more et ad instar literis super factis quibusuis sub Sigillo Ciuitatis nostre Budensis confectis et conficiendis in Iudicio ecclesiastico et seculari aut quouis regni Justiciario seu alias ubique perpetuis et successiuis temporibus valere et uigorem habere eisque libere et licite vti frui et gaudere atque fidem indubiam et plenariam adhiberi volumus et regia Auctoritate declaramus presentis scripti nostri, patrocinio mediante. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetvam presentes literas nostras priuilegiales pendentis et autentici dupplici Sigilli nostri noui munimine roboratas eidem Ciuitati ipsiusque Ciuibus et communitati ac vniuersitati duximus concedendas Datum per manus Reuerendi in xsto patris domini Eberhardi eadem dei et Apostolice sedis gracia Episcopi Zagradiensis, Aule nostre regie sumpmi Cancellarj fidelis nostri dilecti anno domini Millesimo, Quadringentesimo Quinto, Sexto Nonas July, [jul. 2.] Regni autem nostri Anno decimo septimo ¹⁾

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva, veres és kék selyem zsinoron függő kettős pecséttel megerősítve, a pecsét ma nincs meg. [Fasc. S. Nro. 5.]

LXXVI.

1405.

Zsigmond király Kolozsvár városának várépítésre, bíró és esküdtek választására jogot ad, önálló törvényhatósággá teszi s a királyi városok sorába emeli.

ro Marci de Nurembergh Tricesimarum et Urburarum Comitiss

Sigismundus Dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie Rame Servie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgrieque Rex Marchioque Brandenburgensis ac Sacri Romani Imperij Archicamerarius, Nec non Bohemie et Lucemburgensis Heres, Omnibus x-sti fidelibus presentibus pariter et futuris Salutem in eo qui dat Regibus feliciter regnare et victoriose triumphare, Regie benignitatis generosa sublimitas, quamquam diuersis suis fidelibus, quos sui dominij latitudo complectitur, grata dignetur beneficia impendere, et tanto copiosius sibi subiectis, Sue munificencie donaria, In libertatum largicione propagare, quanto ex huiusmodi libertacione magnifica, suis frequenter erarijs experitur accrescere atque fideles sicut numero, sic non minus deuotione augere, Tamen ad illos, qui per inconeuisse fidelitatis, eciam temporibus persecucionum obseruanciam, a Justicie semitis minime videntur detiari Specialis prerogatiua fauoris diligenter se inclinat, Proinde ad uniuersorum presencium et futurorum noticiam, Harum serie volumus peruenire, Quod fideles nostri dilecti Jacobus dictus polkyscher Arcium liberalium magister Juratus, et Nicolaus dictus Mwn, Ciues de *Koloswar*, partium nostrarum Transiluanarum, suis, necnon uniuersorum Ciuium et Hospitum ac tocius uniuersitatis Ciuitatis eiusdem nominibus et in personis, nostre claritatis adeuntes conspectum, proposita eorum fidelitatis Constancia, quam ipsi semper et precipue in proximo [így] preteritis disturbiorum temporibus, et Regni nostri mocionum erga nostram continue gesserunt maiestatem, varias afflictiones, oppressiones, personarum detenciones, Rerum et bonorum ablationes, fororum violaciones, Molendinorum negligentem ymmo ruinosam conservacionem, sentenciarum per Judicem et Juratos latarum, non obseruacionem ac Iudiciorum eorundem non aduertenciam, appellacionum ad Sedes Bistriciensem uel Cibiniensem non admissionem furum et latronum ac malefactorum iam detentorum et puniri debendorum propter munera liberacionum et aliarum ipsorum libertatum et laudabilium consuetudinum violacionem, per nonnullos Justicie, ymmo proprie consciencie et saluti oblitos, eisdem Ciuibus Hospitibus et Incolis memorate nostre Ciuitatis *Koloswar* vocate, contra ipsorum priuilegiatas libertates, Hactenus illatas et irrogata, nostre detegere querulose curarunt maiestati. Humiliter et devote, Humotenus prouoluti supplicantes, ut ipsis et eorum statui dicteque Ciuitatis fortificationi tuicioni et Conseruacioni, Regium remedium adhibere dignaremur, circa premissa oportunum, Nos igitur qui ex innata cordi nostro liberalitate, oppressiones et merita Subditorum Justo pietatis examine ac pia Justicie moderacione consueuimus pensare, Sicque et tanto ad

eos munificencie nostre gratiam libencius effundere, quanto ardencius hoc nobis Jus suggerit et natura, quoniam providencia principis tunc in se munera Habet graciosae et alijs largitur perpetua, cum suis Subditis condescendit ad gratiam et deuotum ipsorum Zelum liberaliter prosequitur et clementer, Attentis eciam consideratis et in mentis nostre archano diucius omnibus Supradictis, tam oppressionibus, quam fidelibus obsequijs, dictorum Ciuium nostrorum de *Koloswar* predicta, reuolutis, ac diligenti meditatione pensatis, Cupientes et ex deliberacione volentes, Ipsos eorumque posteros pro premissis grata premia reportare, ut qui fideles sunt, et semper Sacre Corone Regie ac nobis astiterunt, per retribucionis merita, libertatumque et Immunitatum largiciones, ad exercenda ipsorum posse (?) maioris constancie et fidelitatis opera fervencius et devocius incitentur, Eandem Ciuitatem nostram *Koloswar* vocatam in partibus nostris Transiluanis Habitam, per nos Jam murari, Murisque turribus, menijs fossatis ac alijs fortalicijs et propugnaculis fortificari, et circumdari dispositam et Ciues Incolas populos et Habitatores eiusdem, alijs Ciuitatibus Regni nostri, omnino et totaliter liberis Ipsarumque Ciuibus Hospitibus Incolis populis et Habitatoribus, adequando, annectendo, annumerando et aggregando, Eandem Insuper ac eos specialiter et per expressum ab omni Iurisdictione Iudicio Iudicatu, regimine et gubernacione wayuodarum, Vicewayuodarum Comitum Iudicum Officialium et quorumuis ad eos pertinencium, et generaliter omnium Regni nostri Iudicum et Justiciariorum secularium, perpetuo exemimus excipimus et per omnia segregamus, Denique Communitas et universitas Ciuitatis nostre antefate, Die, Dominica post diem Strennarum seu Circumcisionis Domini primitus occurrente, de ipsorum medio, Duodecim Ciues Juratos, annis singulis, et tandem ydem Jurati cum Senioribus et Hominibus possessionatis ipsius Ciuitatis Idoneis tamen et ad Id aptis, Iudicem eligendi, qui videlicet Iudex et Jurati Cives insimul et In unum, universas et quaslibet Causas inter eos et in ipsa Civitate quomodocunque et qualitercunque emergentes, forum duntaxat seculare concernentes, Juxta eorum consuetudinem antiquitus obseruatam et eorum priuilegia olim emanata, Iudicandi cognoscendi et discernendi, omnesque fures latrones et generaliter cunctos malefactores, quocunque nomine indifferenter appellatos, Nobiles videlicet et Ignobiles, maleficia qualitercunque facientes, perpetrantes et Committentes Intra metas et territorium ipsius Ciuitatis nostre deprehensos et deprehendendos, suspendendi, decollandi, comburendi, mutilandi, et alias Juxta eorum demerita et demeritorum qualitatem, rite et legitime sentencionaliter ferendi et puniendi, plenam, liberam et absolutam habebunt et habeant facultatem, atque omnimodam potestatem, Nec ad congregacionem palatinalem wayuodarum Vicewayuodarum ac aliorum quorumuis Justiciariorum Regni nostri in eisdem partibus Transiluanis, uel alias, temporum in euentus, (?) ex causis quibuscunque celebrandam, accedere et eisdem interesse, eiusque Iudicio sisti, et parere teneantur, Nec ad hoc per quempiam cogi possint, aut compelli modo aliquali, Si vero quippiam [így] tam Regnicolarum nostrorum quam extraneorum, quidquam accionis, quescionis, uel

acquisicionis, contra eosdem habuerint, Id in medio Ciuitatis nostre predictae Iudicisque et Juratorum prefatorum presencia, legittime exequantur, Ubi vero aliquis, de ipsorum Iudicio non contentus, se In causa sua oppressum senserit et grauatum, extunc remoto quolibet grauamine ab eorum Iudicio ad Sedem Bistriciensem, et abinde si opus fuerit sibi que placuerit, a prefata sede Bistriciensi ulterius, ad Sedem Cibiniensem ubi omnes, et quaslibet causas per appellacionem inibi deuoluendas, fine debito, ulteriori appellacione, protractione et examinacione, quibusuis penitus cessantibus ac remotis, terminari volumus et finire, possit licite, et valeat remoto quolibet obstaculo appellare, Juxta eiusdem Ciuitatis nostre *Coloswar* vocate, antiquam priuilegiatam presentibusque de novo iam concessam libertatem, Volumus autem ut ydem Iudex et Jurati ac Seniores sedium Bistriciensis uel Cibiniensis ad quos per appellacionem causam uel causas huiusmodi deuenire et deuolui contigerit, non obstante ulteriori appellacione seu pro-uocacione quorumcunque in huiusmodi causa uel causis earumque Articulis finem debitum et decisium facere debeant et teneantur, Preterea volumus et firmiter obseruandum stabilimus, ut nullus extraneus, aut forensis cuiuscunque Status conditionis uel preeminencie existat, per literas Capitulorum Conuentuum et Iudicum nobilium quorumcunque et generaliter quasuis personas forenses ac extraneas quacunque dignitate Iurisdictione officio simplicitate seu nobilitate fungentes contra predictos Ciues Hospites Incolas et Habitatores prefate Ciuitatis nostre *Koloswar*, uel eorum alterum, aut ex eis aliquem Super factis et negocijs in eadem Ciuitate actis seu exortis, more et ad instar libertatis Ciuium Ciuitatis nostre Budensis, testimonium aliquod facere valeat atque possit, modo forma et rationibus quibuscunque ¹⁾, Ut igitur omnia et singula premissa, ex deliberacione nostra Regia, Prelatorumque Baronum et Procerum Regni nostri, ad Id accedente maturo Consilio concessa, robur optineant perpetue firmitatis, Nec per quempiam successu temporum possint aut valeant quauis de Causa, in irritum retractari, Presentes eisdem Ciuibus nostris concessimus literas nostras priuilegiales pendentis et autentici Sigilli nostri noui dupplicis munimine roboratas, Datum per manus Reverendi in X-sto Patris Domini Eberhardi predicta Dei et Apostolice Sedis gracia Episcopi Zagrabiensis, Aule nostre supremi Cancellarj nostri fidelis dilecti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo quinto sexto nonas Julj [jul. 2.], Regni autem nostri Anno decimo septimo Reverendissimo et Venerabilibus in X-sto patribus, Dominis Valentino titul. sancte Sabine, sacrosancte Romane ecclesie presbitero Cardinali, ac Ecclesie

¹⁾ E kiváltságlevél ugyanez évben és napon még egyszer a király által kiadtván : ott e szó után „*quibuscunque*” még e czikk lőn beigatva : „*Item Sacerdotem in eorum plebanum de communi libere eligentes voluntate sicut in alijs nostris Civitatibus liberis est consuetum. Cui omnia Jura de Jure debita administrare tenebuntur. Ut igitur sat*”. E kiváltságlevél pecsété zöld és veres zsinoron függ, pléh tokja van, s a pecséten mind a király életnagyságu képe dombor nyomással, mind Magyarország czímere legépebb állapotban van meg. Látható J. 13. alatt, a pecsét a RAJZOK kötete illető tábláján.

Quinque ecclesiensis Gubernatore Johanne Strigoniensi, Colocensi Sede vacante, Andrea Spalatensi, altero Andrea Ragusiensi Archi Episcopis, Luca Varadiensi, Stephano Transilvaniensi, eodem Domino Eberhardo Zagrabieni, Agriensi sede vacante, Johanne Boznensi, Vesprimiensi sede vacante, Johanne Jauriensi, Waciensi Sede vacante, Fratribus Hincone Nitriensi et Dosa Chanadiensi Electis Ecclesiarum Episcopis, Ecclesias dei feliciter gubernantibus. Syrmieni Trauguriensi, Scardonensi, Tynnjensi, Nonensi, Sibinicensi, Makarensi Pharensi, Corbauienti et Segniensi, Sedibus vacantibus, Nec non viris Magnificis Nicolao de Gara Regni nostri Hungarie predicti Palatino, et Judice Comanorum, Johanne et Jacobo Vayuo-dis nostris Transilvanis, Comite Frank filio quondam Konye Bani Judice Curie nostre, Paulo Bysseno et altero paulo de Pech Dalmacie et Croacie predictorum et tocius Sclauonie, Johanne de Maroth Machouiensi Banis, Honore Banatus Zeurimiensis vacante, Nicolao dicto Trewtel de Neuna Tauernicorum et Comite de Posega, Sýmone filio quondam predicti Konye Bani Janitorum, Martino Ders Dapiferorum, Laurencio de Tari Pincernarum, et Petro dicto Chech Agazonum nostrorum Magistris, Necnon Sýlstrangh Comite Poseniensi alýsque quam pluribus Regni nostri Comitatus tenentibus et honores ¹⁾).

LXXVII.

1405.

Zsigmond király a Léta várához tartozott, de Kolozsvár területén levő malmokat e városnak adományozza.

Relacio Marci de Nurembergh Tricesimar et Urburar Comititis.

Sigismundus Dei Gracia Hungarie Dalmacie Croacie Rame Seruie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarięque Rex Marchio Brandenburgensis ac Sacri Romani Imperý Archi camararius, nec non Bohemie et Lucemburgensis Heres Omnibus X-sti fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, Salutem in Salutis largitore, Quamuis regalis

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva, sárga és veres zsinoron függő pecséttel megerősítve, a pecsét összetöredezetten fehér flanell zacskóba van göngyölve s mellette egy darabka papíron a következő [a kiváltsággal egykoru] feljegyzés: „*Nomina Comitatum* : Comitatus Kolos Comitatus Doboka Comitatus Torda Comitatus Zolnuk interior Comitatus Hwnýadiensis Comitatus Alben-sis.” Kívül: „*Super libertatibus ciuitatis originalis Regis Sigismundi*” s az oklevél tartalmára vonatkozó még négy különböző időbeli jegyzés, melyek közül az utósó ez: „*Jus Gladii*. [Fasc. I. Nro 12.] Minthogy ezen a pecsét el volt töredezve, nem rajzoltathattam le, de a következő 13. szám alatti oklevele-n ép volt, és így arról lerajzolva, közlöm, a derék király iránti háladatos emlékezés végett. [Látható a RAJZOK illető tábláján.] A szöveg mindkét oklevélben egy, kivéve egy pontot t. i. az előlirt oklevél végén látható papválasztást.

munificencia erga uniuersos, sue Corone fideles, de Innata sibi elemencia et generalitate, meritorum liberalis existat, Ad illos tamen uberius sue debet liberalitatis Dona extendere, quos pro ipsius Corone honoribus fama celebri feruencioribus Studijs comperit per operum Experienciam insudasse. Proinde ad Uniuersorum presencium uidelicet et futurorum noticiam harum Serie volumus peruenire, Quod fideles nostri Jacobus Polkischer Arcium Liberalium Magister Juratus et Nicolaus dictus Mwn Ciues de *Koloswar* parcium nostrarum Transsiluanarum suis nec non uniuersorum Civium, Hospitum et Tocius Universitatis Ciuitatis eiusdem nominibus et in personis nostre claritatis adeuntes conspectum, nobis curarunt declarare. quomodo Iudices seu Comites per Wayuodas nostros Transsiluanenses, inter eos constituti Molendina tam frugum quam renouatorum seu Textorum et Cerdonum in territorio ipsius Ciuitatis nostre habita in fluvio Zamus vocato currencia ad Castrum *Letawar* nuncupatum pertinencia, aliquando per defectum molarium, et interdum in alia eorum opportuna et necessaria Structura, negligenter hactenus extitissent conservata, et conservarentur de presenti Et dum ydem Ciues et alij illarum parcium homines ad alia Molendina propter istorum defectum, cum eorum frugibus pergerent, tunc per eosdem Iudices, seu Comites Bobus, Equis, Curribus et ipsorum Curruum oneribus priuarentur, Spoliarentur, verberarentur, et alias multipliciter exinde impedirentur damnificarentur et gravarentur, Supplices circa premissa regaliter et opportune eorum Statui prouidere, Nos itaque habito respectu ad fidei constanciam, et utilia sincere fidelitatis obsequia, que Divis regibus nostris uidelicet predecessoribus atque nobis presertim iam proxime preteritis disturbiorum temporibus ydem Ciues et Hospites, exhibuisse perhibentur, et que eciam nobis, et sacro nostro Diademati eo amplius poterunt et tenebuntur exhibere, quo se ampliora beneficia cognoverint a nostro Culmine recepisse, precipue vero ut eadem Ciuitas per hoc muniri possit et decencius fortificari tria molendina frugum et duo Molendina renouatorum, seu Textorum eisdem Molendinis frugum adiacencia, nec non unum Molendinum Cerdonum in fluvio Zamus vocato currencia intra metas et territorium ipsius Ciuitatis existencia, et ad idem Castrum *Letawar* nuncupatum Spectancia, simul cum omnibus eorum metis terminis Utilitatibus, prouentibus et fructuositatibus, quibuscunque a dicto Castro auferentes segregantes abstrahentes et sequestrantes, sepefate nostre Ciuitati *Koloswar* vocate, ipsiusque Communitati, seu Universitati de gracia speciali ex certa sciencia animo deliberato, et de regie potestatis plenitudine, Prelatorum eciam Baronum et regni nostri procerum ad hoc maturo accedente consilio noue nostre donacionis titulo et omni eo Jure, quo ipsa Molendina nostre Regie incumbunt collacioni damus donamus conferimus annectimus applicamus appropriamus et incorporamus per ipsam Ciuitatem nostram *Koloswar*, et Inhabitantes eandem perpetuo et irrevocabiliter possidenda tenenda pariter et habenda, presencium patrocinio mediante Saluis duntaxat Juribus alienis, In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras priuilegiales, pendentis et authentici sigilli nostri Novi dupplicis munimine

roboratas eidem Ciuitati, ipsisque Ciuibus et communitati ac Uniuersitati duximus concedendas. Datum per manus Reuerendi in x-sto patris domini Eberhardi eadem dei et apostolice sedis gracia Episcopi Zagradiensis, Aule nostre Summi Cancellarij fidelis nostri dilecti Anno Domini Mill-imo Quadringentesimo quinto, Sexto nonas Julij [jul. 2.] Regni autem nostri Anno decimo septimo ¹⁾).

LXXVIII.

1405.

Zsigmond király Kolozsvár polgárait megtartatni rendeli azon jogukban, hogy őket bár hol elkövetett vétségeikért csak saját bírójok előtt lehessen törvény elébe állíttatni.

Sigismundus Dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Marchionque Brandenburgensis etc. Sacri Romani Imperij vicarius generalis et regni Bohemie gubernator, fidelibus suis uniuersis Prelatis Baronibus Comitibus Castellanis, Nobilibus Ipsorumque officialibus, signanter vero Tricesimatoribus et tributarijs, tam nostris quam aliorum quorumcunque seu vices ipsorum gerentibus. Item Ciuitatibus et Liberis villis Ipsorumque rectoribus Iudicibus et villicis, presencium noticiam Habituris, Salutem et Graciam, Grauem querelam pro parte fidelium uniuersorum Ciuium et Hospitum nostrorum de *Koloswar*, parcium nostrarum Transsilvanarum nobis porrectam recepinus continentem, quod dum ipsi pro acquirendis victuum suorum necessarijs diuersa regni nostri Loca cum rebus et Bonis ipsorum mercimonialibus, perlustrarent, tunc nonnulli forent ex vobis, qui ipsos ad plurimorum Instanciam in personis Judicarent seu Judicari facerent, resque et Bona ipsorum arestarent, seu prohiberi facerent, signanter pro debitis delictis offensis et excessibus aliorum In ipsorum preiudicium non modicum atque dampnum. Et quia Juri consonum apparet utique et ratio exigit equitatis ne quis pro alterius reatu seu excessibus puniri debeat, aut incommoda sustinere, Et in hys nostram decet celsitudinem ex suscepti regij regiminis officio prouidere ne insontes criminis et culpe innoxij Signanter vero Mercatores, quorum Industria seu prudentia, regna nostra necessariorum Habundancia replentur et ditantur, sic indebite opprimantur in rebusque et bonis ipsorum modo quolibet dampnificentur, sed potius alicuius gratie prerogativa subleuentur, Vestre igitur et cuilibet vestrum fidelitati firmo precipimus regio sub edicto et omnino volentes mandamus, quatenus, prefatos fideles nostros Ciues et Hospites de *Koloswar* predicta, cum uniuersis rebus et Bonis ipsorum, mercimonialibus, Signanter vero Equis, bobus et alys animalibus venalibus, Hincinde proficisscentes, receptis et habitis ab

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva, s zöld és sárga zsinoron függő pecséttel megerősítve, melynek egy harmada le van törve. [Fasc. D. 5.] Az előbbihez mindenben hasonló még egy példány van Fasc. D. 6. alatt, a harmadik konventi átiratban D. 7. alatt.

eisdem Justis Tricesimis et Tributis Legitimis, pacifice et absque Impedimento, de eisdem tricesimarum et tributorum vestrorum Locis, abire permittendo, in vestris tenutis, dominys Honoribus possessionibus ac vestri in medio, in personis ad quoruncunque Instanciam Judicare seu vestro astare Judicatu compellere Resque et Bona ipsorum arestare aut prohiberi facere nullatenus presumptis nec sitis ausi modo aliquali, alioquin huiusmodi mandati nostri transgressores per Palatinum regni nostri aut Wayuodas dictarum parcium nostrarum Transsiluanarum uel ipsorum viceuayuodas seu Comites uel vicecomites et Iudices Nobilium illius Comitatus ubi premissa nostra mandata quod absit non observarentur ad ipsius nostri mandati observanciam, non sine maximis ipsorum gravaminibus compelli uolumus auctoritate nostra regia, arcus et astringi. Secus igitur in premissis facere non ausuri, Siqui enim ex uobis quicquid accionis uel quescionis, contra, prenotatos Ciues seu Hospites nostros de *Koloswar* prefata, seu alterum ipsorum Habent uel Habuerint Id in presencia Iudicis et Juratorum Ciuium Ciuitatis eiusdem Legitime super eosdem exequetur meri Juris et Justicie complementum debitum recepturi, Presentes eciam post earum Lecturam semper reddi Jubemus et restitui presentanti Datum Bude Sabbato proximo post festum uisitacionis Beate Marie virginis [jul. 4.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quinto ¹⁾).

LXXIX.

1405.

Zsigmond király megszűnteti azon kiváltságot, hogy az egykor Léta várához tartozott Szent-Miklós faluban a kolozsváriaktól vámot vehessenek.

ro Marci De neurenberga Tricessimar.
et urburar. regalium Comitatis.

Nos Sigismundus Dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Sacri Romani Imperij vicarius generalis et Regni Bohemie gubernator, Memorie commendamus per presentes, Quod ad nostre maiestatis ex multorum relacione et certissimo experimento devenit auditum, Quomodo tributary et Vice tributary Tributi in villa seu possessione Zenthmiklos vocata in Comitatu de *Kolos* habita exigi consveti et ad Castrum *Letawar* vocatum in partibus nostris Transsiluanis habitum, spectantis, tam regnicolis nostris quam extraneis, cum mercibus ac aliter

¹⁾ A városi levéltárban levő eredetiből, mely nyílt levél alakjában hártýára van írva s kívül a király nagyobb pecsétével megerősítve, minék csak helye látszik. Hártýa és írás szép. [Fasc. A. A. Nro 3.]

Van ebből papirosra írva is egy példány, mely az előbbivel egyébkint teljesen egyező. [Fasc. A. A. Nro 4.]

regnum nostrum perlustrantibus, et ad locum dicti Tributi venientibus, multa dampna in rebus, vexaciones et Iniurias in personis per Calumpniarum adinuencionem et Iniustorum tributorum exactionem, diuersimode hactenus intulissent, et adeo inferre, non cessarent de presenti, quod complures mercatores et alij viatores terrore ipsorum tributariorum affecti et attoniti, ad partes nostras Transsiluanas predictas, et precipue Ciuitatem *Koloswar* vocatam, accedere non auderent et properare, Ex quibus tam ipse Transsiluane, et Ciuitatis *Koloswar*, quam alie Regni nostri Hungarie partes, Ipsarumque Habitatores et Incole et non minus fiscus noster regius grauissima dampna iniurias et detrimenta perpassi extitissent, et ad presens paterentur. Nolentes itaque incommoditates nostrorum regnicolarum et precipue fisci nostri defectum exinde prouenientes ulterius tollere, quinyimo cupientes saluti nostre, cui ratione previa, cum ipsi tributary non propria, sed regia authoritate Suffulti talia facere valeant et exercere, posset in die examinis districti Iudicis derogare, consulere et huiusmodi hucusque malegestis finem dare salutarem, prefatum tributum ipsiusque exactionem et recepcionem motu proprio ex certa Sciencia et de regie potestatis plenitudine Prelatorumque et Baronum ac regni nostri procerum deliberato et maturo ad hoc accedente consilio revocamus cassamus annichilamus et penitus abolemus perpetuis futuris temporibus, per nos aut successores nostros. seu quoscunque alios, quauis causa uel ratione nequaquam ulterius erigendum instituendum recipiendum et exigendum, presencium nostrarum vigore et testimonio Literarum, Quas dum nobis, in Specie allate fuerint, in formam nostri privilegij pro eisdem redigi faciemus. Datum Bude Sabato proximo post festum visitationis beate Marie virginis, [jul. 4.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quinto ¹⁾.

LXXX.

1405.

Zsigmond király parancslevele az erdélyi vajdákhoz az iránt, hogy a Kolozsvár határán levő, eddig Léta várához tartozott, de most ezen városnak adományozott malmokat bocsássák az adományozott város birtokába.

Sigismundus Dei Gracia Rex Hungarie, Dalmacie Croacie etc. Marchionque Brandenburgensis etc. Sacri Romani Imperij Vicarius Generalis et Regni Bohemie Gubernator, Fidelibus suis Magnificis Viris, Johanni filio Herrii de Tamasy et Jacobo filio Lachk de Zanthow Vajuodis Transsilva-

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva, s kívülről megpecsételve, minek ma csak nyoma s hártýa szalagja látszik. A pecsét helyén is épen az az ellenjegyzés, a mi az oklevél felső jobb szegletén. [Fasc. T. Nro 23.] Meg van még az előbbihez mindenben hasonló két eredeti példányban. [Fasc. T. Nro 24. 25.]

nis, vel altero absente alteri eorundem, ac ipsorum vice vayuodis Salutem et Graciam! Cum nos Tria Molendina frugum, et duo Molendina renouatorum seu textorum, et unum Molendinum Cerdonum, In fluuio Zamos vocato, et territorio Ciuitatis nostre *Koloswar* vocate, parcium nostrarum Transsiluanarum currencia, et hactenus ad Castrum nostrum *Letawar* vocatum pertinencia eidem Ciuitati nostre et Ciuibus, ac eius communitati, pro eiusdem Ciuitatis et Ciuium, ac Uniuersitatis eiusdem, et non minus Camere nostre regie utilitate et Augmento ac Saere Corone nostre regie exaltacione dederimus et applicauerimus, perpetuoque et Irreuocabiliter, Juxta continenciam aliarum Litterarum nostrarum Priuilegialium superinde confectarum appropriauerimus, et incorporauerimus, Vestre Igitur et cuiuslibet Vestrum fidelitati firmissimo regio sub edicto precipimus et omnino volentes mandamus, quatenus mox et in continenti receptis presentibus, omnibusque, mora occasione et dissimulacione cessantibus, prefata Sex Molendina, superius per expressum specificata eidem Ciuitati et ipsius Ciuibus ac Uniuersitati per ipsam ac eos perpetuo et Irreuocabiliter tenenda, habenda et possidenda, remittere et resignare remittique, et per vestros resignari facere vestrasque et vestrorum manus, de eisdem excipere et extrahere, ac remove, modis omnibus, penitusque et per omnia debeatis, ad eadem Molendina Vos et Vestros a modo et deinceps in antea Intromittere nequaquam presumendo, Secus sub pena nostre regie indignacionis facere non audentes in premissis, Et Hoc idem Iniungimus futuris Vayuodis et eorum Vice Vayuodis, alysque regnicolis nostris, nec non Uniuersis, quibus fortassis temporum in euentu quisquam interesse posset in premissis, dantes eis regys Similibus in preceptis firmissime obseruare et efficaciter adimplere, Presentes tandem post Lecturam semper apud exhibentem, volumus et decernimus remanere, Datum Bude Sabbatho proximo post festum Visitacionis Beate Marie Virginis [jul. 4.] Anno Dni Mill — imo Quadrigentesimo Quinto ¹⁾).

LXXXI.

1405.

Zsigmond király paraneslevele az ország minden várparanesnokaihoz, tiszteihez, vámszedőihez az iránt, hogy a kolozsváriaktól és áruiktól a királyi vámokon vámot ne vegyenek s ne vétessenek.

Sigismundus Dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Sacri Romani Impery vicarius generalis, et regni Bohemie gubernator, fidelibus suis vniuersis Castellanis, Officialibus et Tributarys nostris, vbilibet intra regni nostri Ambitum constitutis nec

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s kívül a király nagy pecsétével megerősítve, mely azonban nem látszik. [Fasc. D. Nro 8.]

non alterius cuiusvis Status dignitatis et preeminencie Hominibus, nostra regalia tributa, tam in terris, quam super aquis tenentibus, eorundemque tributarijs seu vice tributarijs, presentibus videlicet et futuris presencium noticiam habituris, Salutem et gratiam, Quia nos Juxta formam decreti noviter per nos, ex prelatorum Baronum, procerumque regni nostri deliberatione salubriter instituti, vniuersos et quoslibet Mercatores et alterius status Homines, ab omni tributaria solutione in nostris videlicet tributis regijs, de ipsorum rebus Bonis equis Bobus et alijs animalibus Venalibus, ac mercimonijs quibuscunque alias solvi consueta. Libertauimus et exemimus, Liberosque habere volumus penitus et exemptos, vestre Igitur et cuilibet vestrum fidelitati firmissimo regio sub edicto precipimus et mandamus, quatenus a modo et deinceps in antea, a fidelibus nostris Ciuibus Hospitibus populis et mercatoribus Ciuitatis nostre *Koloswar* vocate, parcium nostrarum Transsiluanarum seu altero eorum, nec non rebus et vniuersis Bonis mercimonialibus, Signanter vero Equis, Bobus, et alijs animalibus venalibus eorundem, nullum tributum, nullamve tributariam exactionem petere et exigere petique et exigi facere, directe uel indirecte, quouis quesito colore, presumpmatis, quin ymo eosdem Ciues, Hospites, populos et Mercatores simul cum eorum mercibus vniuersis, de Locis Huiusmodi tributorum nostrorum absque impedimento dampno, et vexacione aliquali libere recedere et abire pacifice permittatis, Alioquin ultra indignacionem nostram regiam, quam iuxta formam ipsius decreti nostri, incurretis, pena tributaria nostre maiestatis, cuius Seueritatem vtique sencietis, vos, et vestrum quemlibet incompassibiliter puniri faciemus, de quo tandem nulli, nisi vestre temeritati poteritis imputare Secus Igitur in premissis nullatenus facere presumpmatis Presentes eciam post earum lecturam semper reddi Jubemus et restitui presentanti, Datum Zagrabie feria tertia proxima post festum Beati Jacobi Apostoli. [jul. 27.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quinto ¹⁾.

LXXXII.

1405.

Zsigmond király parancslevele Kolozs-, Doboka- és Szent Imre vármegyék fő- és alispánjaihoz úgy szolgabíróihoz, az iránt, hogy Kolozsvár polgárait kiváltságaikban védelmezzék és tartsák meg.

Sigismundus dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Marchionque Brandenburgensis etc. Sacri Romani Imperij vicarius generalis et Regni Bohemie gubernator Fidelibus suis Comitibus et vice comitibus ac Judici-

¹⁾ A város levéltáraban levő eredetiből, mely hártýára van írva s kívülről megpecsételve, minek csak nyoma s a fogláló hártýazsínor látszik. [Fasc. T. Nro 26.]

Meg van ez egy második eredeti példányban is regal papiroson, mely a papiroson kívül az előbbivel mindenben egyezik. [Fasc. T. Nro 27.]

LXXXV.

1408.

Bülkischer Jakab, Mwn Miklós bíró és Baumann Keresztély a kolozsvári piaci szentegyháznak egy szőlőt és két mézárszékét adományoznak.

Stephanus, Dei et Apostolice Sedis Gracia Episcopus Alme ecclesie Transsiluanensis Uniuersis Cristi fidelibus, presentibus et futuris presentium noticiam habituris, Salutem in Domino cum paterne caritatis continuo incremento! Pastoralis Nostri Officii Sollicitudo, nos inducit, ut eas que ecclesiarum comoda et Divini cultus augmentum respiciunt benignis prosequamur promocionum affectibus, et nostre Auctoritatis Studio perpetue robaremus, Hinc est, quod ad uniuersorum volumus noticiam harum serie peruenire, Quod in nostri personaliter constituti presencia Scientificus et Circumspecti Viri Artium liberalium Magister Jacobus dictus Bülkisser, Nicolaus Mwn Judex et Cristannus filius Joannis dicti Bauman Ciues Ciuitatis *Koloswar* nostre Diocesis suis ac uniuersorum fratrum suorum fraternitatis scilicet exulum in honorem beate Katherine X-sti Virginis et Martiris gloriose in ecclesia b. Michalis Archangeli parochiali de predicta *Koloswar* laudabiliter institute, nobis Votivo exponentes desiderio curauerunt ¹⁾, quod quia presentis vite Condicio Statum haberet instabilem, et ea, que haberent essenciam, tenderent visibiliter ad non esse, Idecirco ipsi, digna et devota consideracione vigilantes, ne cum dnus venerit, eos inueniat dormientes, pro ipsorum comoditate, et divini cultus augmento, terrena in celestia et transitoria in eterna, felici volentes commercio commutare, quamdam vineam in territorio Abbatis Monasterii de Kolosmonstra, Cohospitum, adiacentem, nec non quedam duo Macella ipsorum in dicta Ciuitate *Koloswar* unum scilicet prope Macellum Hanconis, et aliud ut puta intra Macella Leonhardi de Zeek, et Martini Payer dictorum Cohospitum de sepe fata *Koloswar* existencia et habita, cum omnibus ipsorum utilitatibus et proveniuntibus, ac pertinencijs quibuscunque, ac quatuor florenos in auro puro, uel Moneta, aequivalenti pro tempore currenti, in prima Dominica Quadragesime, videlicet quo Cantatur in Dei ecclesia Invocavit singulis annis et perpetue, administrandos et persolvendos, Honorabili et Scientifico viro similiter artium liberalium Magistro Cristanno plebano de dicta *Koloswar*, et Canonico dicte nostre ecclesie Transsiluaniensis eo tempore presente et audiente, ac dicte sue ecclesie nomine, ac successorum suorum plebanorum ad eandem Canonice intrancium acceptante, et incorporante, ad honorem Omnipotentis Dei, ac virginis, et martiris eius Katherine dederunt, tradiderunt et coram nobis perpetue ac irrevocabiliter incorporando, pro ipsorum et parentum suorum animarum remedio et Salute, assignarunt et aministrare ac persolvere promiserunt, Hys tamen pactis et condicionibus

¹⁾ Az eredetiben is ily érthetlén.

limpide expressatis, quod ipse magister Cristannus plebanus eiusque Successores, qui pro tempore fuerint constituti, unum Capellanum ultra Solitum Capellanorum Numerum, servare tenere et fovere debeant et sint astricti, qui unam Missam in Altari b. Katherine Virginis in dicta ecclesia beati Michaelis, fundato, singulis secundis feriis, ob defunctorum Salutem, Missam scilicet pro defunctis cum certis suis Capellanis post sermonem, populo Dei, in dicta ecclesia fieri consvetum cantando, Septimanatim quoque singulis diebus et perpetue infra summam Missam legendo celebrare, ac processioni cuiuslibet funeris exulis per dictos fratres debite sepulture tradendi ad Ecclesiam cum Cantu conducendo iuxta ipsorum fratrum requisicionem tocians quociens opportunum fuerit, perpetuis temporibus, interesse debeat et teneatur, quodque prefatam vineam, aliaque donata non permittant Ydem magister Cristannus plebanus, eiusque successores destruui, uel deperdi, sed consvetis faciant laboribus instaurari, Supplicantes nobis humili precum cum instancia, ut dictam donacionem ratam et gratam habendo, eam et eius annexa Onera, Auctoritate nostra Ordinaria, cum penariis adiectionibus dignaremur paternaliter confirmare, Nos eciam tam ipsius magistri Cristanni plebani, quam dictorum fratrum dicte fraternitatis p̃ys et Salubribus desiderijs benigne inclinati, predictam donacionem cum eius annexis Oneribus, ratificamus approbamus et in Dei nomine confirmamus, volentes eam et eius annexa, Onera robur firmitatis perpetue obtinere, mandamus memorato magistro Cristanno plebano et suis successoribus plebanis ecclesie supradicte sub divini Iudicij obtestacione et malediccionis eterne, ut Capellanum teneant, qui missas Cantare et legere et processioni interesse ut dictum est debeat atque possit, Alioquin ad denunciacionem providorum Virorum Iudicis et Juratorum Ciuium de dicta *Koloswar*, aut fratrum dicte fraternitatis pro tempore constitutorum ipsum Magistrum Cristannum plebanum, vel eius quosvis Successores ad observanda premissa Compellemus per remedia oportuna, Venerabiles quoque in Cristo patres et Dni Dni dicte nostre ecclesie Transsilvaniensis Episcopi successores ut puta nostri, ipsos plebanos ad tenenda et observanda omnia premissa ut preferatur Divini Amoris ac nostre petitionis ob respectum per excommunicacionis sententiam et alia ecclesiastice Censure remedia compellant acrius, et astringant, In quorum omnium premissorum testimonium presentes nostras privilegiales litteras sub sigilli nostri annularis appensione duximus roborandas.

Datum in Gyalo in domo nostra Episcopali in Festo beate Scolastice Virginis et Martiris gloriose, decima videlicet die Mensis februarii, Anno a Nativitate Dni Millmo Quadringentesimo Octavo ¹⁾.

¹⁾ A kolozsvári róm. kath. plebánia levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s zöld selyem zsinoron függő viasz pecséttel erősítve. [I. Fasc. 4. sz.]

LXXXVI.

1409.

Zsigmond király a kolozsvári polgárokat a kilenczed- és földbérfizetéstől mentesíti.

Commissio ppa Domini Regis.

¹⁾ Igismundus Dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie Rame Servie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque Rex Marchio Brandenburgensis Sacri Romani Impery Archicamararius Bohemie et Lucemburgensis Heres Omnibus X-sti fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris, Salutem in omnium saluatore. Tunc culmen regium sublimius eleuatur, tunc in alienis nacionibus eius gloria dignis Laudibus diffusius dilatatur, quando Subditis sibi fidelibus studio sue virtutis tranquillitas et exemptio aliqua procuratur. Proinde ad uniuersorum tam presencium quam futororum noticiam harum serie uolumus peruenire. Quod nos ad Ciuitatem nostram *Koloswar* vocatam per nos alys liberis Ciuitatibus regni nostri annumeratam. nec non omnibus Libertatibus. priuilegijs gratijs exempcionibus Juribus et Jurisdictionibus uniuersis quibus alie libere Ciuitates in regno nostro existentes utuntur. gaudent et perfruuntur. predotatam et graciose insignitam. cuius Ciues Hospites Habitatores et Incole sacre Corone Hungarie et maiestati nostre semper et ubique omni studio fidelitatis Inuiolate constanciam seruauerunt et tanto fidelius et feruencius. seruare futuris temporibus tenebuntur. quanto graciosius Libertates et exempcionem aliquam a nobis se conspicient optinere. Benigne consideracionis intuitum conuertentes. eisq̃ue de innata nobis clemencia exempciones ampliando et onera Solucionum submouendo. gratiam volentes facere specialem, ad hoc precipue vt ipsa Ciuitas nostra. tam in multitudine populi et rerum vbertate quam Libertatum et exempcionum ampliacione ad instar aliarum Regni nostri Ciuitatum Liberarum. grata suscipiat incrementa. supradictos Ciues Hospites, Incolas et Habitatores Ciuitatis nostre *Koloswar* predictae. presentes et futuros cuiuscunque Status uel officij regiminis aut condicionis existant. a solutione None partis winorum et terragij de ipsorum vinis et vineis eorundem in quibusbet territorijs districtibus provincijs et terris habitis et habendis, procreandis. quibuscunque personis et locis fienda vt annotata Ciuitas nostra *Koloswar* vocata. cum alys Ciuitatibus Regni nostri liberis et presertim in dictis partibus nostris Transsiluanis existentibus equali gaudeat Libertate. Regia auctoritate ex certa nostra Sciencia, Prelatorumque et Baronum nostrorum ad hoc matura deliberacione et diucius digesto accedente Consilio exemimus absoluimus et tenore presencium libertamus. ac exemptos absolutos et liberatos perpetuis temporibus esse debere statuimus de regie plenitudine potestatis decernentes quod exemptio, absolutio et libertacio huiusmodi nullis debeat a quocunque infringi

¹⁾ Az S az eredetiben hiányzik.

temporibus uel quibuscunque dolis aut machinationibus alterari seu in dubium aut Irritum revocari. Sed plenam et Irrefragibilem roboris perpetui obtineat firmitatem. Non obstantibus quibuscunque pactis convencionibus contractibus promissionibus et obligacionibus cum quibusuis Locis communitatibus et vniuersitatibus ac personis, modo quocunque forsitan superinde factis Literis Juramento vel alia quacunque firmitate roboratis quibus omnibus derogare censuimus, nullamque respectu et in contrarium presencium habere vigoris firmitatem presencium patrocínio mediante. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam. presentes eisdem concessimus Literas nostras priuilegiales pendentis autentici Sigilli nostri noui dupplicis munimine roboratas. Datum per manus Reuerendi in X-sto patris Domini Eberhardi Episcopi Waradiensis Aule nostre supremi Cancellarij fidelis nostri dilecti. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nono, Octauo Kalendas aprilis [márcz. 25.] Regni autem nostri Anno vigesimo ¹⁾

LXXXVII.

1409.

Az előbbi szám alatti kiváltságról az erdőn-túli püspök ama meghagyással értesül, hogy azt megtartani el ne mulassa.

C^o ppma Dom. Regis

Sigismundus Dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Marchionque Brandenburgensis Sacri Romani Imperij vicarius, generalis et Regni Bohemie gubernator. fidei suo deuoto, dilecto Reuerendo in X-sto Patri domino Stephano Episcopo Transsiluanensi Salutem et Graciam. Cum nos Ciuitatem nostram *Coluswar* vocatam, dudum alys Ciuitatibus liberis Regni nostri aggregatam et annumeratam. ac ad instar earum, omnibus libertatibus gracys exempcionibus, Immunitatibus prerogatiuis et priuilegys insignitam et decoratam a solucione None et Terragij seu Tributi montis de eorum vinis in ipsorum vineys in territorys districtibus terris et tenutis, tam uestris quam aliorum quorumuis habitis et existentibus, nouissime ex speciali gracia et indulto expresso. vt ipsa Ciuitas nostra ac Cines Populi Hospites et Incole eiusdem libertatibus. una cum alys Ciuitatibus Regni nostri Hungarie et parcium nostrarum Transsiluanarum predictarum equaliter gaudeant ad obseruandamque debite fidelitatis constanciam, sicut [így] actenus [így] Ita et in futurum forcius animentur libertauerimus eximerimus et absoluerimus, aliarum literarum nostrarum per vigorem volentes

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely a király zöld és veres selyem zsinoron függő kettős pecsétével van megerősítve. A pecsét teljesen ép. Erről egészítettem ki a RAJZOK illető tábláján közölt csonka pecsét körirata levásott részeit. [Fasc. V. Nro 3.]

itaque eosdem ipsa nostra gracia Indultoque et libertate in ipsis alijs literis nostris superinde confectis specialiter expressis potiri et omnibus modis gratulari, uestre fidelitatis devocioni firmissimo regio sub edicto precipimus et nullatenus habere aliter volentes mandamus quatenus a modo et deinceps in antea et perpetuis futuris temporibus Nonas et Terragium seu Tributum montis de vinis in vineys dictorum Ciuium et Hospitum Ciuitatis *Koloswar* prenotate in uestris Territorys terris tenutis et possessionibus, nunc et in futurum existentibus procreandis, petere recipere et exigere, petique recipi et exigi facere nullatenus presumptis, nec sitis ausi modo aliquali Sed sinatis eosdem cum huiusmodi eorum vinis, receptis Veris ab eisdem decimis, et absque, vt premisimus, None et Terragÿ sev Tributi montis solutione et recepcione, de ipsorum vineys in Vestro Territorio tenutis et possessionibus, pacifice recedere abire et dicta eorum vina libere et absque impedimento ducere, et deportare. Secus contra formam premisse nostre gracia ipsis facte nullatenus facere presumptis. Et hoc idem Iniungimus futuris Episcopis vestris Successoribus Episcopatu in eodem firmissimo nostro regio sub edicto perpetuo et Inuiolabiliter obseruare. Presentes quoque perlectas semper reddi volumus presentanti. Datum Bude Infra Octauas festi Pasce, [ápril 7—14.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nono etc. ¹⁾.

LXXXVIII.

1415

Zsigmond király parancslevele a kolozsváriaknak I. Lajos királytól a feleki oláhok adóötvenede tárgyában kiadott kedvezménylevel megártásáról.

Cossio ppria Dni Regis.

Sigismundus Dei gracia Romanorum Rex Semper Augustus ac Hungarie etc. Rex. Fidelibus nostris universis et Singulis Quinquagesime ovium, prandyque eiusdem, vel alterius eiusdemque Solucionis exactoribus nunc, et infuturum pro tempore constitutis, quibus presentes ostenduntur, Salutem et gratiam, Cum fideles nostri universi Olahi in possessione *felek*, ad Ciuitatem nostram *Coluswar* applicata in Silua eiusdem pro Custodia Vie deputati commorantes ob fidelium famulatum et Seruiciorum Ciuium et

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely regál papirosra van írva s kívülről a király nagyobb pecsétével megerősítve. [Fas. V. Nro 4.]

Meg van ez konventi átiratban is, költ 1592. a vízkereszt napi törvényt nyolczadik, vagy vízkereszt ünnepe másodnapján új stylus szerint [jan. 7.]. *Datum feria secunda seu in Octaua festi Epiphanie novo Stylo*. Kérte Hoz Lőrincz kolozsvári esküdtpolgár a maga és Buday Tamás fő, Herezegh Gáspár királybíró s a többi esküdtpolgárok és senatorok nevében, költ kétrétü regál papirosan konventi pecsét alatt. [Fasc. V. Nro 5.]

Hospitum nostrorum de dicta *Coluswar* per eosdem sacre Corone Regie Hungarie cum Summa fidelitate, constancia Laudabiliter exhibitorum et impensorum, ab ipsorum Quinquagesime prandÿ et alterius cuiusvis Solucionis, Onere et exaccione. Juxta continencias Litterarum quondam Serenissimi principis Domini Regis Lodouici predecessoris et Soceri nostri carissimi sub eius Sigillo Secreto patenter emanatarum, et Coram nobis specietenus productarum et exhibitarum exempti sint et emancipati habeantur, Velimusque et nos eosdem pretextu preclararum Virtutum meritorum dictorum Ciuium Hospitum nostroru de dicta *Coluswar*, exemptos fore et emancipatos. Igitur vestre universitati et Cuiuslibet vestrum fidelitati firmo nostro Regio sub edicto precipientes mandamus omnino aliter habere nolentes quatenus contra huiusmodi prefati quondam Domini Lodouici Regis et presens nostrum indultum, cum predictis Olahis occasione premissæ Quinquagesime prandÿ vel alterius cujuscunque Solucionis nihil penitus agere habentes eosdem, ac res et bona eorum pacifice et quiete, absque omni impedimento relinquere debeatis aliud nullatenus facere presumptentes gracie Regie sub obtentu Presentes eciam perlectas semper reddi volumus presentanti, Datum Constancie Octauo Die festi Epiphaniarum Domini [január 13.] Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo Quinto Decimo, Regnorum nostrorum Anno Hungarie Vicesimo Octavo, Romanorum vero Quinto ¹⁾.

LXXXIX.

1414—1422.

György erdélyi püspök megerősíti a kolozsvári plebánus és hallgatói közt a misetartásra nézve előde István püspök alatt létre jött kiegyezést.

Nos Georgius Dei, et Aplice Sedis gracia Episcopus Transsilvan. Significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod suborta nuper fuit coram nobis questionis materia inter Venerabilem Magistrum Johannem Plebanum Civitatis *Coloswar* ex una nec non universos Ciues, et hospites eiusd. Ciuitatis partibus ex altera, de, et super nonnullis Missis certis diebus in parochiali ecclesia dicte Ciuitatis celebrandis et continuandis, prout in quibusdam literis Reverendi in Xto patris Dni Stephani Episcopi felicis recordacionis nostri videlicet predecessoris plenius continetur. Cuius quidem literarum tenor de uerbo, ad uerbum sequitur et est talis: Nos Stephanus Dei et Apostolice Sedis gracia Episcopus Transsilvan. Notum facimus quibus expedit universis presencium per tenorem quod constitutis in nostri presenciam prouidis et honestis Viris Laurencio Iudice, Valentino

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva, s a király veres viaszra nyomott középső pecsétével megpecsételve. A pecséten kevés törés, de a borító papír hiányzik. [Fasc. D. Nr. 10.]

de Borsa, et Mathia dicto Belen Ciuibus, ac hospitibus Ciuitatis *Cluswar* ab una parte, ab alia vero Honorabili viro Magistro Christanno Ecclesie nostre Canonico, et plebano de predicta *Koloswar* annotati Iudex, et hospites suis, ac universorum Ciuium Juratorum, et hospitum suorum Nominibus et in personis, contra, et aduersus prefatum Magistrum Christannum plebanum ipsorum egerunt proponenda, quod quamquam prefatus magister Christannus cum undecim missis votivis, et specialibus modo, et forma infra declarandis in sua parochia celebrandis decantandis, et legendis super certis introitibus, et hereditatibus, puta vineis et similibus ex X-sti fidelium pia, et salubri dispositione perpetuo fundatis, et Stabilitis prout in sua ¹⁾ electione ad plebanatum dicte Ciuitatis *Coluswar* sponddisset, assumpsisset et promississet, teneretur, et obligaretur. Tuamen quia prefatus Magister Christannus plebanus quasdam ex eisdem Missis observare et celebrari facere recusaret. Quibus perceptis quia annotatus Magister Christannus plebanus ad nostram seriosam requisitionem predictas undecim Missas constanti voto, et proposito irrefragabili a modo et deinceps se observaturum, et celebrari facturum resumptis et repetitis vicibus recognoscebat, confitebatur, et asserebat, Nos igitur pia Consideracione ac iusto humanitatis Arbitrio cultum Divini nominis in Ecclesia Dei augeri potius Archimandritali nostro Offiio expostulante cupientes, quam diminui Auditis presentium proposicionibus et responsis commisimus, pronunciauimus et decreuimus iudicantes, ymo committimus, et sentencialiter pronunciamus in his criptis ut prenotatus magister Cristannus modernus plebanus et sui successores in futurum constituendi predictas undecim Missas cum debitis et solitis solemnitatibus ac Cerimonys hoc ordine absque aliquali negligencia temporibus perpetuis teneantur facere celebrari et observari, Videlizet missa B. Marie Virginis singulis ferys cum Capellanis, in festiuitatibus vero cum Scolaribus decantetur, tempore medio Missa B. Michaelis Archangeli sub Silencio celebretur, Sumpma missa cum Cantu Scolarium, et alia Missa sub silencio peragatur. In ecclesia sancti petri in ipsa Ciuitate *Coloswar* constructa cottidie [így] una missa legatur, In Capella sancte Marie Magdalene singulis secundis ferys missa defunctorum cum Capellanis decantetur, Alys diebus sub silencio celebretur. In Altari sanctorum Omnium una missa, de Sancta Anna alia diebus singulis sub silencio compleatur. In altari Sancte Katharine cunctis diebus lune missa defunctorum cum Capellanis decantetur, Alys diebus singulis sub silencio perficiatur, Missa in Ara Corporis Cristi ferys quartis, cum fratribus Confraternitatis dicti Altaris cum vocum modulamine, Alys diebus singulis sub silencio erit officienda Item missa mane diluculo diebus singulis in ecclesia parochiali dicte Ciuitatis peragatur et celebretur. In cuius rei testimonium, ac robur perpetue firmitatis, presentes nostras concessimus literas priuilegiales pendentis et annularis sigilli nostri munimine roboratas. Datum Albe feria Secunda proxima post Dominicam Reminiscere [márcz. 5.] Anno Domini MDCCCXIII Unde

¹⁾ Itt egy csonka szó látszik az eredetiben, minek azonban értelme nincs.

predicti Ciues et hospites petentes nos humili precum instancia ut ipsas literas ratas habere vellemus, atque gratas. Nos autem considerantes ipsorum supplicationes nobis modo quo supra porrectas sanas fore et Juri consonas, easdem sub modificationibus clausulis et specificacionibus universis roboravimus, ratificavimus, et confirmavimus ymmo confirmamus et ratificamus presencium vigore mediante, Ad quam recognicionem presentes Nostras literas sigillo nostro annulari communiri fecimus. Datum Albe Die Dominica proxima post festum Visitacionis Beate Marie Virginis [jul. 5.] Anno Domini Millesimo quadringentesimo vicesimo secundo ¹⁾.

XC.

1416.

A kolozsmonostori konvent átírja Zsigmond király egy parancslevelét, melyben meghagyja Kolozsvár bírájának, esküdteinek és összes polgárainak, hogy plebánusokat a szent-péteri templomhoz tartozó malom haszna élvezetében ne háborgassák.

Nos conventus Monasterij Beate Marie Virginis de *Clus* monastra Significamus tenore presenciam quibus expedit uniuersis, Quod Henricus familiaris honorabilis viri Domini Cristiani plebani de *Cluswar*, in eiusdem persona, ad nostram accedendo presenciam, Exhibuit nobis quasdam literas, Excellentissimi principis et Domini nostri Graciosi, Domini Sigismundi Dei gracia, Romanorum regis semper Augusti ac Hungarie Dalmacie, Croacie etc. Regis, sub sigillo eius Imperiali ad propriam commissionem suam patenter emanatas, tenoris infrascripti, petens nos cum instancia, ut easdem de verbo ad verbum transscribi et transumi, Transsumptumque earundem, ipsi Domino plebano dare dignemur, uberiorem sui Juris ad Cautelam, Quarum tenor talis est : Sigismundus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungarie Dalmacie Croacie etc. Rex. Fidelibus nostris Judici Juratis et universis Ciuibus et Hospitibus nostre Ciuitatis *Cluswar* Salutem et graciam. Creberrima et infesta querela, pro parte fidelis nostri, Devoti, Dilecti, Honorabilis viri Domini Cristiani plebani Vestri, nobis iteratis et reiteratis vicibus allata nostre maiestatis Aures gravissime perpulsavit, quod quamquam nos quondam A nostra non excidit memoria, vigore aliarum nostrarum literarum vobis sepius superinde directarum, Vestre uniuersitati, firmis dederimus In mandatis, ut uos ipsum in Molendino ecclesie sue, quod fere in fine eiusdem nostre Ciuitatis prope Ecclesiam Beati Petri Apostoli in fluio Szamus consistit, nullatenus impedire presumendo, fruges

¹⁾ Az oklevél sarkán e megjegyzés van : *„Ego Blasius natus Luce Clericus Transsilv. Diocesis publicus Notarius auctoritate Apostolica Rasuras in isto privilegio ex ignorancia mea factas non vicio sed prorsus et omnia ratas committo etc.“*

A kolozsvári római katolikus plebánia levéltárában levő eredetiből, mely bőrhártyára van írva s fejér selyem zsinoron függő pecséttel erősítve. [I. Fasc. 6-ik szám alatt.]

et triticum quorumcunque in ipso molendino molere uolencium, quas ipse Dominus plebanus in una duntaxat, et cum uno equo illic per suos homines duci faceret, ad idem duci, et portari pacifice et sine omni impedimento duci et portari permittere deberetis, tamen vos dictis Nostris literis et Mandatis in hac parte vilipensis et pro nichilo reputatis, plus uestris et transitoriis, quam coelestis lucri cupiditate ducti, huiusmodi fruges et triticum pauperum uidelicet, et talium qui propter eorum egestatis inopiam proprios Currus non habent, et nec propter tantam distanciam conducere possint, in dictum Molendinum per homines ipsius Domini plebani in dicta biga molendini causa adduci et apportari non permetteretis, propter quod cultus diuinus in dicta ecclesia sua continuo ac de die in diem decrescere censeretur in preiudicium juris dicte ecclesie sue, et In Ipsius, ymo uerius nostre maiestatis displacenciam multum grandem, de quo uehementi ammiracione ducimur admirari, cur nostra Mandata aliter non formidatis, de uestra uel aliquorum ex uobis temeraria presumptuositate presumendo, nec aduertendo, quantis Regie numificencie fauoribus uos remunerauimus, donando uobis Molendina nostra propria, et pluria [így] alia graciosae indulgendo, de quibus uos credimus non latere, Super quibus ingrati huiusmodi parvulam elemosinam, qua eciam anime uestre reficerentur, quamque vosmet augere et promovere deberetis eciam motu proprio aministrari¹⁾ Dei auferre, et in usus profanos convertere non cessatis, quod ultra nostre maiestatis mandatorum displicenciam, in uestrarum propriarum dispendium vergit utique salutis animarum, Cum autem nostre firmate sit intencionis, ut ipsa ecclesia, cuius, et aliarum Cunctarum in regno nostro Hungarie ubilibet existentium tutor sumus specialis et patronus, nostris temporibus suis prouentibus privari, et cultus Diuinus in eadem laudem et gloriam omnium Conditoris continuandus decrescere nequaquam ceaseantur, dictaque nostra mandata per amplius repulsam patiantur aliqualem, Igitur fidelitati Vestre ex superhabundanti firmissime precipiendo mandamus omnino aliter habere nolentes, quatenus, agnitis presencium Continencys, a modo et, in antea nullo ulteriori nostro mandato superinde expectato, non obstantibus eciam quibuscunque alys nostris literis, harum in contrarium datis seu dandis, uel consuetudine contraria, predictas fruges et triticum iuxta contenta predictarum primariarum literarum nostrarum pro parte eiusdem domini plebani emanatarum, ad predictum molendinum predicti domini plebani per suos homines in una biga duarum notarum duntaxat, pacifice libere et absque omni impedimento, ac reclamacione aliquali permittatis et permitti faciatis allegacionibus dissimulacionibus et occasionibus quibuscunque relegatis in hac parte, aliud nequaquam facere ausuri, Si nostris Donis regalibus vobis ut premissum largiflue impertitis et amplius elargiendis frui affectatis nostrequae maiestatis indignacionem gravissimam incurrere expauescitis, secus autem uobis facientibus, quod non

¹⁾ Egy másoló e század elején e szót így olvasta : a *ministerio* ; jobb is így, a tévedés az eredeti íróé.

credimus, virtute harum serioſo regio precipimus ſub edicto fideli noſtro devoto dilecto Reverendo in Criſto patri domino Stephano epiſcopo Tranſilvanie, uel eius Vicario Generali, ut ipſe uos et quemlibet ueſtrum ad premiſſa facienda per cenſuram eccleſiaſticam et alia gravamina ac dampna ueſtra ad hec opportuna arceius et diſtriccius compellat et adſtringat, aucto-ritate noſtra regia preſentibus in hac parte ſibi attributa mediante, ſicque, quod huiusmodi commiſſionis materiam ad nos reduci non contingat modo aliquali, Preſentes eciam poſt earum lecturam ſemper reddi iubemus preſentanti, Datum Conſtancie Octavo die Feſti Sanctiſſimi Corporis Criſti, [jun. 6.] Anno eiſdem Milieſimo quadringenteſimo quinto decimo Regno-rum noſtrorum Hungarie XXIX Romanorum uero quinto. Nos eciam peti-cionibus annotati Henrici ut premititur, in perſona prefati Domini Criſtiani plebani nobis factis annuentes, preſcriptas literas Regias non abraſas non cancellatas, nec in aliqua ſui parte vicio caliginis obſcuſcatas, ſed mera ueri-tatis plenitudine prepollentes de verbo ad verbum tranſcribi ac preſentibus Litteris noſtris ſimiliter patentibus inſeri fecimus, eidem domino plebano duximus concedendas, Datum Secundo die feſti Aſſumpcionis Virginis Marie [aug. 16.] Anno Domini Milieſimo, quadringenteſimo ſexto decimo ¹⁾).

XCI.

1419.

Zſigmond király Koloſzvár vároſa hatóságának büntető jogot ad.

C^o ppa Dni Regis,

Nos Sigismundus Dei gracia Rex Semper Auguſtus, ac Hungarie Dal-macie Croacie etc. Rex, Memorie commendamus tenore preſencium Signifi-cantes quibus ²⁾ univverſis, Quod fideles noſtri dilecti circumspecti et providi Caſpar Judex ac Martinus Kewſel et Valentinus pellifex, Jurati eiſ noſtre Ciuitatis *Coluſwar* in ſuis ac uniuerſorum Ciuium et Hoſpitem eiſdem noſtre Ciuitatis nominibus et perſonis nobis plurimum conquerendo cura-runt Significare, quomodo plerique forent homicide et alterius ſtatus homi-nes Homicidia et alia malorum et criminum genera perpetrantes et ſuper Huiusmodi Homicidys ſeu criminum generibus a noſtra maiestate graciaſ impetrantes qui de vigore Huiusmodi gracia-um confiſi leſis et dampnifica-tis non iuxta Ciuitatum noſtrarum liberarum. Sed ſecundum Nobilium con-ſuetudinem Satisfaccionem impendere niterentur Inpreiudicium eorundem exponencium et conſuetudinis eorum antique qua ipſi actenus [így] uſi fue-runt, derogamen multum grande, Supplicantes exinde ydem exponentes nominibus quibus Supra. circa premiſſa per noſtram maiestatē ipſis ſuper-inde oportune providere. Et quia Ciuitates noſtre ac Opida et Ville libere

¹⁾ A koloſzvári római katholikus plebánia levéltárában levő bőrhártyára irt eredetiből, mely kívülről rányomott fehér viaszszal volt megpecsételve. [I. Fasc. Nro 5.]

²⁾ Egy szó, talán : „*expedit*“ kimaradt.

legibus et consuetudinibus Nobilium Regni nostri non conformantur, neque subiiciuntur Ideo nos supplicationes eorundem exponencium animaduertentes consuetudinibus ipsorum antiquis supradictis nolentes in aliquo signanter in hoc casu aliquatenus derogari eosdem Ciues et Hospites et totam Communitatem in hysdem Consuetudinibus et libertatibus prerogatiuis quibus ipsi in hac parte hucusque usi ut predicatur fuerunt et gauisi et per nos eisdem de nouo concessis conseruare et conseruari facere volentes matura deliberacione superinde prius prehabita: prelatorumque et Baronum nostrorum ad Id accedente consilio prematuro et excerta sciencia nostre maiestatis duximus decernendum, ymmo decernimus presencium per vigorem ut quilibet Homo tam Homicida quam alterius cuiusvis status existens Homicidia seu alia nocumentorum et malorum genera Ciuibus et Hospitibus predictae Ciuitatis nostre uel eorum alteri perpetrans lesis et dampnum passis, super huiusmodi Homicidys et dampnorum illationibus Juxta predictae Ciuitatis nostre et non Nobilium Consuetudinem laudabilem et approbatam semper et omni tempore soluere et satisfacere teneantur, Alioquin annuimus eisdem Judici Juratis Ciuibus et Hospitibus pretacte nostre Ciuitatis *Koluswar* ut ipsi Huiusmodi Homines predicta nostra instituta irrefragabiliter obseruare nolentes ad debitam obseruacionem eorundem compellere valeant atque possint auctoritate nostra Regia presentibus in hac parte ipsis attributa mediante, Aljs literis nostris, et ceteris in harum contrarium editis et dandis nos obstantibus quibuscunque. Datum Bude in festo Beati Regis Stephani, [aug. 20.] Anno Domini M^o CCCC^o decimonono Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. trecesimo [így] tercio Romanorum vero Nono ¹⁾.

XCI.

1419.

Zsigmond király megsemmisíti azon kedvezményleveleít, melyeket netalán a kolozsváriak kiváltságai ellenére bárkinék kiadott volna s e város törvényhatóságát, kebelében támadt minden ugyre nézve újabban biztositja.

C^o ppra Dni Regis.

Nos Sigismundus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarie Dalmacie Croacie etc. Rex, Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vninersis, Quod fideles nostri dilecti circumspecti et prouidi viri Gaspar filius Francisci Iudex ac Martinus Keusel et valentinus pelfifex Jurati Ciues nostre Ciuitatis *Cluswar*, in suis ac vniersorum Ciuium et Hospitum eiusdem Ciuitatis nostre grauissima sub querela curarunt significare, quod plerique forent Regnicole nostri et presertim parcium nostrarum Transsiluanarum Homines, qui super diuersis causis,

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva, s középén a király kisebb pecsétével megerősítve. A pecsétet papiros borítja. [Fasc. I. Nro 15.]

et causarum Articulis literas nostras libertati eiusdem Ciuitatis preiudicantes, a nostra impetrando maiestate, vigore eorundem, procedere et sibi ipsis in huiusmodi causis et causarum articulis in preiudicium libertatis eorum prerogative Satisfactionem exhibere et impendere postularent in ipsorum preiudicium, et dicte libertatis eorum prerogative derogamen nostreque maiestatis, displicenciam non modicam, Supplices, exinde circa premissa per nostram maiestatem de remedio prouidere opportuno Et quia Rex Regum, et Dominus Dominantium, Deus ad hec proposuit Reges in mundo vniuerso, ut in ipsius similitudine, quiuus in suis regiminibus vnicuique petenti, Jus suum tribuat Justicia svadente, predicta restauret, restaurata conseruet, meritores bene remuneret et dignos servicio digne laudis extul-
lat [így] preconio. Pro eo nos Hys attentis Supplicacionibus memoratorum exponencium nominibus quibus supra nostre porrectis maiestati, sicuti nostri Regii Regiminis, Officio exposcente Justa petentibus tribuere tenemur et elargire [így], pie exauditis ut ipsi antiquis eorum libertatibus in privilegiis eorum Superinde confectis declaratis gaudantes [így] et exultantes, ac opum vbertate affluentes, nostra et sacre nostre Corone servicia fideliter cum Sinceritatis Zelo et solitudine indefessa, possint et valeant exercere matura deliberacione, vna cum Baronibus nostris superinde prehabita et ex certa sciencia nostre maiestatis Idem decernentes duximus eisdem annuendum, ymmo annuimus presencium per vigorem, ut ipsi Iudex et Jurati ciues universas et quaslibet causas, Iudicium ipsorum concernentes per quoscunque in medio eorum suscitatas et in futurum suscitandas, Juxta antiquam eorum libertatem in ipsorum priuilegijs ut prefertur Specificatam, alijs literis nostris sub quacunque forma seu expressione Verborum in harum contrarium pro quorumeunque parte datis vel dandis emanatis vel emanandis non obstantibus, quibuscunque, semper et omni tempore Judicare decidere concludere et finaliter terminare valeant atque possint, Quo circa vobis fidelibus nostris Magnificis dictarum parcium nostrarum Transsilvanarum Wayvodis, presenti et futuris, presencium noticiam habituris, firmiter precipiendo mandamus, quatenus prefatos Iudicem Juratos ciues et Hospites predictae Ciuitatis nostre *Cluswar* contra premissam nostram annuenciam ad alicuius Instanciam impedire seu quouis modo molestare nullatenus presumatis nec sitis ausi modo aliquali, Secus facere non ausuri nec presumatis modo aliquali graciae nostre sub optentu, presentes perlectas semper reddi Jubemus presentanti, Datum Bude secundo die festi Beati Regis Stephani, [aug. 20.] Anno Domini Millesimo quadringentesimo XIX^o, Regnorum Nostrorum Anno Hungarie et. XXXIII^o, Romanorum vero Nono¹).

¹) A város levéltárában levő eredetiből, mely hárttyára van írva, nyitott alakban s belőlről a király papírral borított veres viaszba nyomott kisebb pecsétével megerősítve. [Fasc. P. Nro 26.]


XCIII.

1420.

Zsigmond király parancslevele, melyben a vármegyei nemeseknek megtiltja, hogy a kolozsváriakat saját birtokaikon bármi okból letartóztathassák.

C^o ppria dni Regis

Nos Sigismundus Dei gracia Romanorum Rex Semper augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. Rex. Memorie commendamus per presentes Quod fideles nostri dilecti Circumspecti Caspar Francisci Judex et Rodulphus Juratus ciuis nostre Ciuitatis *Coluswar*, vocate, In eorum ac universorum Concivium, Hospitum et Incolarum ipsius personis nostri adientes culminis conspectum Celsitudini nostre exposuerunt gravi sub querela quomodo plerique forent Nobiles et alterius Status ac condicionis homines qui ipsos Cines et Hospites nostros dum ydem pro acquirendis victuum suorum necessarys hincinde proficiscerentur cum rebus et bonis eorum mercedimonialibus, nulla prius ex parte eorum coram suo Iudice ordinario Justicia postulata et eorum proprijs aut aliorum possessionibus seu tenutis in personis rebusque et bonis suis quibuscunque arestarent et prohiberi facerent In preiudicium ipsorum et dampnum ymo in eius¹⁾ generalis nostri decreti vilipendium valde grande Signanter pro delictis debitis et excessibus aliorum Super quo supplicarunt predicti exponentes Sibi ceterisque Civibus et Hospitibus nostris per nostram maiestatem oportune providere Vnde cum Iusti pro Iniustis et Innoxys pro reorum excessibus non debeant aliquatenus impediri Nolentes igitur prescriptos Ciues et Hospites nostros sic contra iusticiam et generale nostrum decretum impediri et molestari seu dampnificari assumpto prelatorum et Baronum nostrorum impresenciarum nobiscum existencium Consilio prematuro statuendum decrevimus, ut quicumque Nobilis aut alterius Status et conditionis Homo de cetero aliquem ex Civibus et Hospitibus nostris, non postulata prius exparte talis Justicia nec Jure obtento, in propria sua possessione arrestauerit seu prohiberi fecerit, quod evidenti testimonio potest probari talis in facto potencie comiti uel vice comiti illius Comitatus in quo hoc factum fuerit, necnon in expensis et dampnis eiusmodi arrestati eidem arrestato, qui autem Nobilis aut homo possessionatus non in propria sed in aliorum possessione talismodi arrestationem fecerit extunc talis in expensis et dampnis arrestati eidem arrestato, Ille vero Nobilis qui huiusmodi arrestationem in sua possessione fieri permiserit, seu consenserit in tribus marcis denariorum pro tempore currentium prefato comiti uel vicecomiti similiter illius Comitatus in quo hoc fuerit attemptatum vincatur eo facto. Et hec volumus et mandamus per fora et alia loca publica in predictis partibus nostris Transsilvanis ubique palam facere proclamari Committentes et firmiter mandantes fidelibus nostris

¹⁾ A kifejezés nem szabatos, de — a mint a hasonmás  mutatja — talán így olvasandó.

wayvodis uel vice wayvodis necnon Comitibus uel vice comitibus quorumlibet Comitatum predictarum parcium nostrarum Transsiluanarum presentibus et futuris presentium notitiam habituris ut ipsi facta premissorum legitima et procuratoria proclamacione et insinuacione, expertaque exinde mera rei veritatis certitudine quoslibet huiusmodi nostri decreti et mandatorum transgressores ad plenariam Observacionem eorum per penas supradictas et gravamina arcius compellant et astringant auctoritate nostra regia presentibus eis in hac parte attributa mediante Datum in nostra Civitate Broda Hungaricali feria sexta proxima ante festum Beatorum Tyburej et valeriani martyrum, [ápril 9.] Anno domini Mo ccccxx primo Regnorum nostrorum anno Hungarie xxxv^{to} romanorum x^{mo} et Bohemie primo ¹⁾).

XCIV.

1421.

Zsigmond király a világi és egyházi hatóságoknak a végrendeletek készítésénél való jogkörét s felelősségét esetében a másod- és harmadbírószágot meghatározza.

Commissio ppria Domini Regis.

Nos Sigismundus dei gracia Romanorum Rex semper augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Rex Memorie comendamus Significantes tenore presencium quibus expedit universis, Quod fideles nostri dilecti prouidi Viri Caspar Francisci Judex et Rudolfus Juratus ciuis nostre Ciuitatis *Koluswar* parcium nostrarum Transsiluanarum in eorum et ceterorum Universorum ciuium et Hospitum ac tocius Communitatis eiusdem nostre Ciuitatis *Koluswar* personis Culminis nostri adientes conspectum celsitudini nostre quod displicenter accepimus, exposuerunt graui sub querela, Quod quamquam ipsa nostra ciuitas *Koluswar* per nos dudum aliis nostris liberis Ciuitatibus ipsius regni nostri Hungarie adnumerata et aggregata hysdem libertatibus Juribus priuilegiis graciis exempcionibus et aliarum libertatum prerogatiuis, quibus alie Ciuitates nostre libere gaudent fruuntur et potiuntur, gaudere frui et potiri debuerit, Huiuscemodique libertatum prerogatiuis requirentibus, nullus Judex ecclesiasticus seu spiritualis de causis forum Seculare seu Civile tangentibus seu concernentibus, signanter in testamentis Laycalibus ubi videlicet per Laycum Layco fratrem fratribus, nepotem nepotibus seu neptibus amicis et sic de similibus testamentum conditum fuerit, que scilicet non fiunt ad pias causas vel ecclesias aut in relictis ecclesie se ingerere aut quomodolibet intrromittere debuerint, Verum tamen huiusmodi Libertatum prerogatiuis non obstantibus, nonnulli forent Iudices spirituales seu ecclesiastici, qui premissis minime

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva, belől veres viaszpecséttel megerősítve, legalól jobb felől *lect'* — levéltári jegye: [Fasc. AA. Nro 5.]

aduersis, quadam consuetudine abusiuā introducta allegantes, omnia testamenta ad ipsorum pertinere iudicium, et eorum Judicatu fore commissa, se ad Causas factum testamentarium Laycale per Laycum Layco ut prefertur factum et conditum concernentes se ingerendo ipsos Cives et Hospites nostros in huiusmodi causis coram se citari faciendo diversimode vexarent turbarent et multipliciter impedirent, in graues ymo grauissimas per hoc eos annis singulis expensas et fatigas inuoluendo in preiudicium premissarum libertatum eorum prerogatarum non modicum atque dampnum. Super quo Supplicarunt ydem Caspar Iudex et Rudolfus sibi et predictis aliis per nostram Maiestatem de remedio opportuno providere, Et quia Regalis prouidencia suorum subditorum commodis inuigilare fauore gracie consuevit, petitiones ipsorum iustas et Juri consonas rationi ad exaudicionis gratiam benignius admittendo premissis Libertatum prerogativis requirentibus, ac eciam Prelatorum et Baronum nostrorum, nec non nonnullorum Doctorum et Jurisperitorum consilio ad hoc concurrente nullus iudicum spiritualium seu ecclesiasticorum causas forum seculare seu Civile respicientes Signanter testamenta Laycalia ut prefertur habet iudicare ¹⁾ Igitur hys permoti rationibus de predictorum prelatorum et Baronum ac doctorum et Jurisperitorum consilio prematuro decreuimus et decernimus per presentes, Ut a modo in antea et deinceps temporibus semper perpetuis non obstantibus quibuscunque pretensis allegacionibus quorumcunque Iudicum ecclesiasticorum seu spiritualium harum in contrarium fiendis, nullus Iudicum ecclesiasticorum seu spiritualium predictos Iudicem et Juratos ac Uniuersos ciues Hospites et Incolas predictae nostre Ciuitatis *Koluswar* in quibusuis causis et causarum articulis ratione huiusmodi testamentorum Laycorum, exceptis tamen causis testamentorum que fiunt ad pias causas utputa ad limina beatorum Petri et Pauli atque Jacobi Apostolorum et ad alia terre sancte Loca aut ecclesiis seu in relictis ecclesie aut personis ecclesiasticis et consimilibus, de quibus Iudices seculares se minime ingerere volumus, Iudicare uel eorum astare iudicatu compellere nequaquam presumant neque possint modo aliquali. Si quis autem de iudicio et Iudicatu predictorum Iudicum et Juratorum Ciuium de predicta *Koluswar* ratione huiusmodi testamentorum Laycalium fiendis noluerit contentari, ex tunc in talismodi causa et agravamine Iudicii, uel sine huiusmodi in presenciam Iudicis et Juratorum ciuium Bistriciensium et deinde Cibiniensium si opus fuerit per viam appellacionis possit prouocare, ubi cuilibet querulanti iudicium et iusticia non deerit euidentis condigna prout dictauerit ordo Juris, Quocirca Vobis fidelibus nostris Universis et singulis Iudicibus et Justiciariis ecclesiasticis siue spiritualibus presentibus et futuris presencium noticiam habituris firmiter precipiendo mandamus. Quatenus a modo in antea et deinceps predictos Iudicem et Juratos ac Uniuersos Cives et Incolas predictae nostre Ciuitatis *Koluswar* in

¹⁾ Egy második eredeti példányban, mely szintén ez évben költ, e mondat érthetőbben így van kifejezve : *ut prefertur Judicandi habet facultatem.* Látható [CC. Nro 3. alatt.]

quibusvis causis et eorum articulis ratione huiusmodi testamentorum Layca-
lium duntaxat Vestri in presenciam citare seu iudicare vel vestro astare
iudicatu compellere nequaquam presumatis nec sitis ausi modo aliquali,
prout nostram gratiam grauissime offendere formidatis. Presentes eciam
Sigilli nostri secreti appensione communitas post earum lecturam semper
jubemus reddi presentanti, Datum in Civitate Nostra Broda Hungaricali
feria Sexta proxima ante festum Beatorum Tyburcÿ et Valeriani Martirum,
[ápril 9.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Vicesimo primo, Re-
gnorum Nostrorum Anno Hungarie etc. Tricesimo quinto, Romanorum vero
Undecimo et Bohemie primo ¹⁾).

XCV.

1422.

A kolozsvári bíró, esküdtek és polgárok egyeteme a mészáros czéhnek a saját kebelében
támadt egyenetlenségek s lázongások megfékezésére tündető hatóságot ad.

Nos Thomas Ruffus Iudex ciuium iuratorum vniuersitatis de *Cluswar*
memorie commendantes ad vniuersorum noticiam tam presencium quam
futurorum harum serie cupimus peruenire, Quod prouidi et circumspecti
viri Petrus Crows, Martinus Bulichen, Jacobus Hun et Michael Rosenlacher,
dicti conciuēs nostri, ipsorum virorum prouidorum carnificum vniuersorum
in arte mechanica carnifica laborancium impersonis, ad nostram accedentes
presenciam nobis humiliter et decenter detexerunt grauissima sub querela,
Quod ipsorum fraternitas, ad honorem diuini cultus et reuerenciam preci-
pue, et consequenter sancti Michaelis archangeli ecclesie nostre parochialis
supremi patroni, prepositique paradisi cuius precibus nostris in aduersitati-
bus subleuamur miro dispendio misterÿs adiuuamur, fundata, diuinorum
operum cum ueneracionibus missarum vexillorum hominum et ceterorum ac
candelarum ornamentis solempnia de eadem fraternitate exhibere solebat,
per aliquos ipsorum confratres conciuēs nostros suggestione spiritus inuidie
inpenetrarentur et regi comodose et salubriter per ipsorum gubernatores
et prouisores seu altaris sancti Michaelis patronos non possent in detrimen-
tum congeriei et ueneracionum omnium premissarum, Petentes nos precum
cum instancia ut ipsis et ipsorum posteris causa pacis et concordie dum de


¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van nyílt alakban írva
s a király kék zsinoron fejér viasztokba nyomott hiteles függő pecsétével megerő-
sítve. Ez oklevelet — ránczosságából úgy látszik — hogy a nedvesség szerfelett meg-
rongálta, a pecsétnek is egy harmad-része oda van. Levélt. jegye : [CC. Nro 2.]

Meg van ugyan ott CC. 3. szám alatt ugyan azon kelettel, tartalommal és
külfiallitással. Itt a hártýa, írás, pecsét ép, kívül rajta ez egykoru írás : *„Ut testa-
mentum pro laycis factum episcopus non diffiniat.“* Lásd megerősítve I. Wladiszláv-
tól 1444-n CC. 4. továbbá lényegileg Hunyadi János kormányzótól 1451. CC. 5. alatt.
II. Wladiszlávól 1497. V. 13. szám alatt a második pontban.

fratribus et de remedio prouideremus oportuno, nominanter rebelles affligendi ac eam penarum grauaminibus ad debitam obedienciam et conuersationem honorificam iuxta laudabilem consuetudinem de nostrum voluntate compellendi, ne stropultio et detraccio honoris ac rixe inter eos emanari contingat temporis in processu, Vnde nos profectum et vtilitatem vniuersitatis nostre summo opere ptendentes intestina bella periculosiora extraneis dissensiones exteriores interioribus nociuiore: inter nostrates gwerrarum et dissensionum materias sopire et emendare volentes spiramine ex diuino, ne eueniant scandala, astringimur pro vtilitatibus et commodis gerendis rei publice ciuitatis fecimus et ordinauimus constituendum, ut quicumque magistrorum in ipsorum congerie et fraternitate existencium rebellizauerit rixas gwerras detrectaciones excitauerit seu obedienciam licitam et honestam seruare non curauerit pspectu vtilitatis nostre comunitatis, talem prefate fraternitatis magistri nunc constituti ac infuturum constituendi, iuxta ipsorum conswetudinem decentem vt puta in cere solucione ac candelarum altaris ornacione habeant emendare primo tali modo, vt transgressor talentum cere uel duo iuxta demeritum delicti in termino deputando, si autem tepidus, amoniatur cum pena secundario et sic terciario semper cum prima et equalem penam in terminis adiungendis et si his rebellizare studuerit post trinam amonicionem macellum eius claudatur quo usque se mandatis magistrorum obtemperauerit disciplinate, Si autem huiusmodi correcciones non aduerterit sed in contemptum magistrorum ymo verius nostre ordinationis macellum aperuerit quociens hoc facere presumpserit ante reconciliacionem et birsagiorum solucionem, tociens iudici nostro et nostre comunitati in ¹⁾ decem marcis ²⁾ pecuniarum monete currentis et conswete et magistris unum talentum cere sine condicione soluere teneatur et per dictum nostrum Iudicem tanquam contumax ad huius (így) adstringatur vigore literarumstrarum presencium mediante. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes nostras literas ad instantem prefatorum magistrorum petitionem cum municione et maioris sigilli nostri inpenzione duximus concedendas. Datum feria Sexta proxima post festum Ascensionis domini [máj. 26.] Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo Vigesimo Secundo ³⁾.

¹⁾ Olvasható így is : un — decem marcis.

²⁾ Lehet olvasni így is : marcas.

³⁾ A mészáros czéh levéltárában levő hártýára irt eredetiből, mely a város nagyobb s úgy látszik legelső időbeli pecsétével van megerősítve. A pecsét fejez czérnán függ, sárga viasztokba fekete pecsétviasz van öntve s a pecsétnyomó abba bele nyomva. A pecsétnyomó köriratából csak ennyi látszik : — —  — SWAR később ennél egy sokkal épebbet találtam, a mi látható a RAJZOK illető tábláján.

XCVI.

1426.

Zsigmond király a pénzverés ügyét s az arany és ezüst pénzek értékét szabályozza.

Sigismundus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie Rame Sernie Galicie Lodomerie Polonie Bulgarieque Rex Marchio Brandenburgensis et Lucenburgensis Heres, necnon Borbara dei gracia Regnorum predictorum Regina, Omnibus X-sti fidelibus presentibus pariter et futuris presens scriptum inspecturis Salutem in omnium Saluatore, Cum inter ceteras animi nostri curas quibus ad profectum Regnorum nostrorum validitatemque nobis subiectorum meditatione continua distrahimur mente volveremus, quemadmodum et ipsorum Regnorum nostrorum expedicionibus et diuersis Statibus eorundem subditorum nostrorum in Cusione cursu et consuetudine monete tam auree quam argenteae validiorem et fructuosiore dispositionem ederemus Habito cum prelatibus et Baronibus quorum Sigilla una cum nostris pro maiori euidencia consensus eorundem presentibus sunt appensa maturo superinde consilio prouida deliberacione precedente ordinaciones Statuta edictalia Scripta infra contenta decreuimus sanximus et decernimus [így] tam effectui mancipanda quam futuris temporibus continue firmitate seruanda ordinamus itaque statuimus sanximus et conclusimus monetam Auream nostre Maiestatis in eisdem qualitate quantitate et gradibus auri, quibus hucusque cusa est et nunc cuditur, de cetero cudi et remanere, Monetam uero Argenteam maiorem a modo in antea cudi et fabricare de Argento finissimo in tanta quantitate, quod de una Marca puri exeant denarij sexcenti quorum Centum currant pro floreno auri, Minores uero denarij vulgariter *filler* vocati Camare nostre Regie Hactenus Cusi quousque durabunt remaneant et currant nec cudantur de cetero plures de istis vel alijs fillerijs nisi tandem tum per nos ac prelatos et Barones nostros predictos pro nostra et Regni nostri utilitate de Cusione minoris nostre monete aliud cogitatum extiterit et provisum, Quo circa ex vigore presentis Decreti et Sanxionis nostre Maiestatis et prelatorum et Baronum nostrorum predictorum unanimi, voluntate consensu et ordinacione firmissimo sub precepto per universos Comitatus et Prouincias ac loca dicto Regni nostri Insinuari publicari et proclamari mandamus, ut omnis Regnicole et alij quivis homines in Regno nostro commorantes falsos denarios minores seu fillerios quorum admixcione vera moneta Camare nostre Regie hactenus extitit et nunc est deprauata, usque ad festum sancti Jacobi apostoli proxime venturum prorsus abiicere annihilare et abolire teneantur nullatenus de cetero eosdem apud se detinere presumendo, volentes et eodem edicto committentes, ut infra ipsum terminum Iudices, Presidentes et Rectores Ciuitatum nundinarum et fororum omnes falsos obulos seu fillerios minores officiales nostri Regales ad Idem deputandi in locis et foris suarum Iurisdictionum diligenter requiri ac monetas incidi et destrui

facere teneantur, sic que incisos et destructos eis apud quos inventi fuerint nec hoc cupiditati imputetur restitui faciant et resignari, Lapso autem huiusmodi termino festi sancti Jacobi apostoli si quis cum moneta omnino falsa segregata videlicet a moneta vera Camare nostre Regalis ad numerum ad minus duodecim denariorum se extendentem fuerit deprehensus, talis pena delatoris false monete puniatur, Quicumque vero falsam monetam intermixtam bone monete Camare Regie usque ad decimum puta inter Centum fillerios decem falsos aut in Centum florenis verorum denariorum decem florenos falsorum deferre comperti fuerint, tales in personis detineri ac pena falsificancium monetarum puniri debeant prenotata, Denarij vero falsi sic inuenti, modo premissis aboleantur, Moneta autem falsa infra pre-taxatum numerum ratione cuius scilicet delator persone aut rerum subire non merebatur penam similem, ab eisdem Iudicibus et presidentibus nundinarum fororum et Ciuitatum ac officialibus nostris requiratur incidatur et aboleatur, Statuimus insuper et sanximus quod quicumque homines regnicole vel forenses cuiuscunque Status et condicionis existunt in tantam maliciam suam temeritatem extenderent quod predictam monetam nostram nouam argenteam uel aliam quamlibet contra veteres et varias nostre Maiestatis ac dictorum prelatorum et Baronum nostrorum ordinaciones et inhibiciones radere uel quomodolibet incidere minorare aut rasam uel imminutam deferre seu cum tali quouismodo mercari uel negociari presumpserint pena falsorum denariorum plectantur prenotata eandemque penam subire volumus et decernimus omnes segregatores exponderatores et collectores grauiorum denariorum a leuioribus huiusmodique ingenio cursum et valorem dicte monete nostre vilificare satagencium, Item statuimus ordinauimus pro statutoque et sanctione irreuocabili habere uolumus et relinquimus ut Marca puri argenti Budensis ponderis valeat quingentos et quinquaginta denarios monete maioris supra dicte quorum scilicet Centum currunt pro floreno auri, preterea statuimus sanximus et ordinauimus quod nemo in mercatura empicionibus vendicionibus et commutationibus presumat procedere et negociare cum auro uel argento non monetato sed totum aurum et argentum comportetur ad Camaram monete nostre Regalis vendaturque ibi precio suo modo premissis limitato, Mercancie, vero quelibet exerceantur et fiant cum moneta regali uel commutationibus aliarum rerum preter aurum et argentum, Si quis autem contrarium fecerit emptor tam aurum et argentum non monetatum modo premissis in huiusmodi negociacionibus expositum quam alia cuncta bona sua tunc secum habita et reperta, venditor vero rem uenalem pro huiusmodi auro et argento non monetato expositam amittat ipso facto, Ad hec unanimi consensu et voluntate prelatorum et Baronum predictorum sanximus et statuentes commisimus perpetue firmiter obseruanda ut nullus omnino hominum Regnicola vel forensis cuiuscunque Status et condicionis existat aurum uel argentum nec non pecuniam auream et argenteam de Regnis nostris Corone nostre Hungarie suppositis sub pena capitis et perdicionis omnium bonorum suorum mobilium et immobilium ubilibet habitum audeat exportare ultra rationabiles et condecetes expensas con-

siderata dignitate et condicione personarum, prelati tamen et Baronibus ac nobilibus et ceteris Regnicolis nostris secundum cuiuslibet condicionis facultatem pro clenódys et — ¹⁾ proprys aurum et argentum emenda [így] ac ubi maluerint purgari fabricari et laborari faciendi libera facultate remanente vigore et testimonio presencium literarumstrarum priuilegialium mediante, Datum Brassovie feria secunda proxima post Dominicam Reminiscere [febr. 5.] Anno Domini MCCCCXXVI^o Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. XL Romanorum XVII^{mo} et Bohemie Septimo ²⁾).

XCVII.

1430.

Zsigmond király parancslevele a Kolozsvár és kolozsmonostori apátság Monostor és Bács nevű birtokai határa kijáratása ügyében.

Sigismundus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungarie Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. Rex, fidelibus nostris Capitulo Ecclesie Albensis Transsiluane Salutem et gratiam, Noueritis quod prouidi Rodolfus, et Jacobus filius Mynsei et Johannes Notarius Ciues Ciuitatis nostre *Koloswar* vocate, in suis, Item Iudicis Juratorum et aliorum Conciniū eorum, nominibus et personis, nostre maiestatis in presenciam constituti, presente Religioso uiro domino fratre Anthonio Abbate Monasterij de Clusmonostra, subscripta audiente, per modum querele, contra ipsum Abbatem proposuerunt tali modo, Quod ipse Anthonius Abbas, ipsos in ereccione patibuli sepe sepius perturbasset, nec vbi Idem patibulum locatum esset pacificos relinqueret, Preterea ipsi super facto dicte Ciuitatis nostre *Colosuar* literas metales haberent efficaces, que eandem Ciuitatem, a possessionibus prefati Monasterij, Monostor videlicet et Baach euidenter distinguerent, Juraque Ciuitatis prefate secundum seriem dicti Instrumenti metalis eorum sepius voluissent rectificare, Sed hoc fieri ipse Abbas non permisisset, Quo percepto ipse Abbas respondit ex aduerso, Quod prefatum patibulum ita erigi debuisset, vt vna eius Statua dicte Ciuitati *Colosuar* et alia prefate possessioni sue Monostor pertineret, Ipsi itaque Iudex Jurati et Ciues hoc postergato, Idem patibulum totaliter et omnino in terra dicte possessionis sue Monostor erexissent, Et quod de sua possessione Baach magnam partem terre arabilis, de territorio autem montis vinearum ipsius possessionis Monostor aliam particulam occupando pro se, ad dictam Ciuitatem nostram annexissent, Insuper que de territorio alterius possessionis sue Kayantho nuncupate, tempore messis proxime preterite, Mille quingentas Capecias

¹⁾ Egy kiszakadt szónak csak ez utósó tagja látszik : „bus“.

²⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely regál papírosra van írva, hátlapján a király legnagyobb pecsétével megerősítve. [Fasc. M. Nro 54.]

frugum, uel Citra deportassent et fecissent deportari, prefatis Rodolfo, Jacobo et Johanne, nil de Juribus dicti Monasterij occupasse, dictasque fruges, quarum numerum ignorarent, non de territorio possessionis prefati Monastery, sed de territorio Ciuitatis pretacte deportatas extitisse e contra referentibus, Vbi antelatus Abbas, literas Ladislai de Nadas Vice Vaiuode Transsiluanie in Zenthemreh Sedecimo die Octauarum festi Sancti Mychaelis Archangeli, Anno Domini M^{mo} CCCC^{mo} tredecimo, confectas, habens in se verbalem tenorem litterarum patencium Regis Lodouici in Zekeluasarhel, in festo Sancte trinitatis Anno Domini Millesimo, Trecentesimo, Septuagesimo septimo confectarum, manifestabat, Quomodo Nicolaus de Zeech, Regni Croacie Banus, qui, ex edicto ipsius Regis Lodouici, cum domino Demetrio Episcopo Zagradiense, vniuersitati Nobilium, et alterius status hominum parcium Transsiluanarum, Torde congregacionem generalem celebrasset, presentibus Iudice et Juratis Ciuitatis *Colosuar*, ac fratre Ottone, tunc Abbate Monastery, metas annotate Ciuitatis, ex parte possessionum Monostor prescripte et Baach appellatarum, modo literis in eisdem contento Reambulassent, quas nemine contradictore apparente, Ymmo dictis partibus beniuole [igy] concordantibus erexisset, Cursus vero metarum per eundem Nicolaum de Zeech Banum, erectarum, literis in eisdem seriose contineretur Premissarum itaque litterarum metalium exhibicionibus factis, quia prefatus Anthonius Abbas rectificacionem metarum dictarum suarum possessionum, prout Ipsi Actores petebant, ex parte ante dicte Ciuitatis *Colosuar* fieri velle recitauit, de eo eciam si prefatum patibulum totaliter in terra prefati Monastery erectum habeatur, ac eciam de eo, si aliquae terrarum particule, de Juribus dicti Monastery modo preuio occupate sint, aut non, ueritas capi non poterat, propter quod eedem partes, ad Reambulandas metas, tam Ciuitatis quam possessionum prenarratarum, secundum seriem prescripti literalis instrumenti annotate Ciuitatis *Colosuar* modo subscripto in alterutrum, faciendum, transmitti debebant, Pro eo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus, vestros mittatis Homines pro utrisque partibus pro testimonys fide dignos, quibus presentibus Lorandus Lepes de Varaskezy Viceuayuoda dicte partis nostre Transsiluane, ad id per nos specialiter deputatus, tercio die Octauae diei festi Epiphaniarum Domini nunc uenturi et diebus ad Id aptis, ad facies prescriptarum Ciuitatis *Colosuar*, possessionumque Monostor, Baach et Kayantho prefati Monostery, parcium earundem conuocatis, commetaneis et Vicinis, ipsisque partibus, aut earum procuratoribus legitimis presentibus accedendo, Primo eandem Ciuitatem *Colosuar*, ex parte annotatarum possessionum Monostor, Baach, et Kayantho, prefati Monastery, per metas et cursus metales, in dictis literis annotati Regis Lodouici contentas et expressas, per ipsos Ciues et Juratos ibi specie tenus exhibendo, secundum demonstracionem et ostensionem eorundem, plagas et loca earundem metarum seruando, reambulent, et signis metalibus consignent, Et si Ipse Abbas non contradixerit, tunc metis erectis Jura parcium a se se distincta, relinquat eis in perpetuum possidere, Si vero Ipse Abbas contradixerit, tunc demum ipsas possessiones Monostor

Bach et Kayantho, ex parte dicte Civitatis *Colosuar*, secundum ostensionem eiusdem Abbatis, uel sui procuratoris, per easdem metas loca et plagas earum continuando peragrent et consignent, Et si super eo dicti Iudex et Cives contenti extiterint, tunc cuncta Jura parcium per evidentes metas, a sese distinguendo committat ipsis Jure perpetuo possidere, Partibus autem discordantibus particulam vel particulas terrarum contenciosas, visis suis utilitatibus universis estimet in eorum valore lege Regni requirente. Ibidem etiam Id que parcium secundum tenorem dicte literę annotati Regis Lodouici metalis, metas prescriptas pro sui parte melius et euidentius ostenderit, et que earum in dominio terre contenciose, in toto vel in parte sit et existat videat et conspiciat, Et post hec ipsius possessionarie reambulacionis, metarum demonstracionis consignacionis, Statucionis, reuisionis et estimationis seriem ut expediens fuerit Vayuode de nostro Transilvano more solito rescribatis, ut perfecta ipsa metali ereccione, inter partes prescriptas, superfacto ereccionis dicti patibuli, asportacioneque frugum prenarratarum, Id facere valeat, quid dictabit ordo Juris, vigorque equitatis. Ceterum quia prefati Ciues, temporibus aliorum Abbatum predecessorum scilicet ipsius domini Anthonij Abbatis, de qualibet vinea siue magna fuisset, siue parua, dum eam colligere noluissent, pro signeto vnum denarium receptum extitisse, sed nunc huiusmodi receptionem prefati denarij, per ipsum Abbatem, eo quod de quolibet Jugere [ıgy] vinearum, eundem denarium recepisset immutatum fore iudicarunt, In contrarium vero ipse Abbas in recepcione dicti denarij, nullam nouitatem fecisse, sed sicut inuenisset, ita se extorsisse perpallauit, Id circo prefato Lorando Viceuayuode mandando committimus, ut superinde secundum probacionis ambarum parcium plenam capiat et recipiat fidem, et secundum quod inuenerit, sic ipsum denarium temporibus futuris perpetuis recipere committat Abbati prenotato, et sibi succedentibus, Datum Posony feria quinta proxima post festum omnium sanctorum [novemb. 5.] Anno Domini M^o CCCC^o XXX^o, Regnorum nostrorum Anno Hungarię etc XL^{mo}, Romanorum vigesimo et Bohemie decimo ¹⁾).

XCVIII.

1433.

Zsigmond király parancsolja Besztercze és Kolozsvár városoknak, hogy a hét százsz széket a törökök ellen szükséges kétezer határőr kiállításában s az utak bevágásában segítsék.

Sigismundus dei gracia Romanorum Rex semper augustus ac Hungarię, Bohemię, Dalmatię, Croacię Rex etc, fidelibus nostris prouidis iudicibus iuratis, ciuibus hospitibus ac toti Communitati ciuitatum nostrarum *Coluswar* et Bistriciensis ceterisque vniversis et singulis Saxonibus parciumstrarum

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely regál papirosra van írva s alól a király középső pecsétével megerősítve. Legálól jobb felől: *Lecta*. [Fasc. M. Nr. 17].

lis Ecclesie observandum, ab Ecclesia minime observatum maritassent, seu nuptui tradidissent, — dein item quia per ipsorum Dominos terrestres velut emptitii in gravem servitutem fuerint redacti, — cum enim de aliquorum possessionibus ad alia loca se transferre voluissent moraturos, rebus et bonis eorum etiam omnibus spoliatis abire minime permetterentur, et omnibus eorum Juribus libertatum privati penitus oppressi et importabilibus oneribus aggravati, — pro requirendis et reobtinendis pristinis libertatibus, per Sanctos Reges cunctis hujus Regni Hungarorum Incolis datis et concessis, importabilibus onerum sarcinis deponendis et abjiciendis maturo inter se inito Consilio in montem Bábolna in territorio possessionis Alpréth predictae adjacentes convenientes, super eorum negotiis maturius deliberando, missis nuntiis ab ipsorum Dominis in dictis libertatibus Sanctorum Regum se conservari et a jugo intolerabilis servitutis colla eorum exsolvi humillime et devote supplicarunt, Hujusmodi ipsorum supplicationibus iidem Domini ipsorum obtusis auribus non accedentibus, sed prefatis nunciis eorum per Magnificum Ladislaum Chaák Wayvodam Transylvanie detineri jussis et truncari et dimembrari, — cum ejusdem Wayvode, Lorandi Vice Wayvode ipsorum et Magnificorum Henrici de Thamasi et Michaelis Jakch de Kusal Comitum Sicularum auxiliis Belli certamine insilentes, se ipsis opposuissent, et inito conflictu, multi ex utraque parte curruentes interiissent tandem Omnipotentis Dei annuente Clementia ex eorundem Nobilium ac Regnicolarum seu Populorum Universitatibus certorum Deum timentium Nobilium et proborum virorum per Gratiam Spiritus Sancti illustratorum cordibus ad faciendam pacem inter partes se interponentium mitigatis, et sedatis ipsius belli certaminibus ad talem pacis et concordie devenissent unionem, quod se se mutuo et eorum alterutrum super universis, es quibilibet interfectionibus ac mutilationibus, dimembrationibus, ceterorumque malorum generibus per eos sibi ipsis alternatim factis, et irrogatis expeditos, quietos et per omnia absolutos committentes, talem unanimi voluntate fecissent ordinationem et dispositionem sub gravamine fractionis fidei inter se inviolabiliter observandam, hoc principaliter declarato: Quod ipsi cum subscriptis eorum dispositionibus, Deo et ejus Justitie, ac Sancte Matri Ecclesie, Sacreque sancte corone, nec non Serenissimo Domino ipsorum Naturali, Domino Sigismundo Dei Gratia Romanorum Imperatori semper Augusto, ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc, Regi, Juribusque Regalibus in nullo prejudicare intendentes, sed omni fidelitate servata — solum libertates ipsorum dudum a Sanctis Regibus concessas, nunc vero diversis superinductis abusionibus notabiliter oppressas et omnino abolitas, reassumere satagentes laborassent ipsi Incole; Regni Dominis ipsis scilicet Nobilibus seu Ecclesiasticis personis in qualicumque dignitate constitutis et preeminentibus rebellare, et malum inferre eis que nocere noluisse, imo nec attentaverint in futurum — et quum ex variatione monetarum Denarii pro tempore currentium non solutione Decimarum Episcopaliū dum se [inter] contrarietates, et discordie ac pericule premissa facta fuissent et enata, pro precauendis in futurum talibus periculis et vitandis disposuissent, et ordinassent: quod a modo in futurum

in solutione ipsarum Decimarum Episcopaliū pro viginti Capecciis unum florenum aut centum Denarios pro tempore currentes, ipsos florenos auri equivalentes dare et solvere teneantur, tempore autem dicationis ipsarum Decimarum Episcopaliū Decimator eorundem familiaris et fautor Nobilium dicare non valeat; nonas autem frugum et quorumeunque Bladorum siue seminum vel vinorum nullus omnino Magnatum, Nobilium et virorum Magnificorum aut quorumeunque hominum tam a propriis Jobbagionibus quam extraneis terrarum vel vinearum cultoribus de cetero accipere nullatenus presummat. Illi vero qui in tenutis aliorum Dominorum vineas seu terras habere dignoscuntur, de vineis terragium consuetum, de terris arabilibus census seu proventum solitum solvere teneantur. Quum dein omnis violenta predatio et oppressio Incolarum Regni ex eo oriri videbatur, ut qui voluissent se alias transferre moraturos etiam spoliati abire non permittebantur, ideo ordinassent, ut universi et singuli libere conditionis homines justo ipsius deposito terragio, suisque debitis persolutis, quocunque maluerint liberam et securam se transferendi habeant facultatem. Si quis autem Nobilium tales Jobbagiones alias ire volentes, calumniare et in eorum rebus damnificare vellet, tunc Comes Provincialis cum tribus marcis deducere teneatur. Illi autem, qui pro eorum excessibus iudicio aut terragii depositione convenirentur, non alias nisi expurgati abire valeant, — Jobbagiones vero clam, terragio minime deposito recedentes, seu a facie Juris et Justitiae se absentantes, Dominus eorum iudice, Juris Regi consuetudine, a suo Iudice ordinario repetat, suo proprio, ac aliorum duorum Juramentis clam recessos, seu a facie Juris absentantes comprobando. Item ordinassent quod de rebus illorum — qui absque sobolis solatio, uxore remanente — decessissent, Dominus Terrestris non plus, quam unam pecudem triennem recipere valeat, et omnes res sic decedentium ad uxores et consanguineos eorum, si quos habuerint, condescendant. Si qui vero uxore, heredibus et consanguineis forent destituti, de rebus et bonis eorum, quibus maluerint, testamentum facere valeant; et talium Testamentum Domini Terrestres mutare non valeant; illorum autem res, qui uxore, prolibus et consanguineis carerent et absque Testamento decederent, Domini Terrestres possideant, — ordinassent etiam et firmiter observandum statuissent, quod singulis annis perpetuis futuris temporibus semper ante Festum Ascensionis Domini de quiblibet villis et possessionibus ac Oppidis duo senes, animo sagatiores et fide digniores, una cum prefatis Capitaneis, vel aliquibus saltem eorum, aut aliis pro tempore constituendis, ad predictum montem Bābolna conveniant, ibique iidem Capitanei vel alter eorundem ab eisdem senibus inquirere et investigare valeat, utrum Domini eorum ipsos in eorum libertatibus conservaverint, aut non, et si aliquis Nobilium premissam ordinationem cum infrascriptis clausulis in toto vel in aliqua parte violasse, et eisdem contrarium fecisse repertus fuerit, perjurus habeatur, et ceteri nobiles ab illius defensione se retineant et retrahant. Item in censibus solvendis, muneribus dandis, servitiis exhibendis ordinassent; quod si Literas Sancti Stephani Regis, aut successorum eiusdem in quibus libertates et Statuta habentur ab Imperiali Majestate possent

impetrare, censum annualem soluere, munera dare et servitia exhibere hoc modo teneantur; quod pro censu annuali quilibet Iobbagionum decem Denarios pro tempore currentes, non plures, in festo Sancti Stephani soluere teneantur. — Pro muneribus autem eorum talibus Dominis Terrestribus qui molendinum seu molendina haberent, in festo Nativitatis Domini unum cubulum auene et duas tortas, in Pasca similiter duas tortas, et in Festo Patroni Ecclesiarum similiter duas tortas et unum pullum dare teneantur. Illis autem Dominis qui molendina non haberent in Festo Nativitatis Domini unum cubulum auene, et similiter duas tortas — et in predictis aliis Festivitatibus alia ut prenarrantur dare debeant, in servitiis vero exhibendis una die falcare, aut metere, et obstacula molendinorum relevare, suoque more alias consueto in debita structura conservare teneantur. Item Decimam seu alium censum porcorum et apum, sicuti in aliquibus tantum temporibus, signanter sub castris tam ab Hungaris, quam a Valachis, huc usque exigebantur, et censum vulgo Ako appellatum Dominis Terrestribus nemoolvere teneatur. Item in locum Camerarii Salium Regalium justa et consueta servitia Regie Majestatis Jobbagiones in eiusdem locis Camerariis residentibus semper fideliter exhibere debeant, ad cuncta autem servitia, tam in salibus quam aliis oneribus deferendis Camerarius eosdem violenter compellere non presumat. Item idem Camerarius vina non in aliis domibus vel locis, quam in propria domo Camere propinare valeat, et tempore propinatorum vinorum suorum, alios in propinatione vina propinantes interdici non valeat. — Item hoc declarando statuunt, quod si, in Literis Sancti Stephani Regis seu tenoribus eorundem totales constitutiones et ordinationes consuetudinis expresse non habentur, — sub quibus ipsi Regnicole sub Dominis constituti remanere debeant, ex tunc ipsi Regnicole ex se ipsis dictos fidedignos, et Deum timentes atque in gremio sagaces eligere debeant, — qui electi una cum ceteris et probis Nobilibus per Universitatem Nobilium ad id eligendis, simul considerantes, et super his mature tractantes disponant et ordinent in quibus ritibus et consuetudinibus perpetuis temporibus tam ipsi, quam successores eorum pacifice et quiete valeant permanere. Item statuissent et ordinassent ac irrefragabiliter observandum commisissent, ut quacunque exercitua Expeditionis necessitate superveniente, prefati Domini Episcopus, Wayvode et Comites Siculorum atque Regnicole seu alii cuiuscunque status et conditionis homines, qui exercituare tenebuntur, victualia necessaria hoc modo recipiant, quod tempore estivali in campo, tempore hyemali in villis seu civitatibus descendant, et Ductor Belli seu Capitaneus Villicos circum jacentium Possessionum vel Judicem Civitatis ad se convocare, et super eo, quod victualia Foro seu precio chariori vendere non permittant, nec aliqui presummant — jurare faciat et sic exercitantes ipsa victualia justo precio estimato et non violentia ac defalcato valore, sicuti huc usque fecisse perhibentur — emanant, et in quantum ipsa victualia inveniri possunt non abnegentur et abunde administrantur; — voluissent etiam et ordinassent, quod Barones qui juxta preceptum Regium et dispositionem Regie Mattis pro tuitione Regni Banderia sua semper

prompto apparatu habere tenentur, et certos exploratores atque fideles conservare, in futurum tales exploratores teneant, et ipsos Regnicolas pro incerto exercitualmente consurgere non adstringant, et per frivolas et vanas, atque fictitias novitatum adinventiones Regnum et Regnicolas non opprimant. — Item ordinassent et commisissent ut quisunque et ubicunque quispiam Nobilium, in qualicunque animi sui merore, seu indignatione interfectiones, seu verberationes, aut sanguinum effusiones prenarratas Jobbationibus suis, aut extraneis premissis factis interessentibus exprobrandi vel vindicandi animo in facie opponeret, et hoc adminus duobus aut tribus testibus idoneis legitime probari posset, ex tunc talis fidefragus, siue perjurus habeatur et Regni Nobiles a defensione eiusdem se abstrahant; e contrario si etiam quicunque ex Jobbationibus ipsorum Nobilium tam propriis Dominis, quam aliis Nobilibus se extollentes hoc idem facere attentarent, aut previa ratione contra eosdem Nobiles insurgent, et in eos modo simili duobus aut tribus testibus comprobarent, in capitali sententia et amissione omnium bonorum convincantur ipso facto. Item firmiter inhibendo commisissent, ut nullus ex Universitate Nobilium prenomatos Capitaneos et electos homines, aut quospiam ex eorum Universitate, ratione premissa, motivoque ullo unquam tempore, impedire, perturbare, molestare, et damnificare et eis quoquo modo nocere presummant, aut quoscunque Domini Wayvode et Comites Siculorum Dominus Episcopus, nec non Lorandus Vice Wayvoda, vel Comites provinciales, siue quicunque alii cujuscunque status et dignitatis ac preeminencie homines et quocunque forsitan inducti ingenio contra prenotatos Capitaneos, ipsorumque Universitatem, aut quempiam ex ipsis insurgere attentarent, et eis nocere vellent, extunc perjuri habeantur. — Commisissent etiam ut Decimas Episcopales aliquibus annis non solutas, cum quinque Denariis nunc currentibus, videlicet pro viginti Capecys centum Denarios quinquagesimas vero Regali juri dicatas, prout est dicata, non expectando relationem a Regia Majestate super allevatione ejusdem, exsolvant. Statuissent preterea et firmiter observandum ordinassent; ut si Litteras Sancti Stephani Regis aut earum tenores sub sigillo Regie Majestatis, aut Domini Palatini, sive Comitum Curie Regie Majestatis, vel alterius Capituli, nuncii Nobilium et Regnicolarum ab ipsa Regia Majestate obtinere et apportare voluerint, — extunc prescriptis constitutionibus et ordinationibus cassatis, et annihilatis juxta libertates, per ipsum Sanctum Regem Stephanum concessas — — — Litterasque super eisdem emanatas, aut in quibus tenores earundem continentur, inuenire et habere non possent, — ex tunc prenotate constitutiones seu decretationes cum constituendis, ut premittitur, et decretandis in eorum vigoribus perpetuis futuris temporibus permaneant irrevocabiliter valiture. — Tali obligationis vinculo interposito, ut si que partium predictarum Universitatum Nobilium scilicet et Regnicolarum, vel quivis ex isdem Universitatibus singularis videlicet persona, in premissis omnibus, aut premissorum aliquo articulo, vel aliquibus articulis persistere nollet, aut quoquo modo retractare attentaret, extunc talis ipse vel quispiam ex ipsis, contra partem alteram in premissis perseverantem fidefragus habeatur, et Regnicole a defensione talium

se retineant et abstrahant, — adque omnia premissa et premissorum singula, prenominati Ladislaus filius Benedicti — alter Ladislaus filius Gereu, — Benedictus de Suk, et Dionisius de Farnas se personaliter — dictorum vero Nobilium Universitatem auctoritate per eandem ipsis concessa, — annotati vero Ladislaus Biro, Vincentius Judex, Ladislaus Bana et Antonius se similiter personaliter — memoratos vero Capitaneos, seu Belligeros et Vexilliferum eorum, ipsorumque Universitatem auctoritate modo simili ipsis concessa obligarunt coram nobis; — in cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes Litteras nostras privilegiales sigilli nostri appensione munitas duximus concedendas. Datum Sabatho proximo post Festum Visitationis Beate Marie Virginis [jul. 6.] Anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo septimo ¹⁾.

CI.

1438.

Kusali Jakos Mihály, székelyek ispánja és az erdélyi többi legfőbb tisztviselők a szász székeket a parasztok megzabolására segítségül hívják föl.

Michael Jaakch de Kwsal Siculorum Comes Desew de Losonez vniuersorum Nobilium parcium Transsiluanarum Capitaneus Stephanus filius Bani de Losonez predicta Georgius consimiliter filius Bani de Balwanus Andreas de Thelegd Nicolaus de Bethlen Joannes Farkas de Harinna, Lorandus Lepes Viceuayuoda Transs. et alii milites tam de Hungaria, quam parcium Transsiluan. Nobiles vniuersis et singulis Saxonibus septem Sedium Saxonicalium amicis nostris predilectis debitam reuerenciam cum honore. Ecce nos hodie cum valida potencia inuasimus suburbium *Cluswar* ita quod de eadem Ciuitate exire nullus potest. Quapropter vestras requirimus Amicicias, et in persona Excellentissimi domini nostri Alberti regis precipimus et mandamus quatenus statim receptis presentibus cum peditibus et equitibus uestris ad exstirpandos infideles rusticos in succursum nostrum uenire et accelerare debeatis, scientes, quod si uenire recusaueritis, nos eidem serenissimo domino nostro Regi suo modo studebimus rescribere. Secus in premissis non facturi si gratiam dicti domini nostri Regis habere volueritis. Datum in Clusmonostra quarto die festi Epiphanie domini [január 9.] anno eiusdem 1438 ²⁾.

¹⁾ *Gr. Teleky J.* Hunyadiak Kora, X-ik köt. Pest. 1853. 1—10 II.

²⁾ A nemes szász nemzet levéltárában levő eredetiből, mely vízjegy nélküli papirosra van írva s hat gyűrű pecsétnyomással hitelesítve.

Látható azon levéltárban 82 szám alatt; közölte Eder, *Observat. Crit. ad Histor. Felm.* p. 79.

A kolozsmonostori konvent jelentéstétele arról, hogy a kolozsvári plébánusnak joga van kerekő taligájával saját malmából az őrölttet a városon bárhova széthordatni, s szintén a gabonát is őrlés végett bármely városrészből saját malmába vitetni.

Conuentus Monasterij beate Marie virginis de Colosmonostra, Omnibus x-sti fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Salutem in omnium Saluatore. Ad uniuersorum Noticiam hac serie volumus peruenire, Quod cum nos ad instantem petitionem honorabilis viri domini Martini plebani ecclesie parochialis beati Mychaelis Archangeli de *Coloswar* —————¹⁾ nobis religiosum virum fratrem ladislaum Cantorem et socium nostrum conuentualem ad infrascripta audienda et tandem nobis referenda in prefatum *Coloswar*, ad Nobilem virum Sebastianum Olaz dictum Judicem seu Officiale Magnifici desew de losonch wayuode Transsilvani per eum in eadem *Coloswar* constitutum, necnon Judicem ac Juratos Cives eiusdem Ciuitatis nostre pro testimonio transmissemus fide dignum. Qui tandem exinde ad nos reuersus, nobis, consciencieose retulit isto modo quod ipse feria sexta quarta vzt in vigilia festi Natiuitatis domini proxime preterita, in eandem Ciuitatem *Coloswar*, et per consequens ad domum ladislai pellificis quo prefatus Sebastianus Olaz, et memorati Iudex ac Jurati Ciues; pro tractandis certis eorum causis etagendis fuissent congregati, unacum prenominato domino Martino plebano pariter accessisset, vbi prefatus Sebastianus Olaz, requirente dicto domino Martino plebano, Juxta Commissionem prefati domini wayuode, ipsos Judicem et Juratos Ciues, vt eorum literalia Instrumenta aut quecunque Jura contra dictum Dominum Martinum plebanum, Super eo quod Biga ipsius domini plebani in ducendis frugibus, quorumque Ciuitatensium, ad prefate ecclesie sue Molendinum et reducendis in farina libere procedere non deberet contra eorum libertates, neque posset, si qua haberent, coram ipso Sebastiano producere deberent. Ad cuius Sebastiani requisicionem ipsi Iudex ac Jurati ciues taliter respondissent, quod ipsi super hoc nulla umquam habuissent nec haberent de presenti aliqua Instrumenta, sed ipse dominus Martinus plebanus, ad ipsorum petitiones, propter Muri ipsius Ciuitatis perfectionem, ad tempus ipsam Bigam suam in fauorem ipsorum A ductione ffrugum [így] cessare fecisset. Quorum responsione facta Idem Sebastianus Olaz, in persona dicti domini wayuode, et eusdem specialem sibi oretenus factam commissionem; ipsam Bigam dicti domini Martini plebani Juxta suam privilegiatam libertatem coram ipso domino wayuoda, alias Thorde exhibitionibus litteralium suorum Instrumentorum approbatam, libere et secure procedere promississet, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales, pendentis et autentici Sigilli nostri appensione munitas duximus concedendas! Datum in festo beati Thome martiris [dec. 21.] Anno domini Millesimo quadringentesimo Tricesimo octavo²⁾

¹⁾ Egy szó kiszakadva.

²⁾ A kolozsvári r. katholikus plébánia levéltárában levő eredetiből, mely bór-hártyára van írva, a pecsétnek nyoma nem látszik. [I Fasc. No. 8.]

CIII.

1444.

I. Wladislaw király megbocsátja Kolosvár királyi városnak ellene állítólag elkövetett de be nem bizonyított vétségét s kiváltságait és szabadalmait visszaadja.

Commissio ppa Dni Reg.

Nos Wladislaus Dei gracia Hungarie Polonie Dalmacie Croacie etc. Rex Lithwanieque princeps Supremus et Heres Russie Ad futuram rei memoriam, provectus nutu Divino, Status Regius, ea subiectos providencia, eaque maturitatis Debita Diligencia, conseruari ¹⁾ solet, vt subiectum sibi populum liberalitate mulceat, munificencia attrahat, et uniuscuiusque emeritos labores, iuxta qualitatem meritorum recompenset, assitque prompior eidem miserendi subditis, quam ulciscendi uoluntas, Itaque uenientibus nostre Serenitatis in Conspectum fidelibus nostris pprovidedis et Circumspectis Viris, Stephano filio Bartholomei Iudice, ac altero Stephano Literato, et Jacobo Sláynýg ²⁾ Juratis Ciuibus Ciuitatis nostre *Koloswar* uocate, nostre maiestati per eosdem, in eorum et aliorum conciuum et cohospitum suorum, diete Ciuitatis nostre *Koloswar*, personis, expositum extitit in hunc modum, Quomodo Ciuitas nostra regalis *Koloswar* pretaeta, parcium nostrarum Transsiluanarum alias contra Regiam Celsitudinem in certis suis actibus ex delacione quorundam Regnicolarum, notata, omnibus suis priuilegijs, Libertatibus, et gracys, quibus vtebatur et gaudebat priuata fuisset, impositaque esset super eadem Tributj Nonarum, et aliarum Solucionum exactio, et certa Molendina in facie territorj eiusdem Ciuitatis nostre decurrencia, ab eadem ablata exstiterit, et eadem omnibus gracys et immunitatibus spoliata, more aliarum villarum Regalium, de cetero conservari instituta foret, prout et aliquandiu — conservata extitisset, conservareturque et in presens, Supplicantes celsitudini nostre Antefatj Iudex et Juratj Ciues diete Civitatis nostre *Koluswar*, in eorum, et dictorum aliorum concivium et cohospitum suorum personis, prece subiectiva, humiliter et devote; vt ipsis et dictis alys concivibus eorum, et diete Ciuitatis nostre *Koluswar* inhabitatoribus superinde gratiam impendere et remedium dignaremur adhibere opportunum, Etquia nobis dispensacione Diuina, Regimini huius Regni nostri Hungarie, submittentibus Humeris, ipsa Ciuitas nostra *Koluswar*, debita recognicione emendata, inter alias Ciuitates nostras dictarum parcium Transsilvanarum, prima Obediencie nostre se subdere parata fuit, et in ipso nostri Regiminis primordio, quo plurimorum malivolorum Hominum, conatibus, ne in idem radicaremur, plura impedimenta obiecta habuimus, cum omni fidelitate fidei firma constancia, et debita sollicitudine, se gratam maie-

¹⁾ A P- 29. számú példányban hibásan áll: *Consonari*,

²⁾ E név valódi mivoltában látszik, íme hasonmáson :

Sláynýg

s eldönti azon vitát, mely gr. Eszterházy János és gr. Mikó Imre urak közt a *Magyar Archaeologiai Közlemények* és a bécsi Archaeologiai Társulat által kiadott: *Mittheilungen* s a t. czímű könyvekben olvasható. Erről több lesz mondva a szövegben.

statj nostre reddere studuit et acceptam, Ideireo tum in horum recompensam meritorum tumque ex innata nostra Regia Liberalitate, qua misererj magis consuevit, quam uleisci omnia delicta dicte nostre Ciuitatis, in quibus contra celsitudinem Regiam quoquo modo notata, et Libertatibus eius atque gracys priuata extiterit remittentes eidem et ad plenum indulgentes, prectasque tributj nonarum et aliarum quarumlibet solucionum exacciones, quibus causa ex premissa gravabatur et gravatur, perpetue relaxantes, Molendina ipsa, nec non omnes et singulas Libertates privilegia et immunitates, quibus primitus ante scilicet notam pretactam, quomodolibet de Jure uel de consuetudine utebatur et fruebatur, eidem Ciuitati nostre duximus reddendas et restituendas, ac eandem denuo et ex novo in Liberam Ciuitatem preficiendam instituendam et creandam, annuentes et concedentes graciose, ut a modo deinceps et in antea futuris semper temporibus uniuersis eadem Ciuitas nostra *Koluswar*, et eius inhabitatores pro tempore constitutj, omnibus illis Libertatibus priuilegiis, gracys et exempcionibus, quibus alie Ciuitates nostre Libere Regales, dictarum parcium nostrarum Transsiluanarum pociuntur, quibusque et ipsa primitus utebatur, vtantur fruuntur et pociantur gaudere que valeant atque possint, ymmo reddimus remittimus instituimusque et concedimus Harum Literarum nostrarum, quibus Sigillum nostrum, quo ut Rex Hungarie vtimur appensum est vigore et testimonio mediante. Datum in Orsva in festo Sanctj Mathei Apostoli et Euangeliste [sept. 21.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quadragésimo quarto ¹⁾.

CIV.

1446.

Hunyadi János Magyarországi kormányzója a kolozsváriaknak Bánfi-Húnyadon, Bonczhidán, Válaszúton és Sebesvár külvárosában való vámmentességét biztosítja.

Johannes de Hwnyad Regnj Hungarie Gubernator, et Wayuoda Transsilvanus, Magnifico, Stephano filio condam Ladislai fili [így] Banj de Losonez fratry nostro Salutem in fraternalis [így] honorem, Exponitur nobis pro parte et in personis Circumspectorum virorum Judicis et Juratorum ciuium ac tocius communitatis Ciuitatis *Coloswar*, graui sub querela, Quod quamvis Iphis in possessionibus uestris puta Hwnyad Banchyda, walazwth et suburbio Castrj Sebes, Juxta contenta certarum prerogatiuarum graciaram, per diuos Reges ipsis concessarum et graciose collatarum, ac per nos in *Coloswar* renisarum et in presenti generali Nobilium, Siculorum ac Saxonum

¹⁾ A városi levéltárban levő eredetiből, mely hártýára van írva, s zöld selyem zsinoron függő pecséttel erősítve. [Fasc. T. 36.]

Megvan ez egy második, evvel mindenben egyező eredeti példányban. (P. 29. sz. alatt is.)

congregacione examinatarum ¹⁾ Tributa soluere non teneantur Tamen vestre Magnificencie fraternitas, eosdem querulantes contra Huiusmodi ipsorum privilegia, ad solucionem talis modi Tributariam compelleret eiusdemque Tributary minus iuste astringerent, ²⁾ libertatisque refutamen et privilegiorum ipsorum vilipendium manifestum, vnde uestre Magnificencie fraternitatem presentibus hortamur, Nichilominusque vobis et uniuersis exactoribus Theloniorum uestrorum presentibus et futuris, in dictis uestris possessionibus constitutis et constituendis firmiter precipientes mandamus, quatenus uisis presentibus dictos Ciues et Incolas Ciuitatis *Coloswar* in annotatis uestris possessionibus ad dictam Solucionem Tributariam artare et compellere, racioneque non solucionis Tributi, eosdem in personis seu rebus et bonis eorum Impedire grauare dampnificare, perturbare non debeatis aut quouis modo molestarj facere presumatis, Alioquin secundum Regnj dispositiones omnes et singulas possessiones, tam uestre Magnificencie, quam aliorum, in quibus huiusmodi, minus iusta exaccio Tributaria per quempiam Tributarium facta fuerit, indubitanter et sine omni irremissibili occasione Sacre Regnj Hungarie Corone auctoritate nostre gubernacionis officij occupare non pretermittimus et occupari facere, presentibus perlectis exhibenti restitutis Datum in presenti nostra et Nobilium Siculorumque ac Saxonum generali congregacione in villa Kochard celebrata, feria secunda in festo beati Jacobi Apostoli [jul. 26.] Anno dominj Millesimo quadringentesimo quadragésimo Sexto.

Co. ppa dni Gubernatoris etc. ³⁾

CV.

1446.

Húnyady János kormányzó meghagyja a bánya-helységek lakóinak, hogy az ezüst és arany érczet a kolozvári pénzverő-házhoz adják be.

Nos Johannes de Hunnyad Regni Hungarie Gubernator uobis Vniuersis Ciuibus Hospitibus — et Incolis in Ophen bania Zlatina vocatis et alijs Montanys in partibus Transsiluanis — vllibet constitutis Mineras auri,

¹⁾ Ime mi volt a hajdani királyok korában az erdélyi orsz. gyűlés egyik fő teendője.

²⁾ Innen egy szó kimaradt az eredetiből, talán ez: *in preiudicium*.

³⁾ A regál papírosra irt s belől veres viaszra nyomott kormányzói pecséttel erősített eredetiből, melyen a pecsét irányában alol ez a meghagyás volt írva: *C. ppa dni Gubernatoris etc.* [Fasc. T. Nr. 37.]

Megerősítette Rákóczi György 1635. Medgyesen márczius 24-n hártýára irt veres, fejér, kék és sárga selyem zsinoron függő pecsét alatt költ kiváltságlevelében, Mátyás király 1481-n Budán szent Bertalan napján költ hasonló tárgyú [T. 56.] oltalmi parancslevelével együtt. Megjegyzem, hogy e megerősítésben hibásan van 1481 helyett 1491 téve; ekkor ugyanis Mátyás király már rég meg volt halva. [Fasc. T. Nro. 94.]

auri et argentj lauatoribus. et exercentibus harum Serie — firmiter committimus aliud habere nolentes quatenus a modo imposterum vos aut alter Vestrum — aurum et argentum nemini alteri nisi Circumspectis Christophoro, et Anthonio Italicis de — Florencia Camarjys [így] Cusionis Monetariorum et Cimentariorum nostrorum de *Cluswar* — aut hominibus suis presencium scilicet Osstensoribus Campire, et Mutare debeatis ymo volumus — ut nullus omnino hominum huiusmodi aurum et argentum a vobis cambire et — imutare presumat, Quos namque ipsi nostri Camararj repererint tales in personis captiuare — resque et bona eorundem auffere possint — et valeant Auctoritate nostra mediante Secus ergo non facturi presentibus perlectis, xhibentj restitutis. Datum Zegedini in vigilia festi beatj — Bartholomei apostoli. [aug. 23.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo Sexto. ¹⁾

CVI.

1447.

A hét szász szék birái megtiltják a kolozsvári és brassói kereskedőknek, hogy a hét-birák területén az áruzikkeket kisebb mennyiségben árulhassák.

Nos Iudices Juratique Seniores Septem sedium Saxonicalium parcium Transsiluanarum p — vobis Circumspectis Iudicibus villicis et Senioribus Septem et duarum — Sedium Saxonicalium parcium premissarum, amiciciam paratam cum honore, — constat nonnullis ex vobis qualiter certis et rationabilibus ex Causis super eo — tractauerimus, vt nullus Inhabitorum sew Mercatorum de *Coluswar* ac — Civitate et districtu Brassouiensi. pannos griseos, Barchanum, et telam vlnatim — incidere, resque ponderari solitas cum pondere minori uendere vinumque et mel vrnatim emere in medio Septem et duarum Sedium prescriptarum non debeat — quousque quid superinde fuerat [így] faciendum finaliter concludatur, Eapropter uestras — presentibus perattente exhortamur amicicias, quatenus dum et quando annotati — Inhabitatores de *Coluswar* et Brassouia, ad uestras Nundinas fora sew uestri in — medium peruenerint eosdem eorum pannos griseos Barchanos Telas sew alias res — mensurari solitas vlnatim emere permittere sew permitti facere — ne uelitís Presentes denique post earundem lectionem semper restituende exhibenti — Datum Cybinii in nostra generali Iudiciaria Congregatione in Crastino festi — Sancte et Indiuidue Trinitatis [jun. 5.] anno domini Millesimo CCCXLmo septimo ²⁾.

¹⁾ 9" széles 6" hosszú papirosra írt oklevél vízjegy nélkül, Hunyady János Magyarország kormányzója kisebb pecsétével hitelesítve; eredetije — a szász nemzeti levéltárban — 2. szám alatt; közölte gr. Teleky József is Hunyadiak Kora X. köt. 187–188 ll.

²⁾ A szász nemzet levéltárában 117. szám alatt levő eredetiről, mely 8½ hüvelyk széles, 6 hüvelyk s két vonal hosszú, vízjegy nincs, belől rá az egyetem kisebb pecsége van nyomva. A CV.CVI. oklevélben a minus [—] jegyek az eredeti iromány sorainak kiterjedését jelölik.

CVII.

1448.

A város bírása és esküdt tanácsosai az Ó-vár falai mellett nyugat felől hatvan öl helyet halas-ó alapítás végett a tímár czéhnak ajándékozt.

Nos Stephanus Bertram Judex et Jurati Consules Ciuitatis Coluswariensis. Memorie comandantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, Quod in nostra constituti presencia honesti ac Circumspecti viri uniuersi, Cerdones hic in nostri medio commorantes, fraternitatem scilicet Gloriosissime virginis marie in ecclesia parochiali beati Michaelis Archangeli, fundatam, tenentes nobis humiliter supplicarunt vt nos illam Terram extra muros veteris Castri nostri versus Phenesium existentem, vbi quendam piscinam proprijs ipsorum laboribus ipsis ac ipsorum fraternitati euiternis [így] temporibus duraturam inchoare uellent et procurare, pro augmento dicte fraternitatis ipsorum. ac cultus diuini, scilicet comodo ac faciliore perseueracione prefate ciuitatis nostre, ipsis ac annotate fraternitatj ipsorum perpetue donacionis titulo conferremus, ipsos que ac eorundem fraternitatem in eisdem confirmaremus. Vnde nos ipsorum iustis et licitis petitionibus inclinaty Ipsam Terram scilicet extra muros veteris Castrj nostri versus Phenesium immediate versus partem occidentalem existentem, in longitudine Sexaginta Cubitorum maiorum wlgaliter laffter appellatorum uersus meridiem, ac latitudine quantum ipsis ad Id suffecerit uel uidebitur expedire, dedimus donauimus et contulimus ymo damus donamus et conferimus Jure perpetuo et irrevocabiliter tenendam et habendam presencium per vigorem, Promittimus insuper eosdem Cerdones mediatam fraternitatem siue Altare gloriosissime virginis marie tenentes ab omnibus occasione dicte Terre ipsos siue eorundem fraternitatem ipsorum in progressu inquietare uolentibus, semper et ubique defendere nostris laboribus proprijs et expensis, In cuius rei memoriam presentes literas nostras Autentici Sigilli nostri appensione communitas in robur perpetuamque firmitatem duximus concedendas Datum feria sexta proxima ante festum beati Thome Apostoli, [dec. 16.] Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo. ¹⁾

CVIII.

1450.

A város bírása és tanácsosai a piaczi templommal szemben annak kerületében levő egy telket a város megépítése tekintetéből negyven tiszta arany forintért eladnak.

Nos Jacobus Mwn Judex Consules Juratique Cines Coluswarienses vniuersi Memorie Commendamus Tenore presencium quibus expedit vniuersis Significantes, quod quia certis ac rationabilibus causis presertim tamen

¹⁾ A tímár czéh levveles ládjában levő bártyára írt eredetiből.

prouidenciam Structure et edificio civitatis nostre facere cupientes Recognoscimus et fatemur per presentes, nos bono et deliberato animo Quandam domum seu fundum curie. In circulo ex opposito charj dotis nostre parochialis Inter domos prouidorum Melchioris Brustel versus Meridionalem ac Johannem de Campolongo uersus Septemtrionalem plagam habitam et immediate adiacentem cum omnibus et singulis pertinencijs prouentibus et utilitatibus ad eandem de Jure et ab antiquo spectantibus et pertinentibus circumspecto viro Magistro petro ciuitatis nostre antefate Notario, per eum suis heredibus legitimis ac successoribus pro Quadringentis purj aurj florenis plene et integre ab eodem perceptis et exolutis vendidisse tradidisse et assignasse ymo uendidimus contulimus et assignauimus eidem Jure perpetuo libere pacifice et quiete irrevocabiliter possidendam tenendam pariter et habendam, wico tamen pro transitu 11 vlnarum spacio ab edeficys Melchioris Brustel dumtaxat remanente, pleuum Jus et dominium ipsius prefate domus et curie in ipsum magistrum petrum et suos posteros omnimodo transferentes promittentes et assumentes ipsum Memoratum Magistrum petrum suos heredes legitimusque successores Ab vniuersis ipsum vel ipsos successores premisse domus et curie infestare seu inquietare nitentibus proprys fatigys laboribus et expensis contra quoslibet impugnatores preuia ratione velle disleuigare et in pacifico dominio Juxta nostre ciuitatis consuetudinem indempniter conseruare Ne igitur sepe flatus [igy] Magister petrus aut sui heredes uersucia uel calliditate quorumcunqne temporis processu ratione eiusdem fundi valeant inquietarj presentes Sigilli nostrj majoris robore sub appensione duximus ad cautelam concedendas. Datum Sabbato die proximo festum ¹⁾ ————— beatj petrij apostoli antecedente [jul. 25.] Anno domini Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo ²⁾.

CIX.

1452.

Hunyadi János kormányzó a brassaiaknak megparancsolja, hogy az ország újonnan veretett pénzét a kolozsvári pénzverő-házból szerezzék meg, s oláhországi pénzzel ne éljenek.

Johannes de Hwnyad Regni Hungarie Gubernator. Prudentibus ac Circumspectis viris Judici, Juratisque Ciuibus Brasouiensibus, ac toti Communitati terre Bwrcie, presentium notitiam habituris, Salutem cum omnis boni incremento. Nolentes vos ignorare, Quomodo hoc Regnum, sicuti ex diuersarum guerrarum motibus, sic nihilominus ex replicata et multiplicata variatione monetarum existit depauperatum, cuius dissensionibus, sicuti in aliis sic et in hys providere et occurrere volentes, matura deliberatione

¹⁾ Egy szó olvashatlanul kitörülve.

²⁾ A kolozsvári román. katolikus plebánia levéltárában levő bőrhártyára írt s kék czéfnán függő pecséttel hitelesített eredetiből. [I. Fasc. Nr. 9.]

prehabita, consilioque et consensu vniuersorum Prelatorum et Baronum Regni Hungarie ad Id accedentium, vnam nouam et stabilem per totum hoc Regnum currentem monetam fieri instituimus, quam sicuti in ceteris Ciuitatibus Regni Hungarie, sic et in medio vestrum cursum debitum habere, quem nunc Bwde habet sortire uolentes, Vestras dilectiones harum serie requirimus et hortamur, nihilominusque committimus et mandamus, quatenus prescriptam nouam monetam per Camerarios nostros de *Coloswar* in medium vestri deferri, et nullam aliam videlicet nec Asparas, neque monetam Waywode Transalpinarum aut aliam aliquam antiquam monetam, in contrarium huiusmodi presentis monete acceptare et cursum habere permittatis et permitti faciatis, volumus etiam, vt nullus omnino in medio uestri aurum, argentum aut aliquam antiquam monetam cambire et permutare ac ad aliena Regna deportare presumat modo aliquali, harum autem in contrarium si fecerint quidpiam, et in tali crimine cepti fuerint, comisimus et harum serie committimus vniuersis Vice Vayuodis Comitibus Siculorum, Ciuitatensibus, Oppidanis ac alterius cuiusuis Status hominibus, vt ipsi tales captiuare captumque tamdiu conseruare, donec a nobis superinde aliud habuerint in mandatis, omniumque rerum et bonorum talium, duas directas partes nostris Camerariis Cusionis monetarum Regalium de *Coloswar*, aut eorundem hominibus ad id deputatis assignare, terciam uero partem sibi ipsis retinere debeant et teneantur, Secus igitur non facturi in premissis Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Ewsy feria tertia proxima ante festum beatorum Symonis et Jude Apostolorum [oct. 26.] Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo.

Commissio propria domini gubernatoris.
Brassó város levéltárából ¹⁾.

CX.

1453.

II. Wladislaw király a hét és két száz szék, Barczaság, Talmács vára és tartozandóságai, ugy Kolozsvár városa és Vincz mezőváros egységét és feloszthatlanságát biztosítja.

Commissio D. Regis per D. Comitem et
Ulricum [Eytzinger] Consiliarium.

Ladislaus Dei gracia Rex Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. ac Austrie et Stirie Dux nec non Marchio Moravie fidelibus nostris sincere dilectis nobilibus et egregiis, ac circumspcctis, comitibus, magistris ciuium, iudicibus, iuratis sinioribus, ciuibus, ac ceteris Saxonibus 7 sedium Saxonicalium, item aliarum duarum sedium, videlicet Selk et Megjes ac

¹⁾ Gróf Teleki József, Hunyadiak Kora Magyarországon. X-dik kötet MDCCCLIII 341. — 342. II.

Terre Barcensis, ciuitatisque *Clusvar* et oppidi Vintz vocatarum parcium nostrarum Transiluanarum salutem graciamque nostram regiam et omne bonum Vestra laudanda meritorum et fidelitatum obsequia strenuaque gesta et opera quibus a retroactis temporibus sicuti a certo didicimus sacre regni nostri Hungarie corone avoque et genitori nostris in variis exercitibus expedicionibus contra sevos Teucros Christi fidei emulos cum complurimorum fratrum et consanguineorum vestrorum nece et sanguinis effusione studuistis complacere nos alliciunt et inducunt ut Vos, qui semper unum fuistis esseque debetis indiuisi regiis amplecti fauoribus et specialibus graciaram prerogatiuis et ad omnia que utilitatis et vestre manutenende libertatis sunt, nos vestris fidelitatibus reddere promptos et paratos graciose : De quibus ut vestra fidelitas certa soliditate confirmetur sicuti predecessores nostri diui reges Hungarie vobis septem sedibus vigore authenticarum literarum ipsorum promittentes polliciti sunt et assecurarunt, sic et nos pollicentes Assecuramus vestras fidelitates, quod de manibus nostris regiis, et a sacra regni nostri Vngrie corona vos ac predictas 7 sedes, necnon alias duas sedes Selk et Megjes ac terram Barcensem, ciuitatemque *Clusvar* et oppidum Vintz aliasque ciuitates, oppida, villas et territoria ad easdem spectancia, nequaquam alienabimus, neque alicui hominum cuiuscunque Status condicionis aut preeminencie existat, conferendo donabimus aliquo modo; sed in omnibus vestris iuribus iurisdiccionibus libertatibus consuetudinibus et graciaram prerogatiuis, quibus a diuis regibus Vngrie, nostris videlicet predecessoribus, insigniti vsi fuistis et gauisi, sed et in castro Tollmach vocato ac eiusdem pertinenciis, quemadmodum per nostram Majestatem ad prefatas 7 sedes annexum et appropriate existunt, perpetue et irreuocabiliter tenere volumus et conseruare atque facere conseruari : decernentes per expressum, vt litere nostre aut aliorum quorumcunque, contra vestrorum iurium libertates ac priuilegia consuetudines ac graciaram prerogatiuas qualitercunque emanate seu emanande, nullius sint vigoris seu firmitatis, et per earundem non obseruacionem vobis non imputabimus modo aliquali. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras pendentis secreti sigilli nostri munimine roboratas. Datum Vienne secundo die festi beati Gregorii pape [márcz. 13.] Anno Domini 1453 regni autem nostri anno 13 ¹⁾).

¹⁾ A nemes szász nemzet levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s függő pecséttel hitelesítve; látható azon levéltárban 143 szám alatt; közölte csonkán *Schlözer*, Kritische Sammlung sat. 52—53 ll. Névtelenül is közölve volt ily című könyvben: Grundverfassungs-Zustand der Sächsischen Nation 96. l. sőt mások is sokan utánnymatták.

CXI.

1453.

Máté erdön-tüli püspök Kolozsváratt a Szent-Péter uteza nevü külvárosban levő magyar
katholikus közönség kebelében az isteni tisztelet tartását szabályozza.

Nos Matheus diuina prouidencia et apostolice Sedis gracia Episcopus Transsiluanus Memorie commendamus Quod nobis die dominica quinta decima Mensis Aprilis Sanctum Synodum celebrantibus, prouidi viri Lucas Kerekes et valentinus filius Emerici In ipsorum ac tocius Communitatis hungarice nacionis de *Coloswar* In platea Sancti Petri commorancium personis, cum sufficientibus Literis procuratorÿs Honorabilis Conuentus Beate Marie virginis de *Colosmonstra* vt actoris ab una, parte si quidem ex altera Honorabilis dominus Gregorius plebanus de dicta *Coloswar* vt In Causam attractus, personaliter in nostram accedentes presenciam, per prefatos Lucam Kerekes et valentinum, filium Emerici, nobis supplicando propositum extitit eo modo. Quod licet certa litis et controuersionis materia ratione conservacionis unius Capellani In Ecclesia Beati Petri Apostoli in dicta platea hungaricali fundata, Coram nobis ac predecessoribus nostris In diuersis terminis Inter Ipsos hungaros, ac dominum Gregorium suosque predecessores plebanos in dicta *Coloswar* a multis annis extitit ventilata, que nondum adhuc finem capere potuisset, eandem Inter partes diffinire ac per nostros Iudices ad hoc delegatos diffiniri facere dignaremur Vnde nos Ipsorum Justis supplicacionibus acquiescentes Venerabiles ac Egregios viros dominos, Anthonium Canthorem et Georgium plebanum de *Sassebüesz* Canonicos Ecclesie nostre Transsiluane decretorum doctores Iudices Commiseramus delegatos, Coram quibus Licet Lis iuxta nostram Commissionem fuerit Inchoata nondum tamen terminata, et tempore intermedio Nos partes nostras interponentes, talem fecimus et ordinauimus inter Ipsas partes per modum arbitratue composicionis, concordie et pacis unionem futuris et perpetuis temporibus valituram ac duraturam Quod primo extinctis uniuersis controuersÿs et litium processibus Literisque singulis super hac causa emanatis Cassis vanis et derelictis, si que forent reservate viribus carituris, Ipse dominus Gregorius de dicta *Coloswar* et sui successores plebani semper teneantur unum Capellanum ydoneum et ipsorum moribus aptum, die nocteque penes dictam Ecclesiam Beati Petri Apostoli perpetue in suis expensis conseruare ibidemque residere, qui omnia et singula Sacramenta Ecclesiastica administrare debeat et tenebitur. Item singulis septimanis, quatuor missas celebrare de quarum numero unam die dominica tenebitur decantare Preterea In summis festiuitatibus videlicet Resurrectionis Ascensionis Pentecostes Corporis Domini nostri Jhesu X-sti et natiuitatis eiusdem decantando missam et vespervas nec non in omnibus festiuitatibus Beate Marie virginis et in die Sanctorum Petri et Pauli apostolorum similiter Missam decantare tenebitur. Item mortuorum Corpora iuxta

consuetudinem antiquam conducere et honorifice sepelire tenebitur, Partibus autem huiusmodi compositionem acceptantibus, per omnia contentis se ipsos reddiderunt quittos et per omnia absolutos Tali tamen condicione interiecta Vt si qua parcium tali nostro arbitramento sew Lawd contrauenire, ipsamque compositionem nostram infringere quoquomodo attemptauerit, ex tunc in quinque marcis argenti ponderis Budensis, nobis aut nostro Successori, ipso facto convincatur, nec litem inchoare valeat, nisi plenariam solutionem de premissis impendat, presentibus ibidem testibus pro testimonio vocatis Reverendo patre domino Petro Episcopo Zwimensi Suffraganeo nostro Egregioque viro domino Bronislao Vice woyewode Transsilvano ac honorabilibus viris dominis Blasio Archidiacono de Crazna Gregorio Cayanto ac Joanne Baccalario plebano de *Eygen*, Rectoreque Altaris apparicionis Sancti Michaelis In Ecclesia nostra albense et alijs fide dignis testibus, In quorum, fidem et testimonium, omnium premissorum presentes literas nostras fieri ac Sigilli nostri Anularis appensione iussimus communi. Datum Albe feria sexta ante festum Beati Georgy martiris gloriosi proxima [apr. 18.] Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio ¹⁾).

CXII.

1453.

II. Wladislaw király Schleyng György kolozsvári plebánust saját udvari papja czímével s kedvezményeivel ruházza fel.

C^o dny Regis.

Ladislavus dei gracia Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Rex ac Austrie et Stirie Dux necnon Marchio Moravie etc. fideli nostro dilecto honorabili domino Gregorio Slewinn²⁾ Ciuitatis nostre *Closwar* vocate, plebano, Auleque nostre maiestatis Capellano Salutem et gratiam, Tue probitatis merita et commendabiles virtutes, obsequiosa deuotio probataque fidei sinceritas, Ac laudabilium morum et virtutum dotes, quibus ab altissimo tuam personam decoratam fore intelleximus. Nos inducunt vt personam tuam, gratitudinis nostre beneuolencia prosequamur, Te igitur exnunc, de speciali gracia, In nostre maiestatis specialem et domesticum Capellannum recipimus, et aliorum nostrorum Capellanorum consorcio, agregamus, volentes et decernentes, te decetero. hys nostri fauoris gratys et honoribus ac prerogatiuis : quibus alij nostri Capellani de Jure vel de consuetudine quomodolibet gaudent et potiuntur per omnia et in omnibus, potiri

¹⁾ Az eredetiből, mely hártýára van írva s a püspök fehér czérna zsinoron függő pecsétével megerősítve, rajta barát betűvel írva e körirat : S. epi. tnsilvan.

²⁾ E név itteni leírása téves, fennebb már hasonmását is adtam; úgy helyes, a mint ott írva van.

et gaudere : Quocirca vos vniuersos et singulos principes ecclesiasticos videlicet et Seculares duces marchiones Comites vice comites Barones, milites Nobiles Justiciarios Capitaneos Rectores. Magistros ciuium et officiales, Item Ciuitates Ciuitatumque Castrorum Castellorum. Opidorum villarum, terrarum, et aliorum quorumcunque locorum portuumque et passuum Custodes necnon Tributarios ac vice tributarios, generaliter quarumcunque solutionum exactores : ac alios quoslibet homines, ad quos presentes litere nostre peruenerint Requirimus Rogamus et hortamur, nichilominusque omnibus et singulis nostris subditis firmissime precipimus et mandamus Quatenus prefatum dominum Gregorium plebanum et Capellanum nostrum, dum et quociescunque per terras dominia, districtus portus, passus pontes et cetera loca vestra et vestre Iurisdictioni subiecta tam per terras quam per aquas transire contigerit nostri intuitu recommissum habentes et fauorabiliter pertractantes cum Comitibus et familia ac equis et alijs rebus suis, quibuscunque libere et absque omni impedimento, ac tributaria solutione et exactione tam in eundo quam redeundo Ire procedere stareque et redire permittatis et permitti faciatis de Saluo et securo conductu, dum necesse fuerit, pereundemque harum serie superinde requisiti fueritis sibi liberaliter prouidendo, ad honorem et reuerentiam nostre maiestatis Presentes autem perlectas semper exhibenti reddi postulamus et mandamus Datum posony feria Quinta proxima ante festum Natiuitatis beate Marie virginis [sept. 4.] Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo, tercio Regni autem nostri Anno Quartodecimo ¹⁾).

CXIII.

1455.

A kolozsmonostori konventnek a kolozsvári szent-péter-utczai magyar ekklézsia plebánustartási joga és az ott való templom malma iránt a belvárosi plebánus és szent-péter-utczai hallgatók közt fenforgott egyenetlenség elintézése tárgyában költ kiadványa.

Nos Conventus Monasterii Beatae Mariae Virginis, Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis. Quod providi et Honesti Viri Nicolaus Nylas, ac Martinus Kádár, in Civitate *Colosvár*, nec non Michael Varga, in possessione Gyalo, item Ladislaus et Gregorius Csontos dicti, in Zamosfalva commorantes, satis senilis, ac propectae, et decrepitae, aetatis, ad instantem petitionem universorum hospitum et Incolarum, ac totius Communitatis Hungaricae Nationis, extra Castrum, seu ambitum muri dictae Civitatis, in Zenthpéter uczaia residentium nostram venientes in praesentiam, non terrore seu timore coacti, vel compulsi, nec odio ac rumoris invidia moti, nec favore permolliti, sed puri

¹⁾ A város levéltárában a rendezetlenek közt levő eredetiből.

propter Deum, ac ejus justitiam meritu — ¹⁾ ad fidem eorum, quam Deo Creatori omnium, eiusque Genitrici, ac omnibus sanctis inviolatam conservare tenentur, penitus in ullo discrepantes sed pari voce et unanimi relatu ex deliberato animo, ac propria ac bona Conscientia, et voluntate fassi et attestati extiterunt in hunc modum: Quod ipsis bene constaret, ac verissime scirent et optime ad eorum memoriam revolverent, quod a primaevis temporibus, semper Ecclesia Beatorum Petri et Pauli Apostolorum in dicta Zenth péther Uczaya constructa per se Parochialis Ecclesia illorum Populorum de eadem, imo primordialis, et Capitalis Ecclesia praeuisset, et per consequens dictus populus et Communitas discretam, idoneam, et hominibus placibilem, et per omnia sufficientem, prout communi ipsorum Voluntati placuisset, Jus Plebanum, qui ipsis omnia sacramenta Ecclesiastica, Divinaque Officia, Singulis diebus noctibusque, et temporibus opportunis, juxta ritum sacro Sanctae Ecclesiae Romanae, et Fidei Catholicae peregrisset ac administrasset, seu administrari fecisset, eligendi praeficiendi et instituendi plenam et omnimodam habuissent facultatem, quia vero Plebanus ipsorum in ea domo, quo [így] pro nunc Johannes Zuchaký dictus inhabitaret, prope eandem Ecclesiam a parte fluvii Zamos in acie habita, personalem ac specialem habitationem, seu residentiam habuisset. Itidem quod tempore serenissimi Principis Domini Ludovici Regis Hungariae et felicis reminiscendae praefati hospites et Incolae, ac tota Communitas, multi modis, ac multipharisque precibus et intercessionibus, ab eodem Domino Ludovico Rege quemdam locum Molendini, in jam dicto fluvio Zamos prope praedictam Ecclesiam, ad sustentationem, et utilitatem ejusdem Ecclesiae impetrassent, ipso quoque Domino Ludovico Rege, per omnia gratiose conservari obtinuissent et quod quondam providi Viri Petrus Thamasy, ac Nicolaus Zurýa et Johannes Geude in dicta Zenthpéter uczáya commorantes, ob speciem, et specialem devotionem, quam ob beatissimos Petrum et Paulum Apostolos habuissent, ipsorumque ac progenitorum eorum animarum salutem, in dicto loco novo, ab ipso Rege impetrato Molendinum trium Rotarum, ad utilitatem praefatae Ecclesiae, et inopiarum ejusdem Sublevamen, propriis ipsorum expensis, ac sumtibus denuo construxissent et aedificassent ²⁾ quidem Petrus Thamasy etc. vita ipsorum, durante ipsis Populis de dicta Zenthpéter consentientibus pro recompensatione aliquali eorum expensarum fructus ejusdem Molendini percepissent. Tandem divino nutu disponente praedicto Petro Thamasy etc. temporum in processu ab hac luce decedentibus in ultimaque eorum voluntate, dictum molendinum, cum omnibus, et singulis suis proventibus, fructibus et obventionibus, perpetuo, et irrevocabiliter, ac omni plenitudine Juris et Dominii, dictae Ecclesiae legavissent et commisissent, tenendum, possidendum etc. Et exposit successive praenominatae ejusdem Ecclesiae dictum Molendinum multis temporibus tenuisset, ac fructusque, et obventiones

¹⁾ E szó yége hiányzik.

²⁾ A következő mondat az előttem állott példányban is homályos értelmű.

ejusdem percipiendo pro structura saepe fatae Ecclesiae, ac dicti Molendini et quibusvis necessitatibus ejusdem Ecclesiae expendissent et administrassent, et non multis retro lapsis temporibus Plebani Ecclesiae Beati Michaelis Archangeli in saepe dicta Civitate *Kolosvár* intra murum constructae nescitur quali ex causa, dictum Molendinum pro se ipsis minus juste et indebite potentialiter occupassent, immo etiam modernus Plebanus ejusdem Ecclesiae Beati Michaelis Archangeli uteretur de praesenti, In cujus rei testimonium praesentes Literas nostras duximus concedendas. Datum Sabbatho, videlicet in festo Conversionis Beati Pauli Apostoli [jan. 25.] Anno Domini MCCCCLV ¹⁾.

CXIV.

1455.

Hunyadi János kormányzó Kolozsváratt a predikások szerzetének templom-építésre a széki sóaknából 50 forint értékű söt adományoz.

Nos Joannes de Hunyad Comes perpetuus Bistricensis memoriae commendamus tenore presentium, significantes, quibus expedit universis, quod nos ob spem et devotionem specialem, quam ad gloriosam DEI Genitricem MARIAM ac S. Antonium habere dignoscimur, tumque ad humillimam supplicationem et instantiam FF Praedicatorum in clauastro Beatae MARIAE Virginis et S. Antonii Confessoris in civitate *Kolosvár* fundato commorantibus, reformationem, et fabricam ipsius Claustri, et Monasterii in persona serenissimi Domini nostri Regis, item ad usum FF. in ipso clauastro degentium in festivitatibus singulis Beati Georgii Martyris singulis annis sales ad valorem quinquaginta florenorum auri perpetuis temporibus dare, et administrare, et per Camerarios regales de Zeck administrare deputavimus, et vigore praesentium deputamus. Quocirca vobis nobilibus viris Camerariis regalibus praesentibus scilicet et futuris in Camera Zeck constitutis praesentium serie in persona serenissimi Domini nostri Regis firmissime committimus, quatenus amodo imposterum praefato Clauastro in Civitate *Colosvar* in nomine Beatae Virginis MARIAE et S. Antonii Confessoris fundato, consequenterque Fratribus in eodem commorantibus in singulis festivitatibus Beati Georgii Martyris annuatim sales ad valorem quinquaginta florenorum auri in Camera Zeck perpetuis temporibus reddere et persolvere debeatis, et teneamini, secus nullo modo facere praesumatis, praesentibus perlectis exhibentibus restitutis. Datum in Colosvar in festo Sanctorum Innocentium [dec. 28.] Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto ²⁾.

¹⁾ A kolozsvári róm. kath. plebánia levéltárában levő 1822-ki püspöki látogatási jegyzőkönyvekből.

²⁾ *Joan. Fridvaldszky*, Reges Ungariae Mariani, Viennae MDCCLXXV. 111—112 II.

CXV.

1458.

Horogszegi Szilágyi Mihály kormányzó Kolozsváratt a bíró, tanácsosok és száz esküdt férfiak választása jogát a szászok és magyarok közt azok önkéntes beleegyezése folytán közössé teszi.

Nos Michael Zylagý ¹⁾ de Horogszegh Nomine et In persona Serenissimi Principis Domini Mathie dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie etc. Electi Regis eiusdem Gubernator, etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, Quod Circumspectis viris Egidio Zabo Iudice et Ambrosio literato Jurato Hungaris Ciuibus de *Koloswar*, ab vna, ac Stephano Bertram et altero Stephano dicto Hon Saxonibus, Ciuibus de eadem *Koloswar* ab altera, partibus personaliter coram nobis constitutis, In ipsorum ac vniuersorum ciuium Hungarorum scilicet et Saxonum dicte Ciuitatis *Koloswariensis* personis: sponte et libere confessi sunt In Hunc modum, Quod quamquam: A dudum et A certis retro lapsis temporibus, inter ipsos Ciues Saxones scilicet et Hungaros, singulis precedentibus temporibus vsque nunc. In facto eleccionis et prefeccionis Iudicis et Juratorum, e medio eorum maxime controuersiones dissensiones rixe et rumores, inter vtrasque partes, mote et exorte fuissent, Tamen ipsi matura inter se deliberacione prehabita, vt ipsi eorundenque posteritates, et successores vniuersi. singulis temporibus et in Euum firmiter quiete et inuolabiliter permanere possint, mediante nostra Prelatorumque Baronum et Nobilium Regni disposicione et ordinacione, talem Iniuisent pacis vnionem perpetue duraturam. Ita videlicet, quod a modo et in posterum omnis Rancor fomes et odium dissensionesque rixe et rumores, qualitercunque, et quauis racione inter ipsos Ciues Hungaros vtpota et Saxones. suscitare penitus et per omnia sopiri, sedari et condescendi, ac de eorum cordibus excidi debeant, Tandem vero singulis Annis et temporibus perpetuis pro tempore constitucionis et prefeccionis Iudicis et iuratorum centum persone fidedigne et bone fame, per Juratos Ciues et Iudicem ambarum parcium pro tempore constitutos, quorum quinquaginta Hungari, et totidem Saxones eligantur, eedemque centum persone electe, vno Anno Hungarum Alio vero Saxonem pro Iudice ex Hungaris eciam sex persone, ex Saxonibus tantundem, persone bene merite pro eorum Juratis concorditer sine aliquo rumore et periculo personarum eligere et preficere debeant et valeant, Hoc specialiter declarato, quod praefati Ciues et Hospites Hungari ut prefertur et Saxones predictae Ciuitatis *Koloswariensis*, vniuersos prouentus redditus et emolumenta, quomodolibet vocita-

¹⁾ Ez oklevél két példányban van meg [Fasc. J. nro 16 és 17 alatt,] s a 16-ik ettől csak az orthographiában tér el, p. o. egyik e szót: „Zylagý” így írja: *Zylagi*, ezt: *Koloswar*, így: *Cluswar*, quamquam helyett: *quamuis*; különben mindkettő egyezik.

tos, dicte Ciuitati eorum Juridice prouenientes, ipsi Ciuēs Hungari simili modo, possidere et habere possint et valeant sicuti et quemadmodum prefati Ciuēs Saxones, Preterea vniuersas literas et quelibet literalia Instrumenta, quas et que ydem Ciuēs *Kolosuarienses* Hungari scilicet et ¹⁾ Saxones contra sese in predicto facto eleccionis et prefeccionis Iudicis et Juratorum, pro ipsorum parte sub quacumque forma verborum emanatas vel in futurum in contrarium harum emanandas cassas vanas friuolas et viribus carituras exhibitoribus que earum nocituras reliquissent et commisissent Hoc adiecto et tali vinculo interserto, quod si quispiam ex predictis Ciuibus dicte Ciuitatis *Kolosuariensis*, temporum in euentu prescriptam nostram, prelatorumque et Baronum compositionem retractauerit et violauerit, extunc ipse, qui hoc presumtuose facere attentauerit in facto perdicionis sui, honoris Amissioneque accionis, et adquisicionis cause pretacte conuici [így] et agrauari debeat eo facto Ad que premissa firmiter obseruanda se partes predictae in ipsorum ac eciam aliorum Ciuium et Hospitum Hungarorum videlicet et Saxonum prelibate Ciuitatis *Kolosuariensis* nominibus et in personis sponte obligarunt coram nobis, Harum nostrarum quibus sigillum nprstrum quo vti Gubernator Regni vtimur est Appensum vigore et testimonio literarum mediante, Datum Bude feria tertia proxima Ante festum purificationis beate Marie Virginis [jan. 31.] Anno domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo octauo.

Coppa dmni
Gubernatoris ²⁾.

CXVI.

1458.

Mátyás király a kolozsváriak évi adóját bebizonyított hűségök és a közelebbi idők zavarai tekintetéből három évre elengedi.

C^o ppria Dni Regis.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit Universis. Quod nos tum attentis consideratisque debite fidei constancia et utilibus sincere fidelitatis obsequys, quibus fideles nostri Circumspectus et prouidus Egidius Iudex ac Barthws Juratus Ciuis, sicut et ceteri Incole et Inhabitatores Ciuitatis nostre *Coloswar* Primum sacre Regni nostri Hungarie Corone et exposit nostre Maiestati se gratos reddiderunt. Tumque eo respectu, quod ipsa Ciuitas

¹⁾ E szó a másokban ki van hagyva.

²⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hátyára van írva s veres és lilaszín zsinoron függő pecséttel megerősítve. Kívül ez van írva 16-ik századbéli írással: „Az Szászok és Magyarok közt valo unioról, másik felől a közelebbi időkből: *Unio Nationum Hungaricae et Saxonicae de electione Iudicis alternativa et de prouentibus inter ipsos aequaliter dividendis* 1458.” [Fasc. J. 17.]

nostra *Koloswar* populique in eadem commorantes hys proxime retro lapsis disturbiorum temporibus molestys et dampnis non mediocriter perculsi plurima dampna sustulerunt, Quorum respectu volentes huiusmodi dampnorum eiusdem Ciuitatis nostre restauracionem nostro Regio fauore subuenire, Vniuersos Census et prouentus ordinarios, scilicet et extraordinarios Maiestati nostre singulis Annis e medio populorum et Inhabitorum eiusdem nostre Ciuitatis *Coloswar* exigi et prouenire debentes prefatis Judici, Juratis ceterisque Ciuibus et toti communitati eiusdem Ciuitatis nostre per tres Annos integros a die datarum presencium litterarum inclusive computandos, duximus graciose remittendos et relaxandos ymmo remittimus et relaxamus presencium per vigorem. Quocirca Vobis fidelibus nostris Vniuersis et singulis dicatoribus, Coniuuatoribus, sollicitatoribusque exactoribus quorumcumque proventuum nostrorum, ordinariorum scilicet et extraordinariorum, quibus presentes ostenduntur harum serie firmissime mandamus, quatenus Nullos prouentus seu census, neque scilicet ordinarios, neque eciam extraordinarios de ipsa Ciuitate nostra *Coloswar* maiestati nostre modo premissis singulis Annis prouenientes a prefatis populis et Incolis eiusdem Ciuitatis per tres Annos integros a die ut prefertur datarum presencium inclusive computandos dicare et exigere aut eosdem ad solucionem eorundem Censuum et Prouentuum nostrorum contra formam premissis nostre relaxacionis quoquomodo cogere et compellere, Racioneque non solucionis eorundem in personis et rebus ipsorum impedire molestare et dampnificare non presumatis, et nec sitis ausi modo aliquali gracie nostre sub obtentu, Presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum Bude octavo die festi Sacratissimi Corporis X-sti [jun. 8.] Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo ¹⁾.

CXVII.

1458.

Mátyás király Kolozsvár városának, a kebelében levő bárminő sorsuak felett — a betegeket kivéve — polgári és bűnügyekben az előmutatott adatok és bizonyítékok alapján ítéletési joghatóságot enged.

C^o ppa Dni Reg.

Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit uniuersis, Quod quamuis Regalis munificencia erga uniuersos sacre Regie Corone fideles de innata sibi benignitate merito liberalis existat, ad illos tamen

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely egyszerű alakban, író-papírosra volt írva s középen a király veres viaszba nyomott hiteles pecsétével megpecsételve; ma egészen le van töredezve [Fasc. C. nro 9.]

uberius se debet diffundere, qui feruenciori studio ad sua seruicia ceteris se paraciores preclarioresque reddunt, Attendentes itaque debite fidei constanciam, et utilia sincere fidelitatis obsequia que nobis fideles nostri Circumspectus et Prouidus Egidius Iudex, et Barthws Feyer Juratus ciuis, sed et ceteri Incole et Inhabitatores Ciuitatis nostre *Coloswar*, eo tempore, quo nos apud manus condam Domini Ladislai similiter Regis Hungarie predecessoris nostri iniuste et abs re detinebamur et plerique partem ipsius Ladislai Regis tenentes Illustrem Dominam Elyzabeth genetricem, ac Spectabilem et Magnificum Michaellem Zylagy Auunculum nostros carissimos, nunc Gubernatorem huius Regni nostri Hungarie, et ipsis adherentes, partem scilicet nostram fouentes, dire persequabantur, eisdem Domine Elyzabeth genetrici, et Michaeli Zylagy, Auunculo nostris, pro eliberacione nostra laborantibus adherendo, et Item Sacre Regni nostri Hungarie Corone, predicti, constanter exhibuerunt, Volentesque eisdem, cum huiusmodi meritorum suorum intuitu, tamque ut eadem Ciuitas nostra *Coloswar*, precincta et insignita fortitudine libertatis populorum multitudine magis ac magis in dies valeat decorari, Populique in eadem pro tempore commorantes, ad queque nostra seruicia prompiciores reddantur, nostro Regio fauore subuenire, Eisdem Id gracie duximus annuendum et concedendum, ut a modo in posterum, Vniuersos et singulos, cuiuscunque status et condicionis Homines, demptis duntaxat Nobilibus, in quacunque causa Ciuili uel criminali, ad cuiusuis uel quorumeunque in eorum presenciam conuentum uel conuentos, secundum legitima documenta et probacionum sufficiencium experimenta, Juxta morem ipsius Ciuitatis nostre *Coloswar*, ipsimet liberam et omnimodam Judicandi habeant facultatem, Et nec eos aut eorum alterum, quocunque temporis in processu, aliquis uel aliqui, propterea impediunt, seu impedire presummant modo aliquali, gracie nostre sub obtentu, ymmo annuimus et concedimus, Harum nostrarum quibus secretum nostrum Sigillum, quo ut Rex Hungarie utimur, est appressum vigore et testimonio literarum mediante, Datum Bude, Octavo die festi Sacratissimi Corporis X-sti, [jun. 8.] Anno eiusdem, Millesimo quadringentesimo Quinquagesimo Octavo ¹⁾).

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva, nyitott alakban, belőlről takart veres viaszba nyomott pecséttel megerősítve. A pecsét le van töredeзве. [Fasc. J. n-o 18.]

CXVIII.

1458.

Mátyás király Kolozsvár városa kiváltságai és jogkedvezményei megtartását biztosítja.

C^o ppa dni Reg.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, Quod licet nos, prout regale exigit officium, cunctorum subditorum nostrorum meritis, condignis retributionibus respondere soliti simus, meritorum tamen qualitate pensata. Illos vberius, regys fauoribus prosequimur, qui maioribus Virtutibus, amplioribusque obsequys excellenciora premia meruerunt, Consideratis itaque integra fide et fidelitate, illisque fidelibus obsequys fidelium nostrorum Circumspectorum, Egidy Judicis, ac Barthws Jurati aliorumque Juratorum et ceterorum Ciuium et tocius Communitatis Ciuitatis nostre *Coloswar*; que ydem nobis eo tempore, quo apud manus condam domini Ladislai, similiter Regis Hungarie. predecessoris nostri, iniuste et abs re detinebamur. et plerique partem ipsius Ladislai Regis tenentes, Illustrem dominam Elvzabeth, Genitricem, ac Spectabilem et Magnificum Michaellem Zylagy de Horogzeg, auunculum nostros Carissimos, nunc Gubernatorem huius Regni nostri Hungarie, et ipsis adherentes, partem scilicet nostram tenentes, dire prosequerantur, eisdem domine Elizabeth, Genitrici, et Michaeli Zylagy, auunculo nostris, pro eliberacione nostra laborantibus constanter adherendo exhibuerunt, eandem Ciuitatem nostram *Coloswar*. ut pote eam, in qua nati sumus, ac prefatos. Egedium Judicem et Barthws Juratum, aliosque Juratos et ceteros Ciuies et Inhabitatores eiusdem Civitatis nostre, et quemlibet eorum, pro tempore existentes, in omnibus libertatibus prerogatiuis privilegys et consuetudinibus eorum tenere et conseruare promissimus, et promittimus Harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, Datum Bude Octauo die festi Sacratissimi corporis x-sti, [jun. 8.] Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo ¹⁾).

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára volt írva s közből veres viaszba nyomva megpecsételve, legalól a jobbfelőli szegleten : *Lecta*, kívül : Fasc. P. Nro 31. Egy második példánya látható P. 32 sz. alatt. Kiadta Gr. Teleki József is, Hunyadiak Kora X-ik Kötete 590—591 ll.

CXIX.

1458.

Mátyás király az idegen bornak Kolozsvárra bevezetését megtiltja.

C^o ppa Dⁿⁱ Regis.

Mathias Dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Fidelibus nostris Vniuersis et singulis prelatibus Baronibus Comitibus Castellanis Nobilibus ipsorumque officialibus. Item Ciuitatibus Opidis et liberis villis. earumque rectoribus Iudicibus et villicis, cunctisque Alys Hominibus extraneis scilicet et in Ciuitate nostra *Coloswaar* commorantibus. Salutem et gratiam, Cum Antiqua libertas et consuetudo Ciuitatis nostre *Coloswaar* predictae id habeat, Vt nullus omnino extraneorum hominum scilicet in eadem Ciuitate nostra *Coloswaar* commorancium. Vina extranea et forensia, Ad dictam Ciuitatem nostram introducere possit. Ideo fidelitati vestre et cuiuslibet vestrum harum serie firmiter precipiendo mandamus. quatenus A modo in posterum nullus vestrum, vina extranea et forensia in dictam Ciuitatem nostram *Coloswaar*, contra huiusmodi libertates et consuetudines eorum introducere et importare debeat Alioquin plenam dedimus et presentibus concedimus facultatem. eisdem Ciuibus nostris vt ipsi Vos et quemlibet vestrum Ab introductione et importacione huiusmodi vinorum, iuxta libertates et Antiquas consuetudines eorundem compescant Secus igitur facere non Ausuri presentibus perlectis exhibenti restitutis Datum in Themeswaar in festo beati Nicolai Episcopi et confessoris [dec. 6.] Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo ¹⁾.

CXX.

1459.

Schleffer János özvegye Margit asszony végrendelete, melyet főképen a kolozsvári plebánus és az ottan levő egyházak oltárai és szerzetek javára tett.

Nos Conventus Monasterii B. Mariae Virginis de Kolos Monostra, memoriae Commendamus, quod Provida, ac honesta Domina Margaretha vocata, relictæ Joannis Schleffer, civis Civitatis *Kolosvar* nostram personaliter accedens in presentiam, ex bono, maturoque, et deliberato animo in se præhabito, vivae vocis oraculo, spontaneaue voluntate confessa exstitit in hunc modum : Quod Ipse [így] attenden — ²⁾ perspicaci, quam caduca sit Hominis vita, et labilis pergens nimirum aetas, oppressaque mens ignorantiae caecitate, nisi Divina fuerit illustrata luce, nequit ad superna anhe-

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely regál papírosra van írva s a király rányomott nagyobb pecsétével megerősítve. [Fasc. V. n-ro 8.]

²⁾ Egy szótag rövidítve.

lare, formidans, ne repentine, et inopinate mortis articulo superveniente intestata decedat, bona sua mobilia et immobilia inutiliter distraherentur, et dilapidarentur, de eisdem bonis, et rebus suis mobilibus et immobilibus a Deo sibi — — ¹⁾ donata, et collata, talem egisset testamentariam Dispositionem, futuris temporibus post abitum suum perpetue duraturam quod 1-mo Domum Suam in veteri Castro praedictae Civitatis *Kolosvar*, penes Domum Providi Viri Joannis Herman dicti situatam, nec non tertium dimidium jugerum Vinearum in Promontorio dictae Ecclesiae nostrae Kőmál vocato, in Vicinitatibus Vinearum Discreti Viri Joannis Sacerdotis filii annotati quondam Joannis Schleffer ab una parte, siquidem ex altera Providi Viri Petri Balog dicti de praedicta Civitate *Kolosvar* adjacens, Eidem Joanni Sacerdoti filio scilicet : suo nouerco, nec non Discretis Viris alteri Joanni nostro, ac Bartholomeo Sacerdotibus de dicta Civitate Capellanis, item honestis Dominabus Dorothea, Providi Jacobi Schlewning, ²⁾ nec non Catharina vocatis, Caspari Herman dictorum Civium dictae Civitatis *Klusvar* Consortibus, et puellae Getrudis vocatae, filiae quondam Stephani inhabitatoris ejusdem Civitatis *Kolosvar* testamentaliter reliquisset, et commisisset tali modo : ut Ipsi tanquam Exequutores praemissam Domum, ac dicta jugera Vinearum post obitum suum venundare, seu Venditioni tradere, pretiumque earundem pro animae suae Salute juxta Conscientiam ipsorum modo infra declarando expendere, et disponere debeant 1-o Missam pro Defuncto per duos annos quotidie absque aliquo defectu in Ecclesia Parochiali B. Michaelis Archangeli in saepefata Civitate *Kolosvar* fundata, solemniter decantare faciant, et teneantur, itaque numerus praedictorum integrorum duorum annorum plenarie supleatur et ad easdem Missas unam masam Cerae cum media pro Candelis, item ad aedificationem, et Structuram ejusdem Ecclesiae B. Michaelis Archangeli 25 fl. auri, item ad Altare S. Corporis Christi mediam masam Cerae, item Altari B. Joannis Similiter mediam masam Cerae, item Capellanis dictae Ecclesiae Parochialis, cuilibet Seorsim unum flor. auri, item ad Coquinam Fratrum Ordinis Praedicatorum de Claustro B. Mariae Virginis in saepedicta Civitate *Klusvár* fundata 10 fl. auri, item ad aedificationem ejusdem Claustri 25 flor. auri, [item ad aedificationem ³⁾] Itaque per unum integrum annum ordinarie missam pro defuncta legen — ⁴⁾ absque aliquo intervallo in eodem Claustro celebrari faciant, item monialibus de Claustro B. Egyidii Abbatis extra Civitatem praedictam *Kolosvár* in promontorio Vinearum fundato pro Vestibus, aut alia quavis necessitate earundem 10 fl. auri, item Pauperibus in Ecclesia S. Spiritus modo simili extra eandem Civitatem fundata degentibus unum Vas vini, item Fratribus Ordinis Eremitarum in Claustro B. M. Virginis sub Castro S. Michaelis Archangeli [?] exstructo, existente 5 fl.

¹⁾ Az előttem állott másolatban is ennyi hézag.

²⁾ E nemzetség-név különböző változatokban jó elé az oklevelekben, fenebb helyesen készült hasonmását már adtam.

³⁾ Kétszer irva az előttem állott példányban is.

⁴⁾ A végső szótag hiányzik.

auri, item ad dictum nostrum Monasterium Ceram valoris duor. flor. auri, pro Candelis, seu Lucernis tempore elevationis incendendis, item annotato Joanni Sacerdoti filio scilicet suo noverco ad usum Suum proprium 25 fl. auri, item eidem Domino — — ¹⁾ Septem Coclearia argentea, ut de eisdem Sibi ipsi Calicem construi faciat, et pro labore ejusdem Calicis 12 fl. auri, item alteri Joanni Sacerdoti Capellano nostro pro usu suo proprio 6 fl. auri, Item pro restitutione pauperum medicamin — ²⁾ 16 fl. auri, item quasdam tres domunculas in Curia jam fatae Domus suae prope magnam Januam, seu portam ejusdem Curiae penes se se contiguo adjacentes, quas quidem Domunculas annotata puella Getrudis filia Stephani, nec non honesta puella Anna vocata, filia quondam de Karko ex Consensu, et Voluntate praelibatae Margarethae cum Ipsarum sumptibus, et Expeasis construi, et aedificari fecisset, eisdem puellis cum libero egressu, et regressu per dictam portam usque tempora Vitae earundem testamentaliter reliquisset et legavisset, imo tam easdem Domunculas, quam omnia alia praemissa, et quaevis praemissorum Singula — — ³⁾ quod jam Superius ordinatim posita sunt, reliquit, et commisit, atque testamentaliter legavit Coram Nobis, hoc tamen specificato et adjecto, quod quandocunque temporis in Successu Valentinum filium, quondam Andreae filii praedictae Dominae Margarethae, de longinquis partibus remeare contingeret, et Idem de praescriptis bonis, et rebus praefatae Dominae Margarethae partem, seu portionem habere vellet, et conaretur, extunc dictus Valentinus de eisdem demptis quibusdam certis rebus puta : duobus jugeris Vinearum in promontorio jam dictae Ciuitatis *Kolosvár* Tusokmál ⁴⁾ vocato in Vicinitate Circumspectorum Virorum Joannis Herczeg ab Occidentali, ab Orientali vero partibus praenotati Jacobi Schlewnyng ⁵⁾ adjacentium, nec non uno lecto cum Copertorio et duobus magnis pulvinaribus, ac quatuor Cussinibus, et totidem lintheaminibus, item 5 manutergiis, et tribus Scriphis seu Cantaris plumbeis uno eorundem unum Octavale, aliis vero duobus, quolibet tria quartalia continentibus, item una mensa, et una Scultella Stannea praefatum Valentinum Jure Haereditario concernentibus nullam partem seu portionem habere queat, neque possit, praemissamque testamentariam Dispositionem nec in toto, nec in parte, nec Judicio, nec extra Judicium infringere queat, neque possit. In cujus rei Testimonium praesentes Litteras nostras duximus concedendas. Datum die Dominico proximo ante festum Beatorum Jacobi et Philippi Apostolorum [ápril. 29.] A. D. 1459 ⁶⁾.

¹⁾ Hiány az előttem állott példányban is.

²⁾ Hiány az előttem állott példányban is.

³⁾ Itt is.

⁴⁾ Ma : *Tusokmál*.

⁵⁾ Feljebb már e nemzetség-név helyes leírása hasonmásban adva van.

⁶⁾ A kolozsv. r. kathol. plebánia levéltárában „*Universalis*“ feliratu csomagban levő másolatból; eredetijét siker nélkül kerestem ott és a konventi levéltárban is.

CXXI.

1459—1465.

Mátyás király a kolozsváriak kiváltságai ellen bár kiknek adott kedvezményleveleket semmit érőknek nyilvánítja.

C^o ppa Dⁿⁱ Regis.

Nos Mathias dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie Rame. Servie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque Rex. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis. Quod fideles nostri Circumspecti Nicolaus filius petri filij Mathie. Judex, et alter Nicolaus Zompol. Juratus ciuis Ciuitatis nostre *Koloswar* maiestatis nostre venientes in conspectum, in ipsorum, ac vniuersorum aliorum Ciuium, et tocius communitatis dicte Ciuitatis nostre *Koloswar*, personis, exhibuerunt nobis, quasdam literas. nostras patentes Sigillo nostro Secreto, quo ante felicem coronacionem nostram vtebamur, in appresso consignatas, Super quibusdam annuentys per nos eisdem Ciuibus nostris dicte ciuitatis nostre, factis, confectas, tenoris infrascripti Supplices nobis, vt prefatas literas ratas gratas et acceptas habentes, literisque nostris priuilegialibus, de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali inscribi facientes. approbare. et eas, ac omnia in eis contenta, pro ipsis Iudice Jurato, ceterisque ciuibus et tota communitate dicte ciuitatis nostre *Koloswar*, Innovantes perpetuo valituras confirmare dignaremur, Quarum quidem literarum tenor talis est, Nos Mathias dei gracia, Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium Significantes. quibus expedit vniuersis. Quod fidelis noster circumspectus Stephanus filius Bartholomei Judex Ciuitatis nostre *Koloswar*, nostram veniens in presenciam, suo, ac vniuersorum Ciuium nec non tocius communitatis eiusdem Ciuitatis nostre, nominibus, maiestati nostre id declarare curauit, Quomodo nonnulli forent Homines, qui, maiestatem nostram, de libertatibus pretacte Ciuitatis nostre non bene informantes, et rem longe aliter quam eam veritas haberet maiestati nostre exponentes, contra prefatos Iudicem et Juratos, ac alios Ciues nec non communitatem pretacte Ciuitatis nostre *Koloswar* ac contra iusticiam et antiquas libertates eiusdem Ciuitatis nostre pro eorum parte, certas Literas, a nostra maiestate impetrassent, impetrarentque sepius, quibus mediantibus, eosdem Iudicem ac Juratos, et ceteros ciues nec non communitatem dicte Ciuitatis nostre *Koloswar* contra antiquas libertates eorundem in nonnullorum Subditorum nostrorum presencys, in causam conuenire, ac eorundem Iudicio et iudicatu astare, nec non eciam ad nonnulla alia cogere. et compellere, ac aliter multipliciter in dictis eorum libertatibus impedire molestare et perturbare vellent, Quare supplicavit Idem Stephanus Judex suo, et dictorum vniuersorum ciuium nec non Communitatis antefate, ciuitatis nostre *Koloswar*, nominibus, maiestati nostre humiliter, vt eisdem superinde de remedio providere dignaremur

opportuno. Nos igitur tum ad Huiusmodi supplicacionibus [így] dicti Stephani Judicis inclinati, tum vero, eo respectu moti vt prefatos Judicem Juratosque, et alios uniuersos Ciues, et communitatem antefate ciuitatis nostre *Koloswar*, veluti eius, que nobis sumpme fidelis est, et in qua feliciter nati sumus, in antiquis libertatibus, et laudabilibus consuetudinibus, conseruemus [így], eisdem Judici et Juratis ac ceteris Civibus, nec non communitati antefate Ciuitatis nostre, Id duximus annuendum et concedendum, ymmo annuimus et concedimus presencium per vigorem, vt ipsi a modo in antea Huiusmodi literas nostras, per quempiam Hominum contra libertates ipsorum, modo premissis impetratas, uel impetrandas obseruare non teneantur, nec ad contenta earundem quomodo sint obligati, Quocirca vobis fidelibus nostris vniuersis et singulis Iudicibus et iusticiarijs regni nostri, et parciū sibi subiectarum ecclesiasticis scilicet et Secularibus cunctis eciam alijs cuiusvis Status et condicionis Hominibus presentes visuris. harum serie firmiter precipimus et mandamus, quatenus a modo deinceps. pretactos Judicem Juratosque et ceteros ciues, ac communitatem antefate ciuitatis nostre, vigore huiusmodi literarumstrarum per quempiam Hominum, contra premissas libertates eorum modo premissis impetratarum uel impetrandarum ad cuiusvis instanciam iudicare, uel vestro astare iudicatu, aut ad alia quecunque compellere, uel aliter qualitercunque impedire molestare aggravare perturbare et dampnificare nullatenus presumatis, gracie nostre sub obtentu, Presentibus perlectis exhibenti restitutis Datum Bude, die dominico proximo post octauas festi Sacratissimi Corporis X-sti [jun. 3.] Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo Nono, Nos igitur deuotis Supplicacionibus prefatorum vtriusque Nicolai, per eos nostre modo quo supra porrectis, maiestati Regia benignitate exauditis et Clementer admissis, prescriptas literas nostras. non abrasas non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni suspicionis vicio carentes, presentibus literis nostris priuilegialibus, de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali insertas; quoad omnes earum continencias clausulas et articulos, eatenus quatenus eodem rite et legitime existunt emanate, et viribus earum veritas suffragatur acceptamus approbamus et ratificamus, ac insuper easdem et omnia in eis contenta, Non obstante decreto in Albaregali tempore Coronacionis nostre edito, in quo declaratur, quod infra lapsum unius Anni integri omnes litere Serenissimi principis domini Ladislai regis immediati predecessoris nostri similiter omnes litere nostre ante coronacionem nostram date confirmari debuissent, Alioquin in Vigore non manerent, pro dictis Judici Jurato ceterisque Civibus et tota communitate dicte ciuitatis nostre *Koloswar* pro tempore constitutis, Innouantes, perpetuo valituras. confirmamus presentis scripti nostri patrocinio mediante, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes literas nostras priuilegiales pendentis et autentici Sigilli nostri dupplicis munimine roboratas eisdem duximus concedendas Datum per manus Reuerendissimi in X-sto patris domini Stephani ecclesiarum Colocensis et Bachiensis Archiepiscopi Aule nostre Summi Cancellary fide-

lis nostri dilecti Anno domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo quinto, tredecimo Calendis Septembris, [aug. 20.] Regni nostri Anno octauo Coronacionis vero Secundo. Jo ¹⁾).

CXXII.

1459.

Mátyás király Kolozsvár város birájának és esküdt tanácsosainak azon joghatóságot adja, hogy rendeleteiknek mindenki fő- és vagyonvesztési büntetés terhe alatt engedelmeskedni tartozzék.

C^o ppa. Doni Reg.

Emerico de Zapolya Thesaurario referente.

Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus per presentes, Quod licet fidelis noster Circumspectus Silvester Ciuis Ciuitatis nostre *Koloswar*, fideles nostros Judicem Juratos et nonnullos alios Ciues, Ciuitatis nostre prefate, racione quorundam negotiorum in nostram presenciam euocauerit, Tamen quia ad praesens in multis et arduis negocijs Regni nostri sumus occupati, ideo nos, audienciam eiusdem facti, ad octavum diem festi beati Michaelis Archangeli proxime affuturi duximus prorogandum. Mandamus partibus utrisque, ut ipsi termino in predicto pro habenda audiencia facto in premissis quid contra sese dicere vel allegare voluerint, coram nobis comparere. debeant et teneantur, Volumus denique et committimus toti communitati Ciuitatis nostre prefate, ut ipsi in omnibus lictis et consuetis. Judici et Juratis Civibus Civitatis nostre prefate pareant et obedire teneantur, Qui vero ex Ciuibus et Hospitibus eiusdem Ciuitatis nostre *Koloswar*, Memoratis Judici et Juratis ciuibus ut moris est obedire nollent aut non curarent, Hÿ in amissione capitum rerumque et bonorum suorum contra nostram Maiestatem convincantur eo facto ymmo prorogamus presencium testinonio mediante. Datum Bude feria tertia proxima post Festum Diuisionis Apostolorum [jul. 17.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo Nono ²⁾.

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s kettős függő pecséttel megerősítve, egyik oldalon a király életnagyságu képe, másikon nemzetségi és az ország címerei. Oklevél és pecsét ép. Ez átírt kiváltságlevélből két példány van a város levéltárában, egyik hártýára, másik papirosra írva [P. 30. 32. szám alatt], a harmadik maga ezen [P. 33. szám alatti] királyi átírat illetőleg a külső formáság kellékével bíró kiváltságlevél, melyet azért közlök, mert jogilag erősebb, történelmileg — az előzményében és záradékában levő részleteknél fogva — becsesebb. A pecsétnek rajzát is adni a nagy király iránti kegyeletnél fogva láttam szükségesnek. [Látható a RAJZOK illető tábláján.] Ezen 33. sz. alatti oklevelet a kolozsmonostori konvent átírta 1539- ápril 5-n [feria sexta proxima ante Dominicam Misericordie] nemes Pesti Antal deák [nobilis Antonius Literatus Pesthinus] kolozsvári polgár kérésére, s a város levéltárában ugyan ezen szám alatt van elhelyezve.

²⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely regál papirosra van írva nyi-

CXXIV.

1460.

A kolozsmonostori apátság kormányzója az alatta levő, s Kolozsvárat és környékén lakó apátsági jobbágyságok hegy-bér címén való viasz- és készpénzfizetését a szőlőhegyek terméketlensége s elpusztulása tekintetéből elengedte a dézma pontos fizetése föltétele alatt.

Bartholomeus Gubernator et Conventus Abbacie. Monasterij Beate Marie virginis de Colosmonostra Omnibus X-sti fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris Salutem in omnium saluatore, Ad vniversorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod quia prudentes et Circumspecti viri Petrus Balog Melchior Sleffer Leonardus Bwlchyn Lucas Kysmesther Erazmus Engel et Nicolaus dicti Zompol. Conciues et Inhabitatores Civitatis *Coloswar*, in ipsorum, ac vniuersorum Hospitum et Incolarum dicte Ciuitatis *Coloswar*, nec non quorumlibet Hominum ubicunque locorum cunctancium, ab vna parte uero ex altera. Prouidi viri Franciscus Jo, Johannes Nag Andreas Zekel Johannes Gebarth alter Johannes Nebleng et Laurencius dicti Solar. Hic in possessione nostra Monosthor residentes. similiter in ipsorum, ac vniuersorum Jobagionum nostrorum in dicta Monosthor nec non aliorum vbiuis locorum. commorancium, personis, qui uidelicet in territorio antefati Monasterij vineas haberent. nostram accedentes presenciam, parili uoce nobis retulerunt supplicantes, Quod quia ipsi in nostro et predictae Ecclesie nostre. territorio intra metas eiusdem Monasterij nostri nonnullas uineas haberent et conseruarent pro quibus quidem uineis hactenus pro terragio montis uinearum uidelicet pro quolibet Jugero uinearum vnum Talentum cere nobis et nostris predecessoribus a pluribus retroactis temporibus dedissent et exsoluissent, propter quam cere exaccionem quam plures vinee in iam dicto nostro Territorio desolate forent, ymmo vnum integrum promontorium *Gorbo* appellatum prorsus et omnino Incultum et Inexcolatum ac desertum et in nichilum redactum reliquerunt. Nos itaque attendentes premissas damnificationes periclitaciones ac diminuciones nostrorum ac prefate Ecclesie efructuum et prouentuum pati et ssuffere [így] nolentes, Sed potius ipsos fructus et prouentus augmentare ut tenemur et non periri et diminui volentes, non enim solum prelibatum promontorium. sed et promontoria nostra alia, puta *Kewmal* vltra fluuium Zamos a Septentrionali et *Pethlend*, appellata, a meridionali, partibus et plagis terre existencia desolata et desertata, iam de facto forent inchoata, Sepe dictam eciam Ceram hactenus exactam, agnovimus magis fuisse maximum in nocumentum nobis nostrisque predecessoribus ac pretacte Ecclesie nostre quam alicuius commoditatis, Ne ideo prelibatarum uinearum promontoria, temporibus suc-

írásmóddal s a végén hiányosan kiadta *Schlözer*, Kritische Samml. sat. című műve 56—59 lapjain. Kiadta *Szilágyi S.* is Erdélyország Története. MDCCCLXVI, I. köt. 219 — 224 ll. gróf Kemény J. ily című gyűjteményéből: Diplomatar. Transsilv. Supplementum IV. köt. 55—63. ll—ról.

cessiuis desolarentur et in nichilum redigerentur Sed ut ipsa vinearum promontoria magis reformarentur et in vberiore fructuositate deuenire possent, nobisque, ac memorate Ecclesie nostre, nec non nostris futuris Abbatibus in fructuosiore profectum existerent, ex deliberato animo maturoque consilio in nobis prehabito, hanc gratiam annuimus perpetue duraturam omnibus Hys qui uidelicet in Territorys sew promontorys prenotati Monastery Beate Marie virginis vineas habere dinoscerentur conseruarentque et haberent, Ipsam sepe dictam Ceram pro terragio montis vinearum exigui consuetam, ac in singulis tribus Jugeribus terrarum pro terragio montis vnum florenum auri, A die datarum presencium futuris perpetuis temporibus remittimus et remissimus atque relaxamus vnacum Nonis vinorum, Nisi duntaxat de vinis ex eisdem vineis nobis et dicte Ecclesie nostre prouenire debentibus veras et Justas Decimas exsolvituri existant, vti cultores fidei X-stiane, de suis vinis et frumentis ueras et Justas Decimas in patrimonium Crucifixi dare consueuerunt, Nosque eciam vniuersas literas nostras priuilegiales causalesque et adiudicatorias, sub quibusuis formis uerborum, In facto dicte Cere ac in singulis tribus Jugeribus terrarum pro terragio montis vnum florenum auri, nec non None partis vinorum, emanatas, cassas, vanas et inanes viribusque carituras, exhibitoribusque earundem nocituras, reliquimus et commisimus, Insuper uolumus ut nostri successores Abbates premissam disposicionem, nulla racione et cautela, nulliusque Juris et consuetudinis remedys suffragantibus, Nec eciam in vltima eorum voluntate huic disposicioni valeant, quoquomodo contraire et ipsam in irritum revocare, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes literas nostras priuilegiales pendentes et autentici Sigilli nostri munimine roboratas, duximus concedendas, Datum feria tertia proxima ante festum Beate Margarethe virginis et martiris [január 26.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo ¹⁾.

CXXV.

1462.

Mátyás király megerősíti a kolozsvári plébánust, a Szent-Mihály-egyházat, s ehez tartozó plébánia-telket minden eddigi, különösen pedig malmánál kétkerékű taliga-tartási s az erdőből szükségére kellő fa-hozatási kedvezményeiben.

C^o ppra Dni Regis

Benedicto de Thurotz Magistro nostro Referente.

Nos Mathias Dei Gratia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes: quibus expedit Uniuersis: Quod nos tum ad Humillime Supplicacionis Instanciam Fidelis nostri Honorabilis Gregorii Presbyteri de *Koloswar*, Plebani Ecclesie Parochialis S Mi-

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s a kolozsmonostori konvent kék és veres selyem zsinoron függő pecsétével megerősítve [Fasc. V. Nr. 9.].

chaelis Archangeli in ipsa Civitate nostra *Kolosvar* constitute nostre propterea porrecte Maiestatum etiam ob Spem et deuotionem, quam in Sancto Michaelis Archangelo, in Cujus nomine dicta Ecclesia fundata existit, gerimus Speciales ipsi Ecclesie S. Michaelis Archangeli et per consequens Rectori ejusdem pro tempore constituto ac eciam fundo Curie seu Domo ad ipsam Ecclesiam pertinente, quam videlicet Rector Ecclesie S. Michaelis Archangeli predictae pro tempore Constitutus inhabitat, de nostra benignitate Regia id duximus annuendum et concedendum imo annuimus et concedimus presentium per vigorem: Ut ipsa Ecclesia Parochialis S. Michaelis Archangeli ac ejus Rector pro tempore constitutus nec non Domus seu Fundus Curie ad ipsam Ecclesiam pertinens omnibus illis Libertatum prerogatiuis necnon Consuetudinibus bonis tam in iuribus Molendeni Bige duarum Rotarum ac Lignorum de Sylua pro usu suo necessariorum exportatione quam etiam aliorum Jurium quorumcunque videlicet ab Antiquo tempore, temporibus videlicet Diuorum Regum Predecessorum nostrorum ipsa Ecclesia ac ejus Rectores pro tempore constituti usi fuerunt et gauisi etiam in futurum successiuis temporibus semper duraturis uti possint et gaudeant in saluo semper Jure alieno confirmantes et roborantes per presentes omnes illas literas et priuilegia quorumcunque Regum Predecessorum nostrorum, sub quacunque verborum forma emanata et confecta, si qua vel que super ipsis libertatum prerogatiuis haberent seu habuerunt. In cuius rei testimonium firmitatemque perpetuam presentes literas nostras secreti sigilli nostri, quo ut Rex Hungarie utimur munimine roboratas duximus concedendas Datum Cibinii Die Dominica proximo ante festum Diei Michaelis Archangeli [sept. 23.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo sexagesimo Secundo ¹⁾).

CXXVI.

1463.

Kolozsvár birája és esküdt közönsége kéri a szebenieknek a királynál való közbenjárását Dengelegi Pongrácz László kolozsmonostori apátsági kormányzó ellenében.

Paratam in singulis seruendi voluntatem, cum honoris exhibitione Prudentes, et circumspectj Virj domini — ²⁾ fratres et amici nobis semper honorandi Vestre amicieie dolorose referimus Quod licet sepenumero generosissimo Domino Nro Magn. Regi domino Johani Pongrac Waywad

¹⁾ A város levéltárában levő újabb időbeli egyszerű másolatból [Fasc. II. Nr. 5. Ad nr. 982 789.].

²⁾ Tisztelt barátom, Seivert Gusztáv, nagyszebeni senator úr szíves volt a hátyán levő egyes sorok terjedelmét a másolatban azok végére tett egy vonallal kijelölni. Én megtartottam a nyomtatásban is, hogy másolatához hű legyek; sajnálom, hogy a rövidítésekhez szükséges jegyek kiötlésével a kiadó nemes város költségét nem nevelhetvén: e tekintetben a másolatnak teljesen híven adásától el kellett állanom.

[így] sed et toti mundo Vt ita dicamus Illas oppressiones Injurias molestias — depredaciones ac nocumenta quibus Egregius dominus Ladislaus Pon-grac de Dengeleg Gubernator Abbacie de Clusmonostra — nos incessanter afficiendo lacesabat scriptis et relatibus conquerentes reserauimus — ut ab eisdem deinceps desisteret. Ecce rursus idem dominus Ladislaus feria secunda proxime preterita cum suis sequacibus obstinatis malicia et ex sugestione — diabolica, ad domos certorum nostrorum Concivium manibus armatis hostiliter Irruens, alios de domibus confuse extrahens — plagis crudelibus afficiens eosque per tempora apprehensos per plateas et Vicus trahebat, vapulando et alios — cistis confractis et florenis expoliatis. crinibusque ewulsis dire et diuersimode molestando deturpabat. Quibus Visis — Communitas populi huiusmodi Intollerabilibus maximisque potenciarÿs actibus quamvis Inuita non paruo tumultu Insurgens — eundem d. Ladislaum cum tribus familiaribus suis interemit pro cujus Interemtionis comissionis comissione [így] prefati d. Nri Regis In Ignominiam nos Incurisse formidamus Vestris igitur supplicamus amicitiiis diligenciusque hortamur diuine remunerationis, Sed et Seruiciorum nostrorum Jurium — cum ceteris fratribus fautoribus et amicis uestris nobis fauorosis, de et super premissi pro eh dolor (?) comiss — taliter subordinationes tractare et disponere uelitis ne nos eorum Insultibus Videamus quo quomodo periclitando dirumpj quin potius — nobis amicabiliter assistentes vestro fretj auxilio ab huiusmodi malis nobis Imminentibus valeamus generosius exornarj — Interim quousque Idem Dominus noster Rex Indignacionem suam Regiam ratione previa mitigand. eiusque benignitatem graciosè impetrare poterimus cum Capita nostra In Sinum Sue S. humillime Offerentes a nemine alio quam sua Regia Maiestate graciám recepturj, pro quo Servicÿs nostris eidem v. a. vita nobis comite Obuiaturj — Datum Secundo die festi Beatorum Simionis, et Jude Apostolorum [octob. 29.] Anno domini etc. Sexagesimo tercio. Preterea Sciatis, quod armento — Equacibus Quiumque gregibus omnino destituti sunt.

Judex ac Jurati ciues

Ciuitatis Coloswariensis.

Kivül: Prudentibus, et Circumspectis Viris Magistro ciuium Iudicibus nec non Juratis Senioribus Cibiniensibus atque — Septem sedium Saxonicalium parcium Transsiluanarum — dominis. fratribus et amicis nobis semper honorandis ¹⁾).

¹⁾ 9 1/4" széles 6' hosszú papirosra írt oklevél, vízjegy nélkül; eredetije a szász nemzeti levéltárban 14 sz. alatt.

CXXVII.

1464.

Mátyás király általános tartalmu parancslevele az iránt, hogy a Kolozsvárról közelebről megszökött népeket és jobbágyokat birtokából mindenki oda vissza útásítsa.

C^o propria Dni Regis

Mathias dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Fidelibus nostris vniuersis et singulis, Prelatis, Baronibus, Comitibus, Castellanis, Nobilibus ipsorumque Officialibus. Item Ciuitatibus, Opidis et Villis, eorumque Rectoribus, Iudicibus et Villicis, alterius eciam, cuiuscunque status, et condicionis hominibus, presencium noticiam habituris, Salutem et Graciam. Intelleximus qualiter nonnulli essent ex Vobis qui populos et Jobagiones nostros, qui hys diebus proxime elapsis, de Ciuitate nostra *Koloswar* ad earum possessiones aufugissent, moraturi, in ipsorum possessionibus detinerent, et ad pristina sua habitacula remittere nollent. In displicenciam nostre Maiestatis, Et quia nos volumus, vt omnes tales Jobagiones nostri, qui vt prefertur ad aliorum quorumcunque bona et possessiones, de dicta Ciuitate nostra, aufugissent moraturi, rursus et iterum, ad pristina eorum habitacula remittantur, Ideo fidelitati Vniuersitatis Vestre et cuiuslibet uestrum harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatenus receptis presentibus, huiusmodi populos et Jobagiones nostros, de dictis uestris possessionibus, ad pristina eorum habitacula remittere debeatis, et teneamini, Alioquin commisimus, et presentibus striccius committimus fidei nostro Magnifico Johanni pangracz de Dengelegh, Woyuode Transylvano, ac Comiti Siculorum nostrorum, ut ipse vos, et quemlibet Vestrum, ad premissa facienda, cum uestris grauaminibus, in talibus fieri consuetis, arcius compellat et astringat, auctoritate nostra presentibus sibi in hac parte attributa, et Justicia mediante Secus ergo non facturi, presentibus perlectis, exhibenti restitutis. Datum Bude in festo beati Adalberti Episcopi, [ápril. 23.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Quarto, Regni nostri Anno Septimo, Coronacionis vero primo ¹⁾.

CXXVIII.

1465.

Mátyás király külön parancslevele, intézve kolozsmonostori Péter apáthoz a végre, hogy az a földbéröket s tartozásaikat megfizető jobbágy népeket Kolozsvár városába beköltözni és megtelepülni ne akadályozza.

C^o ppa Dni Regis.

Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie, Croacie etc. Fidei nostro Religioso fratri Petro Abbati de Colwsmonostra Salutem et gratiam, Refe-

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely regál papirosra van írva nyitott alakban s belől a király rányomott pecsétével megerősítve. Minden ép. [Fasc. J. N-ro 34.)

runt nobis fideles nostri Circumspecti Judex et Jurati ceterique Ciues Ciuitatis nostre *Coluswariensis*, Quomodo vos Jobagiones de uestris possessionibus habita licencia Justoque terragio deposito, et alijs omnino debitis persolutis, ad Ciuitatem nostram *Coluswar*, cum eorum rebus et bonis libere recedere et abire non permetteretis, In preiudicium eorundem exponencium et dampnum valde magnum Et quia iuxta consuetudinem et legem Regni nostri Hungarie, hactenus observatam quilibet Jobagio et Jobagionalis condicionis homines, tam de nostris, quam aliorum quorumcunque possessionibus nec non Ciuitatibus opidis et villis receptis iuxta Regni nostri consuetudinem licencys. Justisque depositis terragys et alijs eorum debitis solitis persolutis, ad quorumcunque possessiones sew Ciuitates se transferre voluerint moraturos libere recedere et abire permitti debent, personis Rebusque et bonis eorum per omnia semper saluis, Ideo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus, habita presencium noticia, omnes tales vestros Jobagiones et Jobagionalis condicionis homines, qui ut preferatur obtentis licencys depositisque eorum iustis terragys et alijs debitis legitime persolutis, de vestris possessionibus ad prefatam Ciuitatem nostram *Coluswar*, qui se transferre voluerint moraturos, simul cum eorum universis rebus et bonis libere recedere et abire permittatis contradiccione atque difficultate absque omni, Alioquin commisimus et harum serie presencium firmiter committimus fidelibus nostris wayuodis transiluanis tam presentibus quam in futurum constituendis, ut ipsi quibus horum contrarium per vos attemptum [így] fuerit, scita prius premissorum mera veritate, vos per penas in talibus fieri solitas compellant et astringant auctoritate nostra Regia presentibus ipsis in hac parte attributa et iusticia mediante. Secus igitur in premissis nulla tenus facere presumatis. Datum Bude feria sexta proxima post festum Beati Bartholomei Apostoli, [aug. 29.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Quinto, Regni nostri anno Octavo, Coronacionis vero Secundo ¹⁾).

CXXIX.

1465.

Mátyás király az iránti kedvezménylevele a Szűz Mária nevet viselő kolozsvári tímár-társulat részére, hogy ott e társulat tagjain kívül, tímár mesterséghez való nyers bőrt, senki ne vásárolhasson.

Nos Mathias Dei Gracia Rex Hungarie Dalmacie, Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit Universis,

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely egyszerű regál papirosra volt írva s alól, a szokott helyen a király kisebb rányomott pecsétével megerősítve, a mi azonban ma le van töredezve. Kivül: *Litere ut Abbas de Colosmonstra teneatur libere et pacifice permittere Jobagiones ad Ciuitatem Coluswariensem venire volentes.* [Fasc. J. N-ro 35.]

Quod nos ad humilime Supplicationis instanciam fidelis nostri Circumspecti Nicolai filij Mathie Iudicis Ciuitatis nostrae *Koloswar* per eum pro parte Confraternitatis Beate Marie Virginis in eadem Ciuitate Nostra *Koloswar* existentis nostre propterea porrecte Maiestati eidem confraternitati id graciose duximus Annuendum et Concedendum, ut nullus omnino Hominum, nisi Magistri Cerdones, in ipsa confraternitate existentes pelles seu cutes imparatas, ad artificium ipsorum necessarias emere valeant, Ita tamen quod ipsi Magistri Cerdones pelles et cutes huiusmodi iuxta consuetudinem in tali Artificio ab antiquo observari Solitam laborare debeant et illos qui Sic non laborarent Siue extranei, siue de ipsa Ciuitate nostra *Coloswar* existant condigna pena puniant, ymo annuimus et concedimus Harum nostrarum vigore et testimonio Literarum mediante Datum Bude feria quarta proxima post festum Beati Egidij Abbatis, [sept. 4.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo quinto. Regni nostri Anno octavo Coronacionis vero Secundo ¹⁾.

CXXX.

1465.

Pál pápa a kolozsvári plebánus és odavaló szerzetfőnökök közt az egyházi szertartások díjélvezete ügyében támadt egyenetlenség kinyomozására egyházi biztost küld ki.

Paulus Eppus servus Servorum Dei Venerabili fratri Eppo Transilvaniensi et Dilectis filijs Siculorum ac de Hunyat in ecclesia Transsylv. Archidiaconis, Salutem et apostolicam benedictionem, Querelam dilecti filij Georgij Rectoris Parochialis ecclesie Opidi *Coloswar* Transsylv. Dioecesis accepimus continentem, quod Guardianus Sti Francisci, ac Sti Dominici, et beate Marie ac Sti Augustini eiusdem Opidi Priores Domorum, ac Fratres eorundem Minorum Predicatorum Heremitarum eiusdem Sti Augustini ac beate Marie de monte Carmeli ordinum, parochianos dicte ecclesie ab illius uisitatione diebus Dominicis et festivis retrahentes, eos diebus ipsis temere ad divina recipere, eisque ecclesiastica Sacramenta exhibere, ac iuxta decretalem a felicio recordacionis Bonifacio Papa VIII predecessore nostro, que incipit : *„Super Cathedram“* editam, et deinde per pie memorie Clementem Papam V eciam predecessorem nostrum in Viennensi Consilio innovatam ad Confessiones audiendas minime deputati parochianorum eorundem Confessiones audire, nec non parochianorum dicte ecclesie Defunctorum Corpora, quamvis ipsi apud ecclesias domorum earundem non eligant sepulturam, ecclesiastice sepulture tradere presumpserunt, nec non de funeralibus et relictis defunctorum predictorum eciam apud easdem ecclesias eorum sepulturam

¹⁾ A tímár czéh leveles ládájában levő kétrétű papirosra irt s belülről rányomott veres pecséttel erősített eredetiből.

eligencium quartam sive canonicam porcionem eidem Rectori a prefatis Gvardiano, Prioribus et Fratribus iuxta dictum decretalem debitum sibi exhibere recusarunt hactenus, et recusant, in animarum suarum periculum, dietique Rectoris preiudicium - - ¹⁾ et gravamen. Quare idem Rector nobis humiliter supplicavit, ut sibi super hoc justicie ministerio subuenire paterna diligencia Curaremus. Quocirca discretioni Vestre per apostolica Scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde prepositis, quod iustum fuerit apellatione remota decernatis facientes, quod decreueritis per censuram Ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gracia, odio, uel timore subtraxerint, censura simili apellatione cessante compellatis ueritati testimonium perhibere Non obstante, si eisdem Ordinibus a Sede Apostolica indultum existat, quod persone ipsorum Ordinum ad iudicium trahi, aut suspendi, uel excommunicari, seu ipsi aut dictorum ordinum loca interdicti non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad Verbum de indulto huiusmodi mencionem, et qualibet alia dicte sedis indulgencia generali uel spetiali [így] cuiuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam uel totaliter non insertam, uestre iurisdictionis explicacio in hac parte quomodolibet valeat impediri que quoad hoc ipsis nolumus aliquatenus suffragari. Quodsi non omnes his exequendis poteritis interesse, duo aut unus Vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Rome apud sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominice Millesimo quadringentesimo Sexagesimo quinto quinto decimo Kal. Januarii [dec. 18.] Ptificatus nostri anno Secundo.

Card. de Nania ²⁾).

CXXXI.

1466.

Pál pápa az előbbi oklevélben körülírt ügyben egy korábbi pápai határozás teljesedésbe vételére egyházi biztost küld ki.

Paulus episcopus seruus seruorum Dilectis filijs . . . Preposito . . . et . . . Archidiacono de Torda ecclesie Transiluanensis, Salutem et apostolicam beneuolenciam. Sua nobis dilectus filius Gregorius Rector parochialis ecclesie loci de *Coluswar* Transiluanensis dicte petitione monstrauit, quod licet corpora parrochianorum dicte ecclesie defunctorum apud ecclesiam domus beate Marie ordinis fratrum predicatorum de dicto loco sepulturam eligentium antequam ad sepulturam huiusmodi defunctum ad dictum parochialem ecclesiam ueluti illorum matricem deferri ac ibidem Missa pro

¹⁾ Egykoru kitörlés.

²⁾ A kolozsvári r. kath. plebánia levéltárában levő eredetiből, mely bőrhártyára van írva s egyszerű kender spángán függő ólompecséttel hitelesítve. [1. Fasc. 11. szám alatt.]

defuncto et in remedium anime sue celebrari consueverit fueritque predictus et alij qui fuerunt pro tempore ipsius ecclesie Rectores predecessores sui in pacifica possessione uel quasi consuetudinis antedictae, a, tanto tempore cuius contrarij memoria non existit, quia tamen olim quondam Henricus Prior et fratres dictae domus eidem consuetudini temeritate propria contravenientes, corpus eiusdem parrochiani dictae ecclesie defuncti, qui apud ecclesiam dictae domus sepulturam elegerat, tunc ad ecclesiam matricem iuxta laudabilem consuetudinem predictam delatum uiolenter asportare ac parrochianos dictae ecclesie parrochialis ab illius uisitatione diebus dominicis et festiuis retrahentes eos diebus ipsis temere ad diuina recipere et sacramenta ecclesiastica preter et contra tenorem Constitutionis a felicitis recordationis Bonifatio papa VIII predecessore nostro editae, quae incipit *Super Cathedram* et per pie memorie Clementem papam V etiam predecessorem nostrum in uiennensi Concilio innouate ac ipsius Rectoris voluntatem exhibere, nec non eorundem parrochianorum confessiones audire dictorumque parrochianorum defunctorum corpora apud ecclesiam dictae domus eorum sepulturam non eligentium ecclesiastice sepulture tradere presumpserant et presummebant, de funeralibus quoque et relictis per defunctos eosdem etiam apud ecclesiam domus huiusmodi ipsorum sepulturam eligentes Quartam siue canonicam portionem eidem Rectori a prefatis priore et fratribus iuxta dictam decretalem ¹⁾ debitam sibi exhibere recusabant, idem Rector priorem et fratres predictos super hoc petendo eos condemnari et compelli ad desistendum a violentijs ac alijs premissis nec non dandam et Soluendam sibi Quartam siue portionem huiusmodi coram Johanne tunc Vicario Venerabilis patris nostri Episcopi Transiluanensis in spiritualibus generali traxit in causam et idem Vicarius rite in ea procedens diffinitiuam pro dicto Rectore et contra priorem et fratres predictos sententiam quae postea nulla saltem legitima prouocatione suspensa in rem transiuit iudicatam promulgauit: Quare pro parte dicti Gregorij Rectoris nobis fuit humiliter supplicatum ut sententiam predictam faceremus robur obtinere debite firmitatis, Quocirca discretionis uestre per apostolica scripta mandamus quatenus diffinitiuam sententiam predictam sicuti iuste prolata est faciatis auctoritate nostra appellatione post posita firmiter obseruari. Quod si non ambo hijs exequendis potueritis interesse alter uestrum ea nichilominus exequatur. Datum Rome apud Sanctum mareum Anno Incarnationis Dominice Millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto Kalend. Aprilis [körülbelöl márcz. 16 és ápríl 1. közt] Pontificatus nostri Anno Secundo ²⁾).

¹⁾ Egy szó az eredetiben is hiányzik.

²⁾ A kolozsvári r. katolikus plebánia levéltárában levő eredetiből, mely bór-hártyára van írva, s fejér czérna kötőn függött pecséttel volt erősítve, a pecsét azonban el van veszve; kívül különböző hátírásk. [I fasc. N-ro 12.]

CXXXII.

1466.

Mátyás király a kolozsmonostori apátság erődnék lerontatását elrendeli.

C^o ppa Dni Regis

Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Fideli nostro Venerabili et Religioso fratri petro Abbati de Kolosmonostra, Salutem et graciam, Intelleximus quod vos quoddam fortalicium in circuitu Monasterij illius Abbacie absque annuencia nostra erexissetis, de quo Regnicolis nostris et signanter Ciuitati nostre *Koloswar* dampna faceretis, et possent ulterius dampna maiora prouenire, Quare mandamus uobis, quatenus uisis presentibus, dictum fortalicium distrahere et diruere debeatis, Qui si secus feceritis extunc serie presencium committimus : fideli nostro Magnifico Johanni Comiti de Bozÿn et de sancto Georgio ac Waywode parcium nostrarum Transsiluanarum, et Comiti Sicularum nostrorum, uel eius vices gerenti, ut ipsi dictum fortalicium distrahere ac funditus diruere faciant, Secus ergo non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum in Alba Regali feria quinta proxima post festum Diuisionis Apostolorum, [jul. 19.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo sexagesimo sexto, Regni nostri Anno Nono, Coronacionis vero tercio ¹⁾.

CXXXIII.

1466.

Kolozsváron, a falakon kívül, közép-, magyar- és farkasutezában lakó magyar katolikus hívek tiltakozása a plebánus kötelesség-mulasztásai ellen.

²⁾In nomine Domini Amen. Anno Incarnacionis dominice Millesimo quadringentesimo Sexagesimo Sexto, Indiccionem decima quarta die vero Solis quarto nonas Nouembris [novem. 2.] Hora Vesperarum uel quasi, in domo habitacionis prouidi viri Jacobi Miklosy, extra muros Ciuitatis *Coloswar* sita pontificis siquidem Sanctissimi in Xto patris et Domini Domini Pauli Pape secundi, Anno eius tercio, In mei notarij publici, testiumque subscriptorum ad hec vocatorum specialiter et rogatorum, presencia constituti prefatus Jacobus Miklosy alter Jacobus Chewrgew, Ladislaus Gyalai, Albertus Gewrgfi, Barthos Fekethe, Matheus Magnus, Stephanus Sÿueges,

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely papirosra van írva s közbül a király közlése pecsétével megerősítve; a pecsét veres viasz, papírral takarva. [Fasc. F. N-ro 2.]

²⁾ Ez oklevél kiállításában az a feltűnő sajátosság látszik, hogy záradéka előtt egy kereszt van tollal rajzolva s a kiadó jegyző neve az alatt áll.

Dionisius funifex, in ipsorum ac Uniuersorum hospitum et Incolarum extra muros Ciuitatis *Coloswar*, in platea Magyar Veza Kezep Ueza, et Farkas weza vocatis residentibus et secus ad Ecclesiam parochialem extra muros dicte Ciuitatis *Coloswar* constitutam et fundatam pertinentes per modum protestacionis significare curarunt in hunc modum, quomodo ipsi Juxta Continenciam literarum quondam Reuerendi in Cristo patris et domini domini Mathei, dei et apostolice Sedis Gracia Ecclesie Albensis Transsiluanie Episcopi composicionalium et obligatorialium cum Honorabili Domino Gregorio plebano de *Coloswar* quandam habuissent composicionem et arbitratuam Ordinacionem, ut ipse Dominus Gregorius plebanus singulis septimanis quatuor Missas celebrare, de quarum Missis unam die Dominica teneatur decantare, preterea in sumpnis festiuitatibus videlicet Resurrectionis, Ascensionis, pentecosthes, Corporis X-ti, et Natiuitatis eiusdem decantando Missam et Vesperas, nec non in omnibus festiuitatibus Beate Marie Virginis, et in die sanctorum Petri et Pauli Apostolorum similiter Missam et Vesperas decantare, ac defunctorum Corpora secundum antiquam consuetudinem ad sepeliendum deferri facere teneretur, que omnia premissa memoratus Dominus Gregorius plebanus minime adimpleuisset, qua protestacione facta prouidi Viri Thomas Lapidica, Laurencius Buday et Andreas Leonardi, similiter In mei Notary publici testiumque infrascriptorum ad hec uocatorum specialiter ac rogatorum, presencia constituti ad fidem eorum Deo debitam confessi sunt in hunc modum, Quod quia ipsi pro confessione cuiusdam quondam Andree pro tunc in lecto egritudinis decumbentis audienda et sacramentorum administracione debenda discretum Michaellem Sacerdotem per annotatum dominum Gregorium plebanum in Curam animorum dictorum hospitum constitutum die fulgida trina vice accessissent, quem minime reperire et inuenire potuissent, tandem ipsum dominum Gregorium plebanum scilicet die fulgida accessissent ab eodemque pro audienda confessione, et Sacramentorum administracione Sacerdotem et Confessorem expostulassent, qui quidem dominus Gregorius plebanus taliter iisdem retulisset ut ipse dictum Sacerdotem ipsis dictis Hospitibus et Incolis assignandum disposuisset et commisisset, quibus sic habitis ipsi rursus et iterum prelibatum Michaellem Sacerdotem accessissent, quem nullo modo inuenire, nec eius presenciam habere valuissent, postremoque adueniente Noctis obscuritate dum iterum memoratum dominum Gregorium plebanum pro postulando Sacerdote accedendum habuissent, ipsi propter ipsius Ciuitatis firmas repagulaciones et Clausiones ipsam Ciuitatem intrare non ualuissent, Redeuntibus quoque ipsis, ydem super premissis quam pluribus Idoneis et Honestis Viris protestati fuissent, dictus uero egrotans absque confessione et Sacramentorum aministracione ab hoc Seculo migrasset de mundo, per Sacerdotum negligenciam factam fore uiderent, Super quibus omnibus et singulis predictis prefati Jacobus Myklosy alter Jacobus Chergew et alii prenominati me Notarium publicum subscriptum debita cum Instancia requisierunt, ut ipsis de super unum aut plura conficerem Instrumentum publicum seu Instrumenta

publica, quod et feci mei Thabellionatus Jure requirente, iusticia suadente et veritate, Acta sunt hec et scripta Anno Indiccione, die, mense, Hora, loco, et presentibus ibidem discreto Ladislao plebano de Szamosfalva ac providis viris Andrea Zewke Clemente Fekethe, Paulo Vas, et Scholastico in eadem Zamosfalva commorantibus testibus fidedignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Stephanus de *Coloswar* natus Gregorius Albensis Dyaconus publicus, Sacra Romana ac Imperiali Auctoritate Notarius et Tabelle Juratus, Quia predictis protestacioni et fassioni omnibusque alys et Singulis premissis, dum scilicet, ut premittitur agerentur et fierent una cum prenominationis testibus presens interfui omnia et singula sic fieri vidi et audiui, Ideoque hoc presens publicum Instrumentum manu nostra propria scripsi, et subscripsi, exinde confeci, et in hanc publicam formam rede-gi, signoque, et nomine meis solitis, et consuetis consignavi in fidem omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus
Stephanus de *Kolosvar* ¹⁾.

CXXXIV.

1467.

Mátyás király általános tartalmu parancslevele az iránt, hogy a kolozsváriaktól senki vámot venni ne merjen, sem őket máshol, mint az ő városi törvényszékek előtt perbe ne fogja.

De C^{one} dony Regis

Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Fidelibus nostris Vniuersis et singulis Prelatis Baronibus Comitibus Castellanis Nobilibus ipsorumque officialibus, Item ciuitatibus opidis et liberis villis earumque rectoribus, Judicibus et villicis, cunctis eciam alterius cuiusuis status possessionis [így] hominibus, vbicunque intra ambitum dicti regni nostri Hungarie tributa et Thelonia habentibus et tenentibus, quibus presentes ostenduntur, Salutem et gratiam, Grauem querelam, fidelium nostrorum, Circumspectorum Nicolai Zeech dicti Judicis. et Ambrosy literati. ciuium Ciuitatis nostre *Koloswar*, in ipsorum ac vniuersorum ciuium et inhabitatorum eiusdem ciuitatis nostre personis nobis allatam accepimus continen-tem, Quomodo nonnulli essent ex vobis, qui, antiquis libertatibus eorum ipsis, per diuos reges Hungarie nostros scilicet predecessores generose datis et concessis, per nosque confirmatis, non curatis ab ipsis ciuibz nostris, contra huiusmodi libertates eorum, in suis tenutis et possessionibus tributa exigere facerent, eosdemque ad quorumuis instanciam aresta-

¹⁾ A kolozsvári r. kath. plebánia levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva; pecsétnek helye nem látszik. [Fasc. I. 13 szám.]

rent et ipsorum astare iudicio compellerent In preiudicium libertatis eorum et desolacionem ipsius ciuitatis nostre non modicam, Et quia nos eosdem ciues nostros, in eorum antiquis libertatibus indempniter conseruare uolumus, Ideo fidelitati vestre harum serie firmiter committimus et mandamus, quatenus, visis presentibus a modo deinceps annotatos ciues et inhabitatores ciuitatis nostre predictae, aut aliquem ex ipsis, dum et quando eosdem ad vestras terras tenutas [így] possessiones, ac loca tributorum uestrorum, aut uestri in medium peruenire contingat absque aliquali solucione et exaccione tributi, uel alterius cuiusuis solucionis, libere et pacifice, ire transire, et redire permittatis, et per uestros permitti faciatis, Ipsosque ad cuiusuis instanciam arestare uel uestro astare iudicatu nequaquam et nullo modo compellere, et astringere audeatis, gracie nostre sub obtentu, Nam si quipiam quidquam accionis sew questionis contra prefatos ciues nostros, aut aliquem ex ipsis habent uel habere sperant, Id prius coram iudice et iuratis ciuibus ciuitatis nostre predictae, iuridice prosequantur, ex parte quorum plena administrari debet satisfaccio, Alioquin commisimus et presentibus striccius committimus, Fidelibus nostris Magnificis Wayuodis vel vice wayuodis parcium nostrarum Transsiluanarum, nec non Comitibus uel uice comitibus et Iudicibus illorum Comitatum in quibus fortassis, ipsa mandata nostra non obseruarentur, vt ipsi scita prius superinde mera ueritate, omnia illorum Thelonia, in quibus super prefatis ciuibus nostris, aut eorum altero, tributum iniuste exactum fuerit, pro nostra maiestate occupare, et occupata tandiu tenere debeant, quousque a nobis aliud habuerint in mandatis, Secus ergo Saluis tamen Juribus alienis non facturi, Presentibus perlectis, exhibenti restitutis, Datum Bude, feria tertia proxima, post dominicam Ramis palmarum, [márcz. 24.] Anno domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo septimo, Regni nostri Anno decimo, Coronacionis vero tercio ¹⁾).

CXXXV.

1467.

Mátyás király a váradi káptalantól vásári vámjogát elvevén : azt Debreczennnek adja s a vásárt oda teszi át.

C^o ppa dni regis

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Memorie commendamus per presentes Quod orta nuper coram nobis differencia, inter fideles nostros honorabile Capitulum Ecclesie Waradiensis, Ab vna, Ac Ciues et

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s alól megpecsételve. [Fasc. T. N-ro 45.]

Még kimagyarázóbban, látható e kiváltság T. 56 alatt 1481-ről a CLXIV-ik oklevélben.

Vniuersos Mercatores liberarum Ciuitatum nostrarum Budensium videlicet et pesthiensium ac albensium posonensium Cassouiensium Czibiniensium. Brassouiensium *Koluswariensium*, Bistriciensium et Schegeswar, aliarumque liberarum Ciuitatum tam pretacti Regni nostri Hungarie quam parcium transiluanarum, parte ab altera, Super tributo in Ciuitate Waradiensi per dictum Capitulum exigi solito in cuius exaccione, prefati Ciues et Mercatores, super ipsum Capitulum nimium vexari et preter mensuram debite solutionis, onerari lamentabantur, Statueramus more py et katholici principis questionem ipsam inter partes pro eorum quietudine. Ex eo maxime, quod de quantitate solutionis ipsius Tributi, ex parcium productis Juribus, nulla poterat haberi certitudo, composicione arbitratiua vel limitacione Summaria complanare, Verum quia procuratores dicti Capituli non parua ducti temeritate, adeo se difficiles in ea re reddiderunt, ut nullam composicionem nullam que limitacionem et nullam prorsus pacis reformacionem, nomine ipsius Capituli admitterent. Volentes prout ex officio suscepti regiminis tenemur iniuste oppressos releuare, et finem litibus imponere, de consilio prelatorum et Baronum nostrorum, nobiscum in discussione cause existencium Commutationes Rerum Venalium que ante hec tempora. in Ciuitate Waradiensi prefata, fieri solebat, quarumque occasione tributi ipsius exaccio, cupiditate comite, de die in dies sine mensura, et in graue ipsarum Ciuitatum nostrarum preiudicium adaucta fuit, de ipsa Ciuitate Waradiensi in oppidum nostrum Debrecen Vocatum locum Vt puta mercancys et commutationibus rerum earundem Venalium, omni Commoditate competentem, transferre decreuimus transtulimusque et transferimus, presencium per Vigorem, Inhibentes nichilominus prefatis omnibus Ciuibus et Mercatoribus prenarratarum liberarum Ciuitatum nostrarum ac aliorum quorumcunque sub pena perpetue infidelitatis et ablacionis omnium rerum et bonorum suorum, eisque districte precipiendo mandamus quatenus, A modo et deinceps, nullus omnino eorundem Ciuium et mercatorum Res suas, commutandj vel vendendi causa, in dictam Ciuitatem Waradiensem deferre ad deponendum. aut inibi quoquomodo mercari audeat. Sed omnino volumus et mandamus, quod huiusmodi depositum et mercancias Omnes et singuli generaliter in dicto oppido nostro Debrecen, libere faciant et exerceant, Et nec secus facere presumant. pena sub premissa, Que omnia et singula, ne aliquis per ignorantiam, in errorem et contra hanc nostram determinationem deueniat, Volumus et mandamus per fora et alia loca publica Vbilibet proclamari; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Budeferia quinta proxima post festum Visitacionis gloriose virginis Marie [jul. 6.] Anno domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo Septimo Regno nostrorum Anno Hungarie etc. vigesimo, Bohemie vero Nono ¹⁾).

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely kétrétű regál papirosra van írva s alólról királyi pecséttel megpecsételve. [Fasc. T. nro 54.]

CXXXVI.

1467—1468.

A lakatos ezéh alaprendszabályai.

Conuetus ¹⁾ Monastery beate Marie virginis de Colosmonostra Omibus Christi fidelib tam pntib q futuris psens Scriptu Inspectuis Salutem in Salutis largitore, Ad uniuersorum noticiam harum serie volumus puenire, Q prouidi et Circumspecti viri Anthonius fabianus et Mathias fabri Ciues Ciuitatis *Coloswar* in iporum et vniuersor Magrorum Artis fabrilis, in dicta Ciuitate *Coloswar* residenciu psonis nram venien puenciam exhibuernt et pntauernt nobis quasd lras prudencu et Circumspector, Judicis et Jurator Ciuiu dicte Ciuitatis *Coloswarien* cu pendenti eorund Sigillo priuilegialit emanatas, tenoris infrascripti, peten nos debitaen instan vt tenorem earund de uerbo ad uerbum in Transscripto lrarum nrarum, ipis mgris dare dignaremur Juris eorum uberiozem ad cautelam, Quarum tenor Is est, Nos Nicolaus Zeesth ²⁾ dictus Judex ceteriq Juati Ciues Ciuitatis *Coloswarien*, Memorie comendam tenor pncium significan quib expedit vniuers Q nri uenien in pnciam Circumspecti et honesti viri Anthonius Symon Sthanus et Jeronim fabri nucupati, ac laudabilis artis fabrilis mgri in suis, ac aliorum mgror eiusdem artis, psonis nobis p modu grauis querele significare curauerut in hunc modu, Quo nonuli aly ptacte artis magri extra iporum Zecam et cfrnitatem essent, qui et iporum antiquas et laudabiles csuetudines, more als ab antiquo obseruatas, diuersa dampna incomoda et piudicia quotidie ipis intulissent et inferrent incessant, In iporum mgrorum prudiciu, ac ipius Zeche dampnu manifestum, Annotati vero magri allegan, ut ob puetuu ac diuersor alior defectus ipor mgror et cfrnitatis altare in honore scti Regis Ladislai in ecclia prochiali bti michaelis Archangli fundatu, dictumq altare in diuinis vt als more xtianorum csueto cultib, ob iamptactor mgror aliorum extordinar existenciu oppressiones modo antelato fetas, A modo et imposter fructuose et comode seruare no possent. Supplicatu itaq extitit nobis p eosdem magros deuote et attente magna pecum instan vt eis supinde de opportuno remedio puide dignaremur, Vnde nos pfator mgror supplicaonibus, vtpote uere iustis et legitimis nobis in hac pte porectis et exauditis, nolenq vt diuia dicti altaris opa p iamdictos magros iporq Zecham seu cfrnitate quoquo frustrentur, sed

¹⁾ Ez oklevelet eredeti áalakjában adom, rövidítéseivel együtt, de a rövidítési jegyek nélkül, mert azok kiöntetése nagy költségbe került volna; azért adom így, hogy az olvasó meggyőződjék felőle, hogy az oklevelek rövidítéseit kiolvasni szükség azoknak, a kiknél a történetírás a fő cél; a kik előtt a graphical szempont a fő dolog, azok természetesen minden szót, betűt és jegyet — bármily költséges — híven kötelesek adni.

²⁾ Ez oklevél eredetijében a név kiolvashatlan, de az illető bíró-viseltsége bizonyos az 1467-k évi CXXXIV-k számú eredeti s jól olvasható oklevélből, melyben a kolozsvári bíró így fordul elé: Széchi vagy Szőcs Miklós — Nicolaus Zeech. Kétségkívül ez egyénről van szó mind a két oklevélben.

pocius ipa ad laudem dei eiusq gloriose Genitricis virginis Marie ac bti Ladislai Regis non utilitate ac honoris incremento Ciuitatis commodius augmentent, dignisq et congruis honorib frequentetur Igitur sepetactos magros artis fabrilis in zecha et cfrnitate existen in cunctis eorum antiquis libertatib et consuetudinib more aliarum Ciuitatum Regalium laudabilit obseruatis, sic et ptactos magros nri in medio tene et csuare volumus Ideo eisdem magris pntib et futuris id annuim et ccedim et obsuand stabilimq vt nullus magror de ipor medio extra zecham eorum aliquid laborae. aut laborando exerce valeat neq possit Item nullus honu fabror extra zecham existenciu ignem suu vltra spaciū qndecim dierum ad laborand aptum tene et succende valeat neq audeat Sed interim frnitati et zeche iporum satisfacien complacueit Item nullus pscriptor Infamator siue fidefragoru in ipam frnitatem et zecham recipi possit aut debeat, nisi Idoneus honestus et famosus Item nullus honu extneor labores ferreos qualescunq pticlatim hic inter ipos magros vendere possit neq audeat nisi in imo ¹⁾ quartalis aut alia notabili qntitate. Item q nullus Serator de iporum laborib, vicz Secures aut alia qualiacunq reforman quoquo se intromitte audeat neq possit ad eos ptinen Saluis tamen semp libertatib et iurib alienis Ite si ex negligen aut ignoran aliquis famulor fabror equu cuiuscunque sufferando destruxerit, aut claudum effecerit, Ita q idem equus restaurari aut resanari no possit extuc medietate pcy ipius equi idem famulus aliam vero medietate magr suus exoluere teneatur, et idem magr equu lesu curare et sanare homo aut cuius equus lesum existit Auena et fenu dare et amnistrar teneatur, Item si aliquis famulor fabror aliquem equu ex corrigiar aut aliar attenenciar sui magri sufferando, aut qualituq destruen offenderit extuc ipe magr pro huiusmodi dampno responde teneatur. Si vero idem famulus ex sui incuria seu negligen equu alicuius no debito modo ligauit et puiderit et ipm equu ledendo offenderit extuc pfatus famulus pro huiusmodi dampno responde sit astrictus put moris est Item ipi magri centu Babata pro tri flor. auri annecte teneant Item omes causas et eor famulor excessus ad ipos magros et zecham de Jure ptinen discute et diffinire facultate heant. demptis alys causis ad Iudicem et Juratos ciues de Jure spectan et ccernen se totalit extrahant. Item quicunq ad zecham ingredi volueit et ad hanc sufficiens et Idoneus fuerit, Ille p ipa zecha teneatur dare duos flor. Auri Ideo ne aliquis se ppter ipius paupertate excusare valeat, Item vnam vrnam vini et quatuor libras cere Cetera ad ipius honestatem remitten. In cuius rei memoiam firmitatemq ppetuam pntes lras nras priuilegiales Sigilli nri maioris et autentici sub appensione roboratas sepetactis magris duximq ccedend, Datum feria secunda pxima ante festum bte Marie Magdalene [jul. 21.] Anno dni Millimo Quadringentesimo Sexagesimo septimo, Nos itaq iustis et condignis peticonibus pnomiator magrorum artis fabrilis Annuen pscriptas lras Annotator Iudicis ac Jurator Ciuium de verbo ad verbum sine diminucone et augmeto aliquali pntibus

¹⁾ Az 1477. évi oklevélben „numero“, — így érthetőbb is.

lris nris similiter priuilegialib Transscribi et tñssumi facien Transscri-
ptumq et transsumtum earund eisdem vniuersis magris fabris duximus
concedend Juris eorum ad cautelam. In cuius rei memoia firmitatemq
ppetuum pntes lras nras priuilegiales appensione Sigilli nri fecimq muniri.
Datum feria sexta viciat in festo bti vincency mris [januar 27.] Anno dni
Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo octauo ¹⁾.

CXXXVII.

1468.

Mátyás király megerősíti a horogszegi Szilágyi Mihály alatt a kolozsvári szász és magyar
lakók között a bíró, esküdtek és száz férfiak választása ügyében létrejött békés
egyezményt.

ppa C^o dni Regis

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Memorie
commendamus Tenore presencium significantes quibus expedit uniuersis,
Quod nostre Maiestatis, venientes in conspectum fideles nostri, pruden-
tes et Circumspecti Judex Jurati Ciues et uniuersi Hospites, ac Incole
Ciuitatis nostre *Klwsvar*, Exhibuerunt nobis quasdam literas quondam
Spectabilis et Magnifici Michaelis zylagy de Horogzeg protunc electi Guber-
natoris eiusdem Regni nostri Hungarie, fratris nostri carissimi felicitis
memorie super certis disposicionibus, inter eosdem Ciues et Hospites,
Hungaros scilicet et Saxones eiusdem Ciuitatis nostre *Klwsvar*, mutuo
factis inferius in tenore dictarum literarum quondam dicti Michaelis
Zylagy. clarius expressis. emanatas, Sigillo eiusdem, quo utebatur impendenti
consignatas. Tenoris infrascripti Supplicantes nostre maiestati, ut easdem
literas ratas gratas et acceptas habentes literisque nostris priuilegialibus
de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali. inseri et inscri-
bi facientes, ipsis eorumque Heredibus et posteritatibus uniuersis. Innouan-
das perpetuo valituras roborare dignaremur, Quarum quidem literarum,
tenor talis est. Nos Michael Zylagy de Horogzeg [*úgy, mint a CXVI szám
alatt, eddig : Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo;
de inkább a 16. szám alatti oklevél orthographiája szerint. Ezen túl pedig így
foly*]: Nos itaque humilibus supplicacionibus annotatorum Judicum Jura-
torum et uniuersorum Ciuium ac Hospitum dietie Ciuitatis nostre per eos
nostre modo quo supra porrectis maiestati Regia benignitate exauditis
clementer et admissis, prescriptas literas dictj quondam Michaelis Zylagy
Gubernatoris, non abrasas non cancellatas nec in aliqua sui parte suspe-
ctas, sed omni prorsus vicio suspeccionis carentes de verbo ad verbum

¹⁾ A lakatos czéh leveles ládájában levő zöld és lilaszín selyem zsinoron
függő pecsételés eredetiből.

sine diminucione et augmento aliquali presentibus literis nostris priuilegialibus insertas, quoad omnes earum continencias Clausulas et articulos acceptamus approbamus et ratificamus, easque et omnia in eis contenta in quantum eodem rite et legitime existunt emanate, viribusque eorum veritas suffragatur. pro prefato Iudice Juratis et tota communitate prefate Ciuitatis nostre ipsorumque heredibus et posteritatibus uniuersis Innovantes perpetuo valituras roboramus. presentis scripti nostri patrocinio mediante Saluis Juribus alienis, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras, pendentis decreti Sigilli nostri quo ut Rex Hungarie utimur munimine roboratas eisdem Ciuibus duximus concedendas. Datum in Klwswar in festo Beati Antony Confessoris, [jan. 17.] Anno Domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo octauo, Regni nostri Anno Decimo Coronacionis Vero quarto ¹⁾).

CXXXVIII.

1468.

Mátyás király általános tartalmu parancslevele a kolozsváriaknak bármely vámhelyeken leendő megvámoltatása ellen.

Cº dni Regis

Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Fidelibus nostris vniuersis et singulis prelatibus Baronibus Nobilibus et alterius cuiusuis status et condicionis Hominibus ubiuis in Regno nostro Transsiluanensi per terras et per aquas, Tributa Habentibus et — — ²⁾ quibus presentes litere nostre ostenduntur Salutem et gratiam Quia nos ex priuilegijs excellentissimorum principum predecessorum szc nostrorum regum Hungarie coram nobis in specie exhibitis et per nos confirmatis Fideles nostros Circumspectos. Iudices Juratos ac electos vniuersos Ciues et Inhabitatores Ciuitatis nostre *Koloswar* ab omni solucone quorumlibet Tributorum tam nostrorum quam eciam vestrorum, vbiuis in dicto Regno nostro Transsiluanensi per terras et per aquas exigi concessorum et solitorum tam quoad personas proprias quam eciam quoad res et bona ac Mercimonia eorundem cuiuscunque generis et speciei perpetuo exemptos esse, comperimus Ideo nos Volentes eosdem Iudicem et Ciues et Inhabitatores dicte Ciuitatis nostre *Koloswar* in Huiusmodi libertate et exempcone indempniter conseruare Fidelitati vestre firmiter precipimus quatenus uisis presentibus amo-

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s lilaszin és zöld selyem zsinoron függő királyi pecséttel megerősítve [Fasc. J. N-ro 21.]

²⁾ Én bárhogya olvassam, tiszta értelmét nem látom. Ime a kétes szók hasonmása: *tenen existentibus*, akár: *tenenda existentibus*, akár: *tenentibus*

do deinceps a prefatis Iudice ac Cuiibus et inhabitatoribus eiusdem Ciuitatis nostre *Koloswar* aut aliquo eorundem necnon etiam de rebus, bonis et Mercimonys ipsorum quibusuis ad quascunque partes et de quibuscunque partibus dicti Regni nostri ac etiam exterorum regnorum deferendis in locis predictorum Tributorum siue nostrorum siue vestrorum per terras uel per aquas tributum aliquod contra premissam libertatem ipsorum petere uel exigere aut propter non solucionem eosdem in personis rebusque et bonis ac Mercimonys ipsorum quibusuis impedire et dampnificare nullatenus presumatis Alioquin si scilicet quipiam ex vobis uel super exaccione Huiusmodi Tributorum antiquiora et effectiora Jura quam dicti ciues nostri pro eorum premissa exemptione haberent se ¹⁾ habere allegarent vel aliter quomodolibet secus quam superius mandamus fecerint volumus omnes tales vestrum non ad octauas sed ad certum breuem terminum iuxta antiquam consuetudinem temporibus condam domini Sigismundi Imperatoris et Regis ac aliorum predecessorum nostrorum in discussione causarum factum Tributorum concernencium obseruatam modo infrascripto obseruatam [így] dictos Ciues nostros euocarj Mandamus firmiter omnibus ac singulis Capitulis et Conuentibus in illis Comitatibus in quibus vt preferatur contrarium mandato nostro factum fuerit existentibus aut eisdem Comitatibus propinquioribus presentes literas nostras visuris quatenus dum per ipsos Ciues nostros presentibus requirentur ipsorum mittant Hominem pro testimonio fide dignum Quo presente Is cum Nobilibus eorundem Comitatum quem similiter ipsi Ciues nostri presentibus requisierint et cui nos presentibus superinde firmiter mandamus tamquam Homo noster ad Id deputatus euocz ²⁾ t omnes tales contrarium facientes ad quintumdecimum diem a die Huiusmodi euocacionis computandam ubi scilicet tunc deo duce constituemur nostram personalem in presenciam premissa Jura talium vestrum producturos ac alias racionem super premissis reddituros litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante, Insinuacione [így] ibidem eisdem, vt siue ipsi in dicto termino coram ipsam nostram personalem presenciam compareant et dicta Jura sua producant siue non Nos ad partis comparentis instanciam semota confidencia ulterioris prorogacionis Id faciemus in premissis quod dictabit ordo Juris Et post hec Huiusmodi Euocacionis seriem cum nominibus Euocatorum ad terminum predictum eidem nostre personali presencie per ipsa Capitula aut Conuentus vel alterum eorum fideliter rescribi volumus et mandamus presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in *Koloswar* feria Secunda proxima post festum beati Anthony confessoris, [jan. 18.] Anno domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo octauo Regni nostri anno decimo Coronacionis vero quarto ³⁾.

¹⁾ Az „u“ ki van hagyva.

²⁾ Az „e“ szintén.

³⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely regal papirosra van írva s alól megpecsételve. [Fasc. T. N-ro 48.]

CXXXIX.

1468.

Mátyás király megkegyelmez a kolozsváriaknak az erdélyi részekben levő nemesek felkelésében való részvéte által elkövetett hibáikért.

ppa C^o domini Regis

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, Quod cum nos vniuersis Ciuibus Hospitibus et Incolis Ciuitatis nostre, *Coloswar*, super illis excessibus eorum, in quibus ipsi eo tunc, cum scilicet Nobiles et Incole parcium Transsiluanarum Regni nostri contra nostram maiestatem insurgendo notabiliter deliquissent, gratiam fecissemus, supplicarunt nostro culmini, Humiliter Vt eosdem non obstantibus premissis excessibus ipsorum in omnibus antiquis Juribus consuetudinibus libertatibus gracys, priuilegys et libertatum prerogatiuis, per diuos Reges Hungarie predecessores scilicet nostros et eciam per nos ipsis concessis quibus ipsi hactenus vsi fuissent, de clemencia nostra Regia deinceps perpetuis temporibus, vti gaudere et perfrui concedere dignaremur, Nos igitur qui de benignitate nostra Regia qua delinquentibus solemus veniam impertiri eisdem Ciuibus nostris ac Rebus Bonis et omnibus Juribus eorum possessionariis gratiam facientes, eosdem Ciues Incolas, et Vniuersos Inhabitatores, dicte Ciuitatis nostre *Coloswar*, non obstante premissa nota, omnibus illis libertatibus gracys prerogatiuis priuilegys, et antiquis consuetudinibus ac Juribus Vniuersis, quibus vsque modo ex concessione nostra, et prefatorum predecessorum nostrorum Regum Hungarie annuencia vsi fuerunt, a modo deinceps, perpetue uti frui et gaudere indulgemus et concedimus Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, Datum in *Coloswar* feria tertia proxima post festum Beati Anthonij confessoris [január. 19.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo octauo, Regni nostri Anno decimo Coronacionis vero quarto ¹⁾.

CXL.

1468.

Mátyás király általános tartalmu, de az erdélyi püspök tho'dai vámszedőikhez különösen intézett parancslevele arról, hogy a kolozsváriaktól vámot ne vegyenek.

ppa C^o dni Regis

Mathias Dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Fidelibus nostris vaydis [így] uel vice uaydis [így] Transsiluanis omnibusque castel-

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s belől veres viaszra nyomott pecséttel megpecsételve. (Fasc. P. N-ro 84.)

lanis et officialibus eorundem, pro tempore vbique in dictis partibus Transsiluanis constitutis Nobilibusque ecclesiarum Rectoribus possessionatisque ac alyis cuiusuis condicionis Hominibus in eisdem partibus Transsiluanis vbique Tributa habentibus et earum Tributarys seu Officialibus specialiter autem Episcopo ecclesie Transsiluane. et Tributarys in Thorda commorantibus et pro tempore constitutis Salutem et gratiam. Cum priuilegiata libertas fidelium Ciuium nostrorum de *Koloswar* per pios progenitores nostros, eis ob fidelitatis eorum sinceritatem, mediantibus suis literis priuilegialibus, coram nobis in specie exhibitis graciose concessa, Id requirat, vt ydem de rebus ipsorum et mercibus vniuersis in tota terra Transsiluana et in aquis Tributum aliquod soluere non teneantur Nos siquidem eosdem Ciues nostros de *Kolosvar* in premissa eorum libertatis prerogatiua illese conseruare uolumus, fidelitati uestre et cuilibet uestrum firmitus damus in preceptum, quatenus, de rebus et mercibus dictorum Ciuium nostrorum, dum ydem uel aliquis eorum ad loca tributorum nostrorum et vestrorum peruenerint, nullum tributum nullamque tributariam exactionem recipere uel exigi facere debeatis. Ymo eosdem cum rebus et mercibus ipsorum quibuslibet, semper et vbique in eundo et redeundo de locis dictorum Tributorum nostrorum et vestrorum libere et absque omni tributaria solutione permittentes auxilium vestrum et Iuuamen in locis et temporibus necessarys potius eisdem impendentes Aliud sicutj nos grauiter offendere formidatis non facturi Alioquin si scilicet quiquam ex vobis. uel super exactione huiusmodj tributorum, antiquiora et efficaciora Jura, quam dicti Ciues nostri pro eorum premissa exempcione habeant, seu habere allegarent, uel aliter quomodolibet, secus quam superius mandamus, fecerint, volumus omnes tales vestrum non ad octauas sed ad certum breuem terminum iuxta antiquam consuetudinem, temporibus condam dominj Sigismundi Imperatoris et Regis, ac aliorum predecessorum nostrorum, in discussione causarum, factum tributorum concernencium obseruatam modo infrascripto concernentes Ciues nostros euocarj, Mandamus firmiter omnibus et Singulis Capitulis et Conuentibus in illis Comitatibus, in quibus ut prefertur contrarium mandato nostro factum fuerit, et alias vbilibet existentibus, aut eisdem Comitatibus propinquioribus presentes literas nostras visuris, quatenus dum per ipsos Ciues nostros presentibus requirerentur, ipsorum mittant Hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Is cum nobilibus eorundem Comitatum, quem simulcum ipsi Ciues nostrj presentibus requisierint et cui nos superinde presentibus firmiter mandamus, tanquam Homo noster ad id specialiter deputatus, euocet omnes tales Contrarium facientes ad quintumdecimum diem a die Huiusmodi Euocacionis computandum, vbi scilicet tunc Deo duce constituemur dictorum vayuodarum in presenciam premissa Jura talium vestrum producturos, ac alias super premissis rationem reddituros litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante, Insinuantes ibidem eisdem, vt siue ipsi in dicto termino coram dictis vaydis [így] nostris uel eorum vicevaydis [így] compareant et dicta Jura sua producant siue non nos ad partis comparentis instanciam. semota

confidencia vltioris prorogacionis Id faciemus in premissis. quod Juri videbitur expedire Et post hec Huiusmodj Euocacionis seriem cum nominibus euocatorum ad terminum predictum eisdem vaydis [így] vel viceuaydis [így] nostris per ipsa Capitula aut Conuentus uel aliquem eorum rescribi volumus et mandamus, presentibus perlectis exhibenti restitutis Datum in *Kolosvar* feria tertia proxima post festum beatj Anthonj Confessoris, [jan. 19.] Anno dominj Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo octavo Regnorum nostrorum Anno decimo Coronacionis uero quarto ¹⁾.

CXLI.

1468.

Mátyás királytól az erdélyi vármegyéknek felkelési vétségükért adott megkegyelmezési levél.

Nos Mathias Dei Gracia Rex Hungariae Dalmatiae, Croatiae etc. Memoriae commendamus tenore presencium significantes Uniuersis, quod nos de Benignitate nostra Regia qua Delinquentibus veniam et Lapsis sublevamen solemus impertiri, iurisque rigorem interdum lenitate misericordiae consuevimus temperare, universis et singulis nobilibus, et alterius cuiusvis Status possessionatis hominibus partium Transsilvanarum in Comitatus scilicet Albensi, Thordensi, de Kolos, Doboka, Küküllő et Szolnok interiori constitutis et commorantibus, Capitibus quoque et possessionibus portionibusque ac iuribus possessionariis necnon rebus eorum et rebus quibuslibet super nota illa, quam ex rumoribus per Joannem Groff pro tunc vojvodam Transilvaniensem suscitatos incurrerunt, gratiam et misericordiam duximus faciendam, speciales, imo facimus presentium per vigorem, quocirca vobis fidelibus nostris Magnificis Palatino et Judici Curiae nostrae, necnon vajvodis et vice vajvodis nostris Magnificis Transsilvanis, item Comitibus uel uice Comitibus et Iudicibus nobilium quorumlibet Comitatum cunctis etiam aliis regni nostri Iudicibus et iustitiariis nostris ecclesiasticis videlicet et secularibus necnon etiam omnibus regnicolis nostris presentibus et futuris presentium notitiam habituris harum serie firmiter mandamus, quatenus a modo deinceps praeattactos nobiles aut eorum alterum occasione praeuia ad quorumvis Instantiam intra et extra Iudicium in personis possessionibus portionibusque et iuribus possessionariis, nec non rebus et bonis eorum contra formam praemissae gratiae nostrae impedire molestare aut quovis modo damnificare nusquam et nusquam praesumatis vel sitis ausi modo aliquali. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Varadini Sabbatho Prox. ante festum Purifica-

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely regál papirosra van írva s belől a király veres viaszba nyomott középső pecsétével megerősítve. [Fasc. T. N-ro 49.]

tionis Beatae Mariae Virginis [jan. 30.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo octavo, Regni nostri autem anno Decimo Coronationis vero quarto ¹⁾).

CXLII.

1468.

Mátyás király megerősíti Lajos és Zsigmond királyoknak Felek falu hová adózására nézve Kolozsvár javára adott kiváltságait.

Mathias Dei Gratia Rex Hungariae, Dalmatiae Croatiae Fidelibus nostris Universis et singulis Dicatoribus et Exactoribus Tributi fisci nostri Regalis ac proventuum Quinquagesimalium ac alterius cujuscunque Solutionis nunc constitutis, et in futurum pro tempore constituendis Salutem et Gratiam! Cum Villa Felek in Sylva Civitatis nostrae *Colosvár* existens, ac Universi Volachi in eadem commorantes, juxta Continentias Literarum Serenissimorum Principum Dominorum Ludovici, et Sigismundi Regum Hungariae coram nobis in specie productarum eidem civitati nostrae *Colosvar* cum omnibus suis Juribus applicata, Jurisdictionique et Potestati ejusdem Civitatis nostrae et Civium ejus Plene commissa ac propter custodiam Viae, quam in Sylva ipsa contra latrones et alios malefactores facere et continue exercere habent, ob ipsorum proventuum Quinquagesimalium, et alterius cujusvis Solutionis onere et exactione exempta et emancipata esse cognoscatur. Igitur nos volentes ipsam Villam et Valachos in eadem commorantes in hujusmodi eorum Libertatibus conservare, Fidelitati vestrae mandamus, quatenus a modo deinceps contra Praefatorum Regum indultum, et hoc prorsus nostrum Mandatum cum dictis Volachis occasione praemissorum Proventuum Quinquagesimalium et alterius cujuscunque Solutionis nihil penitus agentes, eosdem ac res et bona eorum pacifice et quiete absque omni impedimento, in eorum Libertatibus, tanquam eos, qui de membro praefatae Civitatis nostrae *Colosvar* esse dignoscuntur relinquere debeatis Secus non facturi praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in loco nostro Exercituali prope Lavo in Festo Beati Georgii Martyris [ápril. 23.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Octavo Regni nostri Anno Undecimo, coronacionis vero quinto ²⁾).

¹⁾ A gr. Batthyány-könyvtár '*Privilegia Civit. Claudiop.*' című egyszerű másolati gyűjtemény 739—740 lapjairól; eredetiének hollétét nem tudom. *Eder* is [Observat. Crit. ad Histor. Transsily. Mart. Felneri pag. 153] csak másolatot említ.

²⁾ Az eredeti a város levéltárában nem találtatván: közlöm a Mike Sándor ily című gyűjteményéből: '*Egyveleg 10. Claudiopolis*' 449—512 ll. [Eredeti átirat, de újabb időbeli írásjeggyel írva.]

CXLIII.

1468.

Mátyás király parancslevele az erdély-részi püspökhöz és a lossonezi Bán-fiakhoz az iránt, hogy a kolozsváriaktól birtokaikon vámot ne vegyenek.

de cossione dnj Regis

Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Fidelibus nostris Reuerendo in Xsto patri Domino Nicolao Episcopo ecclesie Alben-sis Transsiluane ac Egregys filys Bani de lossonez nec non Vniuersis et singulis Tributarys et Teloniatoribus locaque eorum tenentibus vbilibet Transsiluanie [így] nunc constitutis et infuturum constituendis. Salutem et graciam. Expositum est nostre maiestati in personis fidelium nostrorum Vniuersorum Ciuium Hospitum et Inhabitorum Ciuitatis nostre *Koloswar* et pertinenciarum eiusdem ad modum grauis querele. Quod quamuis ipsi semper et ab antiquo ex concessione dominorum Regum Hungariae nostrorum scilicet predecessorum et eciam nostra a solucone cuiuslibet tributi et Telony tam de personis ipsorum quam de Rebus et bonis eorundem exempti et supportati Habeantur; Et licet eciam nos Anno proxime trans-acto, dum in dictis partibus Transsiluanis constituebamur cum Regnicolis et Nobilibus earundem parcium talem fecerimus disposicionem, vt nullus omnino Jobagionum nostrorum Regalium in eisdem partibus Transsiluanis commorancium Nobilibus et alys possessionatis Hominibus aliquod tributum, siue Teolonium [így] soluere teneretur, Tamen vos non curatis Huiusmodi libertatibus eorum et disposicione nostra prefata contra eorum libertates ab ipsis Ciuibus nostris ac de Rebus et bonis eorum Tributum et Telonium exigeretis In preiudicium libertatis eorundem, et contemptum premisse nostre disposicionis; Vnde supplicatum est nobis in personis eorundem Exponencium. vt ipsis contra premissa de remedio providere dignaremur opportuno. Et quia nos ipsos Ciues nostros in ipsorum antiquis libertatibus et prefata disposicione nostra tenere volumus. Ideo fidelitati uestre et cuilibet uestrum Harum serie firmiter mandamus. quatenus. a modo deinceps a prefatis Ciuibus, Hospitibus et Inhabitoribus dicte Ciuitatis nostre *Koloswar* et pertinenciarum eiusdem ac de Rebus et bonis eorum quibuscunque contra formam premisse libertatis ipsorum et disposicionis nostre prefate aliquod tributum in locis dictorum Tributorum petere et exigere petique et exigi facere nullo modo presumatis Alioquin commisi-mus et presentibus striceius committimus fidelibus nostris Wayuodis uel vicewayuodis nostris Transsiluanis presentibus et futuris vt ipsi huiusmodi tributum et Telonium in quo ab ipsis Ciuibus Rebusque et bonis eorum Aliquod tributum peteretis et exigeretis Maiestati nostre occupent occupa-tumque tandiu [így] teneant quousque a nobis aliud habuerint in manda-tis Secus ergo non facturj, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum posony in festo beatorum Cosme et Damiani martyrum [sept. 27.] Anno

domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo octauo, Regni nostri Anno Vndecimo, Coronacionis vero quinto ¹⁾).

CXLIV.

1469.

Olasz Ferencz kéri Goldschmidt Miklós nagyszombati polgármestert, ne engedje meg Barth Jánosnak, hogy bizonyos Kristóf nevű ember adósságaért az ő szombati házáat elfoglalja.

Prudens vir domine et Sororie noster honorande Post debite Salutationis exhibicionem — Sciatis me literas uestras mihi porrectas sane intellexisse vbi scribitis vt filiam uestram Agnes vocatam in Curru Nicolai Czeecz remittere debeam Et quia uestram voluntatem infringere non valeo ipsam potius ut filiam in erudicione Hungarice [így ²⁾] lingwagy quam Studere multum affectat, apud me retinuissem. Vbi autem timetis de pestilencia Sciatis quod hic nulla viguerit pestilencia sed homines antiqui moriuntur Ceterum noueritis quomodo intellexi Quod quidam Johannes borth dictus domum nostram hic in uestroj medio habitam pro debitis domini Cristofori occupasset Sciatis quod idem dominus Cristoforus ipsam domum sub forma testamenti tribus pueris suis legauit Vnde petimus uestram prudenciam quatenus dictos pueros ab impetitione dicti Johannis et alterius cuiuscunque tueri et defensare dignemini Si quid uero accionis prefatus Johannes contra annotatum dominum Cristoforum habet uel habere sperat id in presencia Iudicis et Juratorum ciuium de Riuuli dominuum = Nagy Bánya prosequi valeat Et sibi de bonis domini Cristofori et non de nostris bonis sibi satisfaccionem exposcat Datum ex *Koluswar* in die Sancte prisce virginis [jan. 18.] Ano domini millesimo quadringentesimo LXIX°

Franciscus Italicus m. p.

de florentia et Margareta

uxor eius ³⁾),

Külcíme : Prudenti viro Nicolao aurifabro — magistro ciuium Cibi-
niensi Sororio — nostro Karissimo.

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely kétrétű regál papirosra van írva s belőlről megpecsételve. [Fasc. T. N-ro 47.]

²⁾ Nagyon tisztán írva.

³⁾ E levél 8½ hüvelyk széles, 5 hüv. hosszú papírra van írva, mely feljül el van vágva, vízjegye alsó részében az ismeretes *„mérték”*, a pecsét zöld viaszba volt nyomva, de ma már nem ismerszik. Az eredeti a szász nemzet levéltárában a lajstromozatlanok közt van.

CXLV.

1469.

Mátyás királynak a kolozsváriak javára e városban születése emlékére adott kedvezményeit magában foglaló kiváltságlevél.

Nos Mathias Dei Gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Omnibus X-sti fidelibus, tam presentibus, quam futuris, presencium noticiam habituris Salutem in omnium saluatore Racio expostulat equitatis, ut Regalis serenitas, rores sue Maiestatis, In Suorum personas mittat fidelium, Ipsisque juste [így] petentibus. et fidem fideliter tenentibus, munus largifluue clemencie tribuat affluenter, tanto enim suorum corda fidelium. sibi redduntur deuociora, quanto ad reddenda merita. Regales animos inueniunt prompeiores, Proinde ad Uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod perfidelis noster Circumspectus Nicolaus Sompol Ciuis Ciuitatis nostre *Coloswar*, nostre Maiestatis ueniens In conspectum, In sua, ac Nominibus et In personis fidelium nostrorum uniuersorum Ciuum et Inhabitorum eiusdem Ciuitatis nostre *Coloswar*, per modum gravi querela [így], nobis significare curauit in hunc modum, Quod nonnulli fuissent Prelatorum sew Episcopi Ecclesie Albensis Transsilvanensis, qui ipsos in iuribus, et antiquis libertatibus, laudabilibusque, et approbatis consuetudinibus eorum pro Noualium adinuencionibus diuersimode molestassent, et impediussent, in quibus indicibilia, et intolerabilia dampna, fatigas et expensas, perpassi fuissent, pro eo ut ipsi. Ciuēs et Inhabitores dicte Ciuitatis nostre *Coloswar* Vina in promontorio eiusdem, Ciuitatis existencia, et quasi in fine ipsius Ciuitatis circa umbracula, deferenda, contra antiquis eorum Libertatibus [így], non decimarentur, et presertim Blada in Capecys non redderentur, ac eciam ob non solucionem Tributarie solutionis in tenutis, et Tributis intra ambitum Parcium Transsilvanarum, signanter in pertinencyis dicti Episcopatus Albensis Transsilvanensis, Quare supplicatum extitit nostre Maiestati, ut ipsis superinde de remedio providere dignaremur opportuno. Nos itaque humilimis ¹⁾ et Supplicacionibus eorundem Ciuum modo quo supra, nostre Maiestatis [így] porrectis, Regia Benignitate exauditis, et clementer admissis, Tum eciam ex eo, quod fauente, diuina Clemencia, In eadem Ciuitate nostra *Coloswar* feliciter nati sumus, Pro eo ipsa nostra Ciuitas non minus, quam Alie, Libere Regalesque nostre Ciuitates, de gracia nostra speciali, dignis laudibus, excellencioribusque Honoribus, ac Virtutibus extolli, et meritis condignis retribucionibus prosequi possit, id graciosē duximus annuendum, et concedendum, ut ipsi Ciuēs et Inhabitores predictae nostre Ciuitatis *Coloswar* a modo in posterum temporibus successiuis Vina decimalia, in Promontorys Ciuitatis existencia, sub Vineis, aut circa Torcularia ueras, iustas et bonas Decimas dare

¹⁾ Az egyik főnév kimaradva.

debeant et teneantur, Similiter, et Blada in Manipulis circa Capecias iuxta priorem consuetudinem eiusdem Ciuitatis hactenus obseruatam, non obstantibus aliquibus literis nostris datis, uel dandis, Tributariam uero Solucionem, intra ambitum Transsilvanarum ¹⁾ iuxta indulta nostre Maiestatis, ac aliorum Diuorum Regum ipsis graciosse concessam nullibi soluere teneantur, neque ab eis exigi valeant, quouis dicto colore quesito, Volumus eciam, ut nullus Prelatorum predicti Ecclesie Albensis, pro tempore constitutis, aut constituendis [így] valeat eos in libertatibus eorum inquietare, aut alicuius Iudicio Spirituali, aut Seculari, occasione predictae [így] Iudicio attrahere, Tandemque nullus Iudicum, tam Spiritualium, quam Secularium, cuiuscunque Status et Condicionis preeminencie existant se ad hec Intromittere, debeat atque possit, Nisi ad nostre Maiestatis presenciam seu Vayvodis nostris, predictae ²⁾ Transsylvanensis examinacioni reservando. Ymmo annuimus et conferimus vigore harum literarum nostrarum et testimonio mediante, In cuius rei memoriam. firmitatemque perpetuam literas nostras, pendentis sigilli nostri minoris munimine roboratas eisdem duximus concedendas, Datum Brunne In festo Beati Blasij Martyris [febr. 3.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Nono, Regni Nostri Anno Undecimo, Coronacionis vero quinto.

Mathias Rex

ppa manu ³⁾.

¹⁾ A „parcium“ szó ki van hagyva.

²⁾ A főnév innen is ki van hagyva.

³⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s a király saját kezű aláírásával és zöld s veres zsinoron függő pecséttel megerősítve, a mi ma nincs meg. Az aláírás hasonmása látható a RAJZOK külön kötetében az illető táblán. (Fasc. D D D N. 2.)

Átiratta ezt hártýán, és sárga, kék s veres zsinoron függő pecsét alatt kiadta volt II Wladislaw király is 1497 octob. 29. [Fasc. V. N-ro 13.]

Kaprinai említi ezt s kifejezte amaz ohajtását: *Vajha valaki közölné.* Ime, itt van!

Ennek egyszerű átirata megvan D D D. 3. szám alatt is. Ezt az átiró így írta alá: *Transsumptum ex vero suo originali per me Notarium m. pr.* [Ki volt e jegyző, mely évben és napon írta át? nincs följegyezve.] Ezután Ádrián egyházi és világi jogtudor azt jegyezte: *Ego Adrianus Juris utriusque Doctor etc. fateor me vidisse litteras regias sub sigillo Sacratissimi domini domini Wladislai regis Ungarie etc. Confirmatorias, in fidem cuius me subscripsi.* [Adrian tudor meg az évet nem teszi ki, hogy mikor látta.] Egyébiránt bizonyítása igaz. Látható az idézett V 13. sz. alatti oklevélből.

A magát meg nem nevezett jegyző átiratából van egy harmadik átirat is 1549-ből. [Látható D D D 4 sz. alatt.]

CXLVI.

1469.

Mátyás király egy meghalt prédikátor javait a királyi kincstár javára lefoglaltatni rendeli.

Mathias Dei gracia Rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris Prudentibus et Circumspectis Magistro ciuium et Judici ac Juratis ciuibus Cibiniensibus et *Koloswar* ac aliarum Ciuitatum nostrarum presentes visuris Salutem et graciam, Intelleximus quomodo quidam predicator in Segesvar intestatus decessisset cuius bona nos concernerent. Quia autem nonnulla bona res et flor. auri summa dicti condam Predicatoris apud Conciues dictarum Ciuitatum nostrarum haberi dicantur: mandamus igitur fidelitati vestre firmiter quatenus statim visis presentibus huiusmodi res et bona ac Summas florenorum prefati condam Predicatoris ad manus fidelis nostri honorabilis Nicolai Archidiaconi de Kykellew nostro nomine tenendas dare et assignari facere debeatis nec secus facere presumatis. Presentes pro vestra expeditione reseruantes. Datum Bude feria quinta proxima ante festum beati Martini Episcopi et Confessoris [novemb. 7.] Anno Domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo Nono. Regni nostri anno duodecimo, Coronacionis vero sexto. Ad relacionem Magistri Gregorii Lectoris Varadiensis etc. ¹⁾

CXLVII.

1470.

Mátyás király Kolozs mezővárost és Fejérd falu felét Kolozsvárnak adományozza.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Memorie commendamus Tenore presencium significantes, quibus expedit uniuersis, Quod cum Ciuitates eo magis fouende sint, quo in eis decor simul et utilitas Regni posita videatur, Expedit igitur illis, quorum ex officio regiminis interest eorum habere curam, ut dum turbaciones aberunt, ab eorum incolis, non solum in gloriam propriam, sed et utilitatem Regni et incolarum eius commodum opibus crescere contendant, Itaque nos accepta supplicatione fidelium nostrorum Prudentum et Circumspectorum Iudicis Juratorum ciuium et totius communitatis Ciuitatis nostre *Cluswar*, Cupientes eandem Ciuitatem nostram, in qua nati sumus, fauoribus nostris extollere. Oppidum nostrum Kolos vocatum in Comitatu de Kolos habitum, Simulcum possessionibus predys et porcionibus possessionarijs ad idem ab antiquo spectantibus. Nec non medietatem possessionis Feyerd vocate in eodem Comitatu de Kolos

¹⁾ A nemes száz nemzet levéltárában 320. szám alatt levő víz-jegynélküli papírra írt eredetiből.

existentis habitam que alias Stephani de eadem Feyerd prefuisset, sed per notam infidelitatis eiusdem, quam ipse ex eo, quod postposita fide et fidelitate qua nobis et Sacre dicti Regni nostri Hungarie tenebatur, nuper cum nobilibus et Incolis Transiluanensibus coniurando et nobis rebellanti, Johanni Comiti de Božyn et de Sancto Georgio, qui pro tunc honore Wayuodatus Transiluanensis fungebatur, adherendo, contra nos ut infidelis animo nocendi insurrexerat, notabiliter incurrit, iuxta antiquam et approbatam eiusdem Regni nostri consuetudinem, rite et legitime deuoluta esse perhibetur. Preterea totum et omne jus nostrum Regium, quod in totali possessione Feyerd apud manus scilicet nostras existente, qualitercunque haberemus, et nostram ex quibuscunque causis vvs modis et rationibus concernerent Maiestatem, Simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinencys quibuslibet, Terris scilicet arabilibus cultis et incultis agris pratis pascuis fenetis. Siluis nemoribus montibus vallibus vineis vinearum promontorys, aquis fluuys piscinis piscaturys aquarumque decursibus nec non molendinis et locis molendinorum, Generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quouis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis, de manibus nostris Regys, Memoratis Judici Juratis Ciuibus et communitati dicte Ciuitatis nostre *Cluswar*, dedimus donauimus et contulimus, ymmo damus donamus et conferimus Jure perpetuo et irrevocabiliter tenenda, possidenda pariter et habenda, Annuentes eisdem ut Ciues et jobagiones in ipso Oppido Kolos, et possessione Feyerd commorantes in omnibus, eadem libertate utantur, qua ipsi Ciues Annotate Ciuitatis nostre *Cluswar* consuetudine uel de iure utuntur harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, Quas in formam nostri priuilegy redigi faciemus dum nobis in specie fuerint reportate, Datum Bude feria secunda proxima post festum Annunciacionis beate Marie virginis, [márczius 26.] Anno domini Millesimo, Quadringentesimo Septuagesimo, Regnorum nostrorum Anno Hungarie tredecimo Coronacionis sexto Bohemie uero primo.¹⁾

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely finom hártýára volt írva s középén belőlről a király veres viaszba papirossal takarva nyomott nagyobb pecsétével megerősítve, minek papiros takarója ma le van válva. Alól jobb felől e van írva : *Ad Relation. Nicolaj Archi* — [tovább látható im e hasonmáson :

[Fasc. D. Nro 11.]

Megvan ez konventi átiratban is, költ Kraus István kérésére 1476-n szent Vincze vértanu ünnepe utáni szombaton, hártýára írva s kívül fehér viaszba rányomott pecséttel megerősítve. [Fasc. D. Nr. 12.] A beíratási jelentés látható D. 13 alatt, hártýára írva, kék és veres selyem zsinoron függő pecséttel erősítve; a pecsét körirata : S. CAPITULI ECCLESIE TRANSILVANE.

CXLVIII.

1471.

Mátyás király Kolos-Akna mezővárost Kolozsavár hatósága alól kiveszi s öntörvényhatósági jogaiba visszahelyezi.

Nos Mathias Dei Gratia, Rex Hungae Bohemiae etc. Memoriae Commendamus tenore psentium Significantes Vniuersis, quibus expedit, Regiam decet Maiestatem preces Condignas Subditorum Suorum Clementer exaudire et eos tanto liberalius fauoribus prosequi, quanto ad obsequia Sua agnoscuntur fideliores. Venientes itaque nostrae Matts in Conspectum fideles nostri Circumspecti Thomas Was et Jacobus Boldachy iurati Ciues oppidi nostri Kolos Akna, nobisq. in Suis ac caeterorum Uniuersorum et Singulorum Ciuium et Inhabitorum eiusdem oppidi Kolos Akna nominibus et personis exhibuerunt et psentauerunt quasdam Ltras nostras in pergameno Confectas, Sigillo nostro quo in Iudicijs utimur, impressiue Consignatas, quibus mediantibus, praefatos Uniuersos et Singulos Ciues et Inhabitatores dicti oppidi nostri Kolos Akna, et si Ciuitati nostrae *Koloswar* per alias Ltras nostras annectendo Subiecerimus, tamen certis ex Causis inferius in tenore ipsarum literarum enucliacius expressis animum nostrum moventibus a Jurisdictione eiusdem Ciuitatis *Koloswar* Separasse et Segregasse proprijs duntaxat jurisdictionibus ac libertatibus et Consuetudinibus eorum quibus ante dictam Subjectionem, usi fuere Condonasse aperte dinoscimur, tenoris infra Scripti Supplicantes Maiestati nostrae pfati Thomas et Jacobus, ut pmittitur Suis ac Cunctorum Ciuium et Inhabitorum praedicti oppidi Kolos Akna nominibus et in personis, ut praescriptas Ltras nostras, ratas, gratas, et acceptas habentes, literisque nostris priuilegialibus de Verbo ad verbum inseri facientes, approbare et ratificare, easque nihilominus et omnia in eis Contenta pro praefatis Ciuibz nostris Uniuers innovantes perpetuo ualitura roborare dignaremur. Quarum quidem trarum tenor Sequitur in haec Verba: Nos Mathias DEj Gratia REX Hungae, Bohemiae etc. Memoriae Commendamus tenore psentium sgfctes quibus expedit Vniuersis, Quod licet nos alias cum ad nonnullorum fidelium nostrorum Supplicationis instanc. tum vero Iudicis et Civium Civittis nostrae *Koloswar* propterea factam, oppidum nostrum Kolos Akna vocatum eidem Ciuitati nostrae *Kolosvar* ac Jurisdictioni Iudicis et juratorum Ciuium eiusdem Civittis nostrae annectendo Subiecerimus et donaverimus. Ita ut omnia que nostrae Maiestati debebant, eidem Civitti et Incolis eiusdem exhiberent, et Jurisdictioni Suae Subiacerent, Tamen quia ut nunc ex Ltris antiquis Divorum Regum Hungae, nostrorum Selt pdecessorum Coram nobis productis intelligimus, Idem oppidum nostrum Kolos Akna Semper Sua propria Jurisdictione cum certis libertatibus per eosdem antiquos Reges ipsis gratiose Concessis Sicut Ipsa *Koloswar* ac Buden et Strigonium Ciuitates nostrae Regiae usum fuerit et gavisum, nec licuit huiusmodi oppidum ita libertatum alicuius alterius Ciuitatis juris-

dictioni Subiici, nec debuit. Igitur Nos tum his respectibus, tum vero quia ut veridice edocemur, idem oppidum nostrum propter pfatam Subiectionem ad talem deuenisset desolationem, quod vix tertiam partem incolarum, quos antea habebat, nunc teneret, et nisi occurreretur remedio in proximo ad extremam deveniret desolationis ruinam. Accepta itaq Incolarum eiusdem oppidi Nostri Supplicatione humilima uolentes eosdem in antiquis eorum iuribus ac libertatibus et Consuetudinibus illibate Conseruare, maxime ut Incolae eiusdem potius numero augeantur, quam deficient quod minime fieri posse percipimus, nisi propriae Jurisdictioni Suae donaretur. De mera igitur potestatis Nostrea plenitudine et Gratia Speciali a potestate et Jurisdictione dictae Civittis nostrae *Kolosvar* et Incolarum eiusdem excipientes et Separantes Suae propriae jurisdictioni et libertatibus ac Consuetudinibus, quibus ante dictam Subiectionem utebantur, condonamus ac eisdem dictum oppidum et Incolas Suas perpetuis Semper futuris temporibus, uti ac frui et gaudere volumus ac decernimus, non obstante dicta Subiectione nostra, et literis exinde confectis, quas per psentes Cassamus, et nullius vigoris pronunciamus esse. Imo excipimus et Separamus ac Condonamus et decernimus psentium per vigorem. Quocirca Vobis fidelibus, nostris Iudici et Juratis Caeterisq Civibus dictae Civittis nostrae *Kolosvar* psentibus et futuris firmiter praecipien mandamus, quatenus a modo in antea praefatos Incolas dicti oppidi nostri Kolos Akna jurisdictioni uestrae, de qua excipimus Subiacere, Compellere, aut in eosdem aliquam jurisdictionem exercere non debeatis; Sed liberos Sine omni impedimento Secundum quod ante dictam subiectionem nostram utebantur in omnibus eorum libertatibus et Consuetudinibus, uti, frui, et gaudere permittatis, nec vos defacto eorundem peramplius introumittere psumatis gratiae nostrae Sub obtentu, psentes autem quas in perpetuam memoriam rei Sigillo nostro in appresso Communiri fecimus, post earum lecturam Semper reddatis psentanti. Datum Budae feria Secunda proxima post Festum Nativitatis beatissimae Mariae Virginis. [Sept. 9.] Anno Dni Millesimo, Quadringentesimo Septuagesimo primo. Regni nostri Anno quarto decimo, Coronationis vero octavo.¹⁾ [*Tovább következik a megerősítés, miben lényeges dolog nem lévén : közlését fölöslegesnek láttam.*]

CXLIX.

1472—1475.

A sarkantyú csinálók első czéhszabályzata.

Nos Nicolaus Petri mathie Judex Ac vniuersi Jurati consules vrbs *Coluswariensis* Vniuersorum ad noticiam tam presencium quam futurorum

¹⁾ I. Ferdinánd királynak 1552. márcz. 20. Pozsonyban hártýára írva költ veres fejér és sárga selyem zsinoron függő pecséttel erősített, s nemes Kolozs városa levéltárában levő eredeti királyi megerősítő leveléből.

cupimus peruenire Quod cum nobis in consistorio nostri consulatus invicem existentibus Solertes viri Blasius Joseph, et Michael Seratores atque calcariste nostri utpote cohospites in suis ac vniuersorum magistrorum artis eiusdem tam presencium quam futurorum in dicta nostra ciuitate Conmoran-
 rancium sew Conmonaturor.¹⁾ personis Supplicantes nobis debita precum Instantia omni eciam cum reuerencia. vti quemadmodum in aliis Ciuitatibus regalibus tocius regni hungarie et prestantissime harum parcium Transiluanarum Ceteri magistri dicte artis, quo iure et Consuetudine a dudum usque ad huc, se obseruarunt, Similiter et ipsos. pro laudabili re publica. Verum eciam huius Ciuitatis nostre pro honore et utilitate vnanimiter ac parilli voluntate conformaremus, velut eciam nostri predecessores felicis reminiscencie eos litteris autenticis Sigillo uidelicet dicte Ciuitatis nostre per sollicitudines suorum officiorum ad debitum perduxerant, effectum. Exhibentes nobis sua priuilegia ipsis olim ut fertur in hac parte collata. Jam vetustate satis corrosa petentes nos amplius debito cum honore vt huiusmodi eorum priuilegia de verbo ad verbum transsummi atque transscribi faceremus Insuper approbaremus et ratificaremus. Ne ipsi magistri eiusdem artis per putrefaccionem huiusmodi priuilegiorum suorum aut vetustatis corrosione quouismodo iuribus suis laudabilibus et libertatibus in hac parte ipsis attributis frustrari viderentur atque privari. ymo ut et ipsi magistri ad instar ceterorum magistrorum In aliis Ciuitatibus Regalibus conmorancium se laudabiliter tenere valeant atque possint. Quorum priuilegiorum tenor sequitur in hec verba, Nos lucas kerekes iudex et juratorum ciuium ciuitatis *coluswariensis* vniuersitas Memorie commendamus per presentes Quod nostre vniuersitatis accedentes in presenciam honesti viri Johannes et petrus seratores. conciuēs utpute [így] nostri suis ac vniuersorum magistrorum artis seratorie in personis debita precum instantia petentes. Vt nos ipsos illis prerogatiuis statutis, et ordinacionibus, quibus alý magistri ipsorum artis in ciuitatibus Cibiniensi Braschowiensi Segeschwariensi vtuntur et fruuntur, Vti et frui annueremus et faueremus presertim tamen hýs in infrascriptis articulis, primo Quod quicunque hominum communitatem et consorcium videlicet vulgo Cech dictor. magistrorum intrare attemptauerit, hic, de legitimo thoro et honestis parentibus procreatum. Ac honorifice se tenuisse et rexisse, litteris mediantibus debeat affirmare : Item Quicunque in ipsorum communitatem siue fraternitatem intrare affectauerit, hic quatuor florenos auri. In terminis per ipsos magistros eidem deputandos exoluere, atque vnum prandium iuxta ipsius magistri possibilitatem perordinare teneatur Si quidem magistrorum quisquis aliquem nouelum ad artem specificatam, erudicionis causa commendatum habuerit, Talis nouelus, ad confraternitatem magistrorum teneatur exoluere florenum vnum Item nullus magistrorum penitus exta [így] cecam [így] sew fraternitatem magistrorum labores aliquos exercere valeat, Cum enim in consorcium magistrorum modo premissis se comendauerit. proprýs suis manibus magisterium sue artis

¹⁾ Így olvastam, de az eredetiben a végső szótag *is*-nek is olvasható.

demonstrare debeat, ita ut magisterio sufficiens habeatur Item magistri cecē pro tempore constituti eiusdem artis, frequenter circumspicere habeant ne magistrorum quis falsos exerceat labores Annuimus eciam, vt mercatorum neuter seras, Calcaria nec strepas promptas, aut paratas a partibus extraneis vendicionis causa hanc Ciuitatem importare presumat et vendere Qui si attemptauerit presumptuose, magistri artis prefate. Judicis nostri pro tunc constituti auxilio ipsas occupare ualeant atque possint. Item nullus magistrorum Aliquam Clauem ad compressionem sew persignationem in cera factam audeat preparare uel quouis spiritu ordinare. Nisi experta reiueritate Eciamque magistrorum neuter debet nec famulorum aliquam seram sew Clausuram hospite absente aperire presumat ne inde aliqualis oriatur fraus aut dolus Item Si quis quocunque casu In alt— ———¹⁾ immiserit suam aut ab ea nullo iure requirente sequestratus fuerit, Talis hic ultra quinden- nas laborare nullam mereatur habere facultatem Nos igitur Justis ———²⁾ dictorum magistrorum inclinati petitionibus annuimus et concedimus ut ipsi omnibus illis statutis et ordinacionibus quibus ipsi magistri in Aljs harum parcium Transiluanarum ciuitatibus frui valeant atque possint, harum nostrarum litterarum mediante datum in festo beate Gedrudis virginis [márcz. 17.] Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo Nos itaque Antefati Judex et Jurati consules Ciuitatis predictę debitis petitionibus sepe dictorum magistrorum benigniter inclinati, litteras prespecificatas dicte Ciuitatis nostre, pridem ut fertur autentice confectas, et ipsis magistris collatas atque concessas laudamus approbamus et ratificamus, ac singulas constituciones in eisdem litteris articulatim insertas euis (sic) futuris temporibus permanere et obseruare mandamus. In cuius rei memoriam, et firmitatem perpetuam, presentes litteras nostras transsum- cionales et confirmatorias Sigilli nostri Ciuilis maioris et autentici sub appensione roboratas Sepefatis magistris eorumque successoribus duximus benigniter concedendas Datum feria sexta proxima post festum b. Ambrosj Epi. [ápril 9.] Anno dni M° CCCC° LXX° q'nto

Johannes Dobo :
Notarius. ³⁾

¹⁾ Másfél szó kitörlődött.

²⁾ Két szó kitörlődött.

³⁾ Hártýára irt s zöld és veres selyem zsinoron függő pecséttel erősített eredetijéből, mely ma az erdélyi orsz. Muzeum birtokában van; oda egy, az anyaországba kiszármazott honleány szívessége juttatta. A pecsét az 1369-kihez látszik hasonlítani, az S áll-helyéről, a bástyák alakjáról s a fal kö-sorairól következtetve. [Látható a pecsétek illető tábláján.]

CL.

1473.

Mátyás király az iránti kiváltságlevele, hogy a kolozsváriakat bárhol elkövetett bármily tényeikért és jogügyben csak saját bíróságuk előtt lehet törvénybe hívni és elítélni.

de cone ppa doni Reg.

Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presencium Significantes quibus expedit uniuersis. Quod nos tum ad nonnullorum fidelium nostrorum humilime Supplicationis instanciam, per eos pro parte fidelium nostrorum, prudentum et Circumspectorum Judicis Juratorum ceterorumque Ciuium et tocius Communitatis, Ciuitatis nostre *Koloswar*, nostre propter ea porrecte Maiestati Tum eciam attentis et consideratis fidelitate et seruijs eorum per eos primum quondam domino Johanni de Hwnyad patri nostro carissimo felicis reminiscencie Gubernatori dicti Regni nostri Hungarie, Tandemque nostre Maiestati et Corone sub locorum et temporum diuersitate cum omni fidelitatis constancia exhibitis et impensis, eosdem et eorum quemlibet de dicta Ciuitate nostra *Koloswar*, ab omni Iudicio et Iurisdiccione ac quavis potestate Palatini et Judicis Curie nostre, nec non Wayuode vel Vicewayuode parcium Regni nostri Transsiluanarum, Item Comitum vel Vicecomitum Parochialium et Judicis Nobilium quorumlibet Comitatum, aliorum eciam quorumlibet Iudicum et Justiciariorum Secularium Regni nostri, eorumque in Iudicatu vices gerencium presencium et futurorum in perpetuum duximus eximendos et liberandos, nostro tantummodo personalis presencie iudicio reservando Ymmo eximimus et liberamus, presencium per vigorem, Quocirca Vobis prefatis Palatino et Iudici Curie nostre nec non Vayvode vel vicewayuode parcium Regni nostri Transsiluanarum; Item Comitibus uel Vice Comitibus et Iudicibus nobilium quorumlibet Comitatum alys eciam Regni nostri Hungarie predicti et ipsarum parcium transsiluanarum Iudicibus et Justiciarjs secularibus, Vestrasque in Iudicatu vices gerentibus presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, Harum serie firmissime mandamus, aliud omnino habere nolentes, quatenus habita presencium noticia, a modo deinceps annotatos Iudicem Juratos, ceterosque Ciues et totam communitatem, aut aliquem uel aliquos de dicta Ciuitate nostra *Koloswar*, ratione cuiuscunque facti, ad quorumvis instanciam, iudicare uel vestro astare iudicatu, contra formam premisse nostre exempcionis, artare et compellere, aut aliquam Iurisdiccione in eos exercere, nusquam et nequaquam presummatis, Et nec sitis ausi modo aliquali, Si qui enim quicquam accionis uel quescionis contra pretitulatos Iudicem ac Juratos Ciues et totam communitatem, aut aliquem uel aliquos de ipsa Ciuitate nostra *Koloswar*, habent uel habuerint, Hy Id, coram dicta nostra personali presenciam, Iuris ordine prosequantur, ex parte quorum, eadem, omni contra eos querulantes, meri Iuris et Iusticie ac debite satisfaccionis complementum exhibebit, prout dictaverit Ordo Iuris, Secus non facturi, presentibus perlectis, exhi-

benti testituti, Datum Bude secunda die festi Nativitatis Beate Marie Virginis, [sept. 9.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo tercio Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. Sexto decimo, Bohemie uero Quinto. ¹⁾

CLI.

1473.

Mátyás király megerősíti a kolozsváriak azon kiváltságát, hogy őket csak saját bírái előtt lehessen perbe fogni.

D^e C^{mo} ppa domini Reg.

Mathias dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Fidelibus nostris Magnificis Waŷuodis vel Viceuaŷuodis parcium Regni nostri Transsiluanarum. vestrasque in Judicatu vicesgerentibus, Cunctis eciam alŷs. earundem parcium Transsiluanarum Judicibus et Jasticiaŷs secularibus, quibus presentes ostenduntur, Salutem et gratiam, Pro parte et in personis fidelium nostrorum prudentum et Circumspectorum Judicis Juratorum. ceterorumque Ciuium, et tocius communitatis, Ciuitatis nostre *Koloswar*, nostre expositum extitit maiestati in hunc modum, Quod licet ipsi et eorum quilibet a multis temporibus, tali libertate et consuetudine. ipsis a diuinis Regibus. Regni nostri Hungarie, predicti, nostris scilicet predecessoribus graciose concessa, et per nos confirmata vsi fuerint, et gauisi, vt nullus omnino Judicum, et Justiciariorum ipsarum parcium Regni nostri Transsiluanarum, homines et Jobagiones in possessionibus ipsorum et pertinencijs eiusdem Ciuitatis nostre vbiuis moram trahentes, in quibusuis causis, nisi solummodo prefati Iudex et Jurati. Ceterique Ciues dicte Ciuitatis nostre *Koloswar*, habuerint Judicandi facultatem, Tamen nunc essent nonnulli homines illarum parcium Regni nostri Transsiluanarum qui populos et Jobagiones ipsorum exponencium, coram vobis citare et cum eisdem in causam conuenire moliuntur In preiudicium ipsorum exponencium detrimentum que Jurium et libertatum eorundem, et dampnum non modicum, Supplicatum itaque extitit nostre maiestati per ipsos Ciues nostros, vt ipsis circa premissa Juris, remedium adhibere dignaremur opportunum. Et quia nos ipsos Ciues nostros in antiquis eorum libertatibus illibate conseruare volumus. Ideo fidelitati vestre, harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatenus habita presencium noticia, rebusque premisso modo Stantibus et se habentibus; a modo deinceps nullus omnino uestrum, prefatos populos et Jobagiones in possessionibus ipsorum exponencium vbiuis et in quibuscunque Comitatibus existentes, ac pertinencijs eiusdem Ciuitatis commorantes ratione cuiuscun-

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely egyszerű regál papírosra van írva nyílt alakban, a király rányomott pecsétével megerősítve; legalsó szegletén jobbról: *Lecte*. [Fasc. J. Nro 23.]

que facti, ad quorumvis instanciam Judicare vel vestro astare Judicatu compellere, nusquam et nequaquam presumatis, et nec sitis ausi modo aliquali, Si qui eciam quicquam accionis vel questionis contra pretitulatos populos et Jobagiones dictorum exponencium Ubiuis in possessionibus et pertinencys dicte Ciuitatis nostre *Koloswar* commorantes, habent Vel habuerint, hy id in presencia ipsorum exponencium legittime prosequantur, Ex parte quorum ipsi omni contra eos querulanti meri Juris et Justicie ac debite satisfactionis complementum exhibebunt, prout dictabit ordo Juris, Secus non facturi presentibus perlectis, exhibenti restitutis, Datum Bude Secundo die festi Nativitatis beate Marie Virginis. [sept. 9.] Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo tercio, Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. Sextodecime, Bohemie Vero quinto. ¹⁾

CLII.

1473.

A kolozsvári aranyműves czéh alaprendszabályai.

Synt dem mol der werlde saczung aber beslissing gantcz czustörlich ist. Vnd durch Kwrzeze des leben ²⁾ der menschin dy gesacz vnd ordenung dÿ in eyner Czechin aber gemeyne beschlossen vnd geordenirt werdin, Komen gancz awsz den gedanken vnd vorgeschlichkeit der menschen. Darumb hat das dÿ vorsichtige zorgfeldikeit des menschlichin geschlechts wol betracht vnd bedocht, das dy dÿng vnd gesacz dÿ beschlossen und geordmt werden czw eÿnem offembarin nütcz, off dÿ selben widirumb vndirdruckt abir czustörir werden, abir mit hyndirlistigen wedirsperrigin worten abir werken czw ewigen geczeytin nich wedirczogin noch medirredit mogin werdin. Das dÿ selbigin gesacz vnd ordenungin mit prÿfflichin hantschriften besorget befestiget vnd bschribin sollen werdin. Dorumb wÿr Johannes Zegin Rychter. ambrusz dyag Jacob Zetsch. Sabo Georg. Petir Broda Czyssar Petir. Johannes lampricht. Martinus goltsmit. Miclossy Jakab. Cleyln Michil. Marcus Janusz. Michil schörel, vnd Petir Sattler. Gesworne Purger der Stat *Clawsenburg*. Gebey czw ewigen gedechnisz, allen den, dÿ desin prÿffschen hören abir lezin Das vor vns komen Seÿn dÿ vorsichtigin vnd weyszin Meÿster des loblichin hantwerg der goltsmit, mit Name ³⁾ Andreas Hanuschel Petir Zömer — Michil goltsmit vnd Paul goltsmit, unzer obgenaten Stat mitwoner vnd haben vnd gelangt vnd gegeben, etczliche register dorin beschrebin worin, dÿ gesacz artikel und ordenung der obgemeltin czechin vnd hantwergs der goltsmit. Als sÿ dinne gehalden werden ÿn

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely regál papírosra van írva, nyitott alakban, s a király hiteles pecsétével megerősítve. [Fasc. I. Nro 22.]

²⁾ Egy levont franczia cédil alaku vonás, mi az s birtokragot jelenti.

³⁾ n-t jelentő rövidítési jegy a me felett.

allen königlichin Steten des ganczin Konigreich von Hungern, vnd sundirlich yn dem lande yn Sybenbürgen gehalten werden czw eynem löblichen offymbarin nütze bys awff dÿ czeÿth, vnd mo vnd czw Ewigen czukunfftigen czeyten Sullen vnnezustörlich gehalten werden, welche saczung vnd ordnung, dÿ meÿster des obgenanten hantwerchs, czw eynem gemeynen nütze vnd ere deszer Stat eyntrechtlichin beflÿssende awffgenommen haben czw Sterken vnd behalden. Dorumb haben sÿ vns angelanget mit gar fleÿsslicher bethe, das wir dy Selbigen gesatez artikel vnd ordenung, von wort czw wort yn eyn prÿfflich hantfeste wolden lossen beschreyben. Off das sy dy gesmeyde von pwrin golt vnd aws lawterim feyn zylber gewalt haben czu mactun, gleycherweÿs als ander meÿster yn allen conielichen Steten haben. Alzo wir denne gesehen vnd vernumen haben, das er gebet billich vnd bequem ist. Awsz sunderlichir gÿnst vornunfft vnd vndirweysung, haben wir sy erer bethe bezweÿget, vnd habin yn ere gesatez vnd artikel awszen eren registeren dy sy vns haben gelangt lossen beschreyben yn dy wort :

Czw dem ersten das keyn befleckter adir bekryschener adir meÿnediger, yn dÿ Ceche abir hantwerg der goltsmide nicht zal off genomen werden. Zundir her zal haben eyn erlicht vnd löbelichs lob. Also dasz her sey geporn recht vnd redlich, von erlichin fromen eldern, beyde von vatr vnd mutter, vnd dorobir zal her bringin prÿfflich geczewgnisz.

Item her zal seyn befundin das her seÿnem meÿster mit gehorzaam fromlich vnd erberlich vnd allen andern meÿstern gedynet habe von anfang seyner lere bys czw dem ende al denne der czechin recht vnd gewonheit awsweÿszet :

Item czweue meÿster vnszers hantwerchs sullen getrewlich beÿ ener gewÿsset das Golt vnd Zylber, vnd ouch dÿ gesmeyde dÿ dor aws gemacht werden beschawen, off das, das den meÿstern nicht eyn schade ader vnge-rechttikeyt, vnd dorezu der Stat eyn Smoheit ader Schande nicht czwgezogen ader angelegt werde.

Item keyn meÿster zal nicht gethornen falsche gulden pessern ader vergulden. Ouch zal keyn meÿster das golt keuffen, das von den gulden ab gesnetin virt.

Item keyn meÿster des hantwerchs der goltsmid zal mit nichte das hantwerg öbÿr fyrezehen tage awszwendig der czechin arbitten. Bys her der czechin gerechtikeyt irfölet, als dÿ saczung und ordenung der czechin awsweiszÿn.

Item keyn meÿster zal mit nichte keyn golt adir zylber das gestolen ader gerawbit ist wissintlich Kewffÿ ¹⁾ Sunder was gesmeyd eynem heymlich durch eynen dÿp ader rawber czw getragen wirt. Das zal her durch warnung den meÿstern kÿnt thwn, off das das gesmeyde nicht verbrawcht werde, ab ÿs man suchin wörde.

Ouch wellen wir das dy obgenanten artikel mitsamt allen anderen

¹⁾ A *fy* felett röviditési jel, mi n-et jelent.

Satzung vnd ordenung dÿ dy vorgemelte meÿster yn yren püchern haben beschriben, Sterelich vnd festielichin vnuorrucket als man sy yn anderen köniclichin Steten helt, gleicheweÿsze ouch von vnszern meÿstern sullen gehalten werden. Dorumb wir obgenanten Richter vnd gesworen purger haben lossen noch folgen, dy vorgeanten clauseln artickel ordenung saczung der vorgemelten czechen vnd befestigin sterken vnd bestetigin sy, off das, das dÿ selben ouch nw furttan in vnszer Statt *Clawszempur* Sterelich sullen czw ewigen Czeÿten behalden werden, vnd dorumb zal keÿn meyster ade geselle do wider nicht thwrringereden noch thwen.

Ab den yrken meÿst' Knech ader geselle, mit seyner oppikeÿt adir aus seyner gethürstikeyt frefflich, mit worten adir mit werken wider vnszer saczung ader ordenung ofi leynen adir widirsperrin wolt, So sullen dÿ czechmeÿster dÿ selben verachter der gesatcz, noch demals den ere gesetcz und ordenung awszweÿst, yn eÿner bequemer busse Strawffen vnd bÿssen, Mit vnszer crafft gewald vnd macht, dy wir yn verlawen haben vnd czw ewigen czeÿten voleÿen, Des czw eÿnem ewigen gedechnis und Sterker befestung haben wir vnszern prÿff mit dem anhangen grosten Sÿgel vnszer Stat den obgenanten czechmeÿstern der Goltsmid lossen geben, Gegebin czw *Clawszenpur* : am montag vor der heÿligen czwelfboten Symonis und Jude tag. [jul. 12.] Im dem Jare als man schreybet noch Christi vnszers herrin gepurt Thawszent ffyrhundirt vnde dreÿ vnd Sebüneczig Jar etc.

— suum extunc tenetur idem magister ad czeham dare iiij fl uel marcum argenti. Quia hoc est contra ceham et contra Jus Civitatis.

— De magistris. — Item si aliquis magister falsos florenos de novo de auraret tenetur ad czeham dare j marcum argenti de quilibet ff et xij libras cere.

— De magistris de labore. — Item de simplici labore de j peccario de j marca argenti datur pro precio j fl. — Item de vno cingulo que habet j Marcum pro labore datur ij fl. — Item de meliori Cingulo de vna Marca datur pro labore ij flor. — Item ij datur ad deaureandum.

— De magistris. — Item nullus magister debet plus inuenes tenere ad discendum nisi duos in primo. ¹⁾

— De magistris. — Item si aliquis magister fecerit contra socium vel famulum siue in verbis aut in factis tunc magistri czehe debent eos concordare et pacem inter eis facere et concordiam si possunt Si autem non possunt concordare coram magistris tunc vadant ad iudicem non prius.

¹⁾ Itt az eredetiben mintegy öt sornyi házag van.

— De Magistris. — Item si aliqua Causa esset inter nos quem, nos non potuerimus finire inter nos nec cognoscere ad finem. Tunc cum voluntate dominorum Ciuum simus liberi interrogacionem facere in Cibinio coram magistris nostri artificy. Et in Cibinio causa non potest finiri tunc simus libri [így] interrogare ad budam et non vltra.

— De magistris. — Item si unus socius [a]ut famulus ab vno magistro recederet et veniret ad alium ad serviendum sibi tunc ille magister debet interrogare illum magistrum a quo recessit an famulus sit liber ab eo vel non an venit cum honore ab eo interim non debet famulum tenere.

— De magistris. — Item qui labores deauratos depingeret — über gölt arbet ferbet — in primo sit pena ij loth argenti et ij librae cere. Secundo bis tantum. Tercio j Marca argenti et Xij librae cere ad pixidem.

De magistris. — Item quando aliquis magister vlt intrare czeham illum non debent acceptare nisi ista tria articula sciatur prius laborare, scilicet, insignia vel clenodia armatica. wappengraben. interius et exterius facere et formare et in cypho regali et solempni. Item annulum aureum bene parare et lapidem pulcre imponere preciosum, ut videant magistri quot sit bene ornata et pulchre laborata quot magistri stant contenti in eo etc.

De magistris. — Item si aliquis magister emeret de alienis magistris nouas labores et vellet e conuerso uendere hoc non sit liber nec ausus facere talia. ¹⁾

De magistris. — Item quando unus magister recipit labores super se et famulum tunc tunc ²⁾ famulus tenetur manere apud magistrum usque ad finem huius laboris, et si famulus antequam recederet magistro tunc nullus magister debet cum tenere hic et alibi. — Item quando famulus vlt recedere a magistro tunc famulus debet dicere magistro ante quatuor decim dierum Spatium, in duorum ebdomadis, et quando magister famulo vlt dare licenciam tunc debet sibi dare scire xiiij dies antequam det sibi licenciam.

De magistris. — Item nullus magister sit ausus dare libertatem famuli sui ut laboraret sibimet pro pecunia in servicio domini sui interim quot est in servicio, nisi sibimet aliqua clenodia ad vnam Japulam ad corpus suum vel ad tunicam uel ad palium et non ultra, et eciam debet emere argentum de magistro, ut videatur quot sit iusta labora et si magister dederit sibi libertatem laborandi tunc magister tenetur dare ad pixidem penam in primo ij loth argenti et ij libras cere, secundo bis tantum, tercio ij ff. et iiij libras cere.

De magistris. — Item si portarentur aliqua clenodia deaurata uel

¹⁾ Itt is mintegy öt sornyi házag.

²⁾ Az eredetiben is kétszer.

argentea ad uendendum aliquo magistro siue sit cingulus aut monile aut peccaria aut coclearia [a]ut crux aut calix et extunc ille magister et magistri in ceba debent tenere illas res et ponere ad pixidem quousque isti homines veniunt quibus ille res sint et restituatur eis deiure iusticia mediante

De Magistris. — Item si aliquis portaret aliquo magistro aurum vel argentum ad laboratorium ad uendendum et alter magister mitteret illum hominem cum argento deinde vocare et emeret argentum, ille tenetur dare pro pena ad pixidem j loth argenti et j libram cere.

De Magistris. — Item si vnus magister inter nos confonderet vno alio magistro labores suas aut laborem suam et eciam vocaret unum in foro cum argento et emeret argentum sine uoluntate magistri cui prius portauit pena sua sit j loth argenti ad pixidem et j libra cere.

De Magistris. — Item si vnus aliquis magister teneret vnum Juuenem vltra Xij Ebdomadas, nisi vnum diem vltra et non facit uel fecerit pactum cum Juveni tunc ille magister tenetur dare ad pixidem j fl. et ij libras cere.

De Magistris. — Item nullus magister debet ab alio magistro accommodare aliqua instrumenta sine vadio nec magister debet alio concedere interim nisi prius ponat sibi vadium.

De Magistris. — Item si portaretur aurum uel argentum ad uendendum ad laboratorium suum et magister non esset domi nec esset presens, tunc idem socius debet interrogare magistrum si vult emere uel non et si magister non est domi tunc dicat uxori sue, et si eciam domina non esset domi, et famulus tunc emeret sibi pro pecunia sua et denegaret domino et non diceret et famulus sibimet teneret, tunc tunc ¹⁾ argentum recipiatur ad pixidem et eciam aurum.

Incipitur de sociis. — Item a magistris sit omni probi socy laus et honor siue scimus unde sit vel nescimus et quilibet probus socius se honorificet et laudet se cum sua probitate qui honorabiliter se tenet et probiter regat.

Iterum de socys. — Item nullus inter socys debet se nominare socium nisi sciat tria articula laborare bene, scilicet Clipeum armateum formare et bene facere, Wappengraben, insignia scutinisare interius et exterius uel in Ciphio regali. Et annulum aureum de novo parare et lapidem preciosum pulvere imponere, ut stat cum honore Coram domino rege et Jobagionibus praelatibus, milibus ²⁾ baronibus nobilibus, ita ut nullus magister possit eum defraudare, iste socius meretur habere praeium socialem et non alter qui ista non scit laborare.

De socys. — Item qualiscunque socius esset, qui faceret contra magistrum suum aut contra magistros nullus probus magister debet illum socium tenere, quousque concordat cum magistro aut cum magistris.

De Socys. — Item si aliquis socius inueniretur in aliquo dampno aut

¹⁾ Az eredetiben is kétszer.

²⁾ Az eredetiben is így van *militibus* helyett.

furtu tunc isti duo electi magistri debent famulum captivare et tenere quousque magistri omnes erunt in una congregacione simul et famulum iudicare secundum culpam suam et quilibet magister debet advocare famulos suos ut quilibet famulus tangat illum culpabilem tribus vicibus cum virgis bonis et prius denudatur reus ante omnibus magistris, et qualis famulus esset qui non vellet culpabilem tangere ille eciam fit reus sicut ille qui habet culpam in se, et talem famulum nullus magister sit ausus tenere nec hic nec alibi. etc.

Iterum de Socys. — Item si unus socius laboraret in laboratorio hic in Civitate aut in aliquo secrete [így] loco furtive sine Scitu magistri sui vel magistris siue sit socius uel Juuenis tunc recipiatur sibi labor, arbet¹⁾ ad pixidem, et reiciatur a magistris usque concordat cum magistris et justificat se, et si autem se non potest iustificare, tunc manet in scandalo.

De Sociis. — Item si aliquis Socius esset cui magister daret labores suas ad laborandum et magister recederet et non esset domi et ille socius laboraret sibimet sine Scitu magistri, tunc isti duo electi magistri debent captivare illum socium et iudicare cum virgis sicut superius scriptum est etc.

De Sociis. — Item si aliquis inter socys esset qui luderet cum taxillis et eciam nunc in presenti esset lusor pena sua sit ij loth argenti ad pixidem et ij librae cere in primo, secundum bis tantum. Tercio deponatur sibi labor usque ponit videjussores quos esset de ludo et vltra non ludet ita quot non facit magistris scandalum et sibimet, quia cum sanctis sanctus eris et cum perversis perverteris, quia melius est nomen bonum quam ungentum preciosum.

Item : dejuuenibus. — Item si aliquem Juvenem inveniremus in aliquo ludo vbicunque sit tunc dominus suus apprehendat Juvenem et portet eum ad magistros omnes et coram omuibz magistris det Juveni nouem plagas cum bonis virgis ut de cetero non ludet.

De juuenibus. — Item si aliquis socius aut Juuenis formam formaret, formet sibi vel alii in laboratorio sui magistri furtive siue scitu magistri ille tangat cum virgis ut supra dictum est.²⁾

¹⁾ Az erdélyi Muzeum Évkönyveiben így van; de érthetetlen.

²⁾ Az Erdélyi Országos Muzeum birtokában levő eredetiből; megjelent először Évkönyvei II. köt. I. füz. 1--9. lapjain. Ez és a muzeumi közlemény közt itt-ott különbség van; én úgy olvastam, amint itt közlöm.

CLIII.

1473.

Mérai Dezső Pál kolozsvármegyei kórházi két jobbágy ülés-helyét Szentpáli Pálnak s általa a kolozsvári elaggult szegények Szent-Erzsébetről nevezett házának adja el.

Nos Conuentus Monasterij beate Marie Virginis de Colosmonostra Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit Uniuersis, Quod Albertus Desew de Mera oneribus et quibusuis grauaminibus prolium et quorumlibet fratrum Suorum subnotandis in se assumendo coram nobis personaliter constitutus Ministerio Viueuocis [így] spontaneaue sua Voluntate fassus extitit in hunc modum, Quod ipse pro quibusdam suis necessitatibus ipsum ad presens sumopere Vrgentibus euitandis, totam porcionem Suam possessionariam in possessione Korogh, in Comitatu de Colus existente habitam, videlicet duas Sessiones Jobagionales. Simulcum cunctis suis Vtilitatibus et pertinentiis quibuslibet quouis nominis Vocabulo vocitatis Jure ad easdem duas sessiones spectari dinoscentes, Nobili Paulo de Zenthpal, pro octo florenis puri Auri plene Vt dixit receptis ab eodem et habitis, Tandem donec ipse aut sui successores pro eisdem octo florenis Similiter puri Auri, Rerum estimacione prorsus seclusa, redimere possent et de eisdem plenariam satisfaccionem Impenderent, pro pignori obligasset, ymmo obligauit coram nobis assumendo nichilominus et obligando se Idem Albertus Desew, prememoratum Paulum de Zenthpal, infra tempus redemptionis in pacifico dominio prescripte porcionis possessionarie, sew duarum Sessionum Jobagionalium contra quoslibet Juridice Impetitores conseruare proprijs suis laboribus et expensis, Datum, feria quarta proxima ante festum beate Katharine Virginis et martiris [novemb. 22.] Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Tercio. ¹⁾

CLIV.

1475.

A kolozsvári lakatos czéh alaprendszabályai.

LAUS DEO SEMPER ANNO DOMINI 1475.

Az lakatgiartoknak az miniemw [így] Che leuelek adatot az felliúl meghirt Eztendeoben, az *kolosuary* Bechuletes Tanáczytol Vgian azon Leuelben ualo Articulusoknak és Priuilegiumoknak Magiarazattiók igh köuetkezik.

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely papirosra volt írva s hátrészén a konvent pecsétével megerősítve; a pecsét azonban ma merőben hiányzik. [Fasc. D. Nro 56.]

I. *Elseo Articulus.* Valamely Ember az Lakatos Czehnek tarsasagaban es gyülekezetiben beakar allany Hogy eö tiztesseges Atiatol Aniatol, es tiztesseges agjbol ualo, es hogý Iffiusagatol fogva tiztességesen uiselte magatt Eleghseges bizonisagokkal az Che egüt leuen megh bizonyezia.

II. *Masodik Articulus.* Ez igý leuen tartozzek az Che mestereknek: bizonios elrendelt Chehek giulekezetj napian negý Araný forintot adni, es Ennek felette az eo tiztessege es ereie zerent egy ebetet az Chenek zokasa es rendtartasa zerent adni. Es ha valamely Mester Inast akar zegeottetni, Effele Inas az Chenak tartozzek egy forintot adni.

III. *Harmadik Articulus.* Senki addegh, migh az Chebe magat nem iktattia az eo tudomaniat ne giakorolhassa aval ne elhessen: Mind addegh migh az oda fel meghirt mod zerent tiztessegesen a Cheben magat nem zamlallia es zamloltottia. Az ki pedig az meghirt mod zerent magat bezamlaltottia, Ez illien mindenkoron bizuast tudomaniat giakorolhatia es elhet uele.

IV. *Negyedik Articulus.* Az Cheh Mestereknek erre kiultkeppen ualo uigiazasok legien, hogi senký keozullek Idegen nem illendö mwuet hamisson ne czinalhasson.

V. *Eotodik Articulus.* Es hogý az Kalmarok idegen Lakatosok muueket az varosban eladasnak okaert ne hozhassanak figielmetesen uigiazzanak: Melyben ha az Kalmarokat megh kaphattiak: ottan, akori Birónak Ereiucl azokat elfoglalhassak és magoknak tarthassak.

VI. *Hatodik Articulus.* Vizontagh: Se Mester, se legený es se Inas: Valamely Zarnak Probalasara mastol Koleziott ne czinalhasson es czinalni semmikeppen ne merezellien: Hanemha valamely Embernek akarattiaibol az dolgot bizonioson megh ertuen, czinal. Es Senki valamely Embernek tauol letheben se lakattiat, se zariat, megnittani ne merezellie, hogy abbol valami czialardsagh ne kouetkezhessenek.

VII. *Hetedik Articulus.* Hogy ha penig ualakj feleseget idegen hellien elhadgia, auagy torueni nelkul tolle elualik. Effele tizen eotod napnal toabb ne müelhessen. ¹⁾

¹⁾ A lakatos és vele egyesült czéhek leveles ládájában van 1599-ről egy kutyabőrbe kötött iv alaku jegyzőkönyv, melybe a Báthori Zsigmond korabeli udvari irály [*Stylus Curialis*] némely mintái után be van íglatva a fennebbi hét pontból álló czéhszabály s közvetlenül utána a hátrább *) következő 43 pont, melyet e czéhek a kolozsvári tanács nevében csak jegyzője állított ki. Ámbár az semmi hitellességgel nem bír, mégis a teljesség tekintetéből közleni szükségesnek láttam. Ugy látszik, az 1475-beli hihetően latin szöveg két ízben lőn lefordítva, először talán a tanácsi czéhszabály keltekor, másodszor 1631, midőn az ifjuság kedvéért mind magyar, mind német nyelven kiadatott. A kettő közti különbség az, hogy utóbbi LII. pontból áll.

*) Látni fogjuk majd az OKLEVÉLTÁR II-ik kötetében időrendi helyén.

CLV.

1475.

A kolozsvári szabó czéh alaprendszabályai.

Cum Infinita sit Mencium Labilitas humanarum letargi frequentius uoragine mersa Adeo ut que que pro incolumitate ac reformatione rei publice tractantur in tempore succedencium more fluctuatur a memoria Et ne obliuio suis exorbitationibus eum dinoscat prebere Preclara hominum sagacitas gestarum sic seriem rerum, scripti patrocínio adinuenit rato modamine communiri, sempiterna pro memoria Quamobrem Nos Nicolaus Petri Mathie index et iurati Consules ciuitatis *Coluswariensis* Ad vniuersorum notitiam tam presencium quam futurorum harum serie cupimus peruenire Quod cum nobis in nostri senatus consistorio inuicem existentibus Circumspecti Jacobus Seechz Johannes Lampricht Thomas colb et Johannes Smithin artis Laudabilis sartorie magistri Sumon et Georgius panni Rasores nostri scilicet conciuēs, in eorum ac ceterorum magistrorum prenarratarum arcium presencium et futurorum personis Ad nostras uidebantur aspirare presencias Sedulis ac trabeatis supplicarunt vocibus uti ob reuerenciam Omnium sanctorum quorum altare in nostra ecclesia parochiali fundatur, per eos inuicem confraterne. excellenti cum deuocione et reuerencia debita conseruatur Tum eciam Quia turris quedam acialis. a parte meridionali, versus plagam Orientalem. in glutino castri ciuitatis nostre acialiter erecta atque constructa et matura deputatione predecessorum nostrorum, omnibus cum armis et pixidibus pulueribus que ac aliis Clenodiis atque instrumentis protectionalibus segnicie et difficultate remota fungitur ab eisdem Specificati altaris confraternitatem ac Laudabilis artis sartorie cecham roborare, ac secundum eructionem priorum literarum nostrarum temporibus predecessorum nostrorum olim emanatarum, Putredine iam utique corrosarum, animo aduertenti trabeare atque confirmare deberemus Et quia cum eorum statuta predecessoribus nostris [uelut in eorum antiquis prius specificatis Priuilegiis conperimus] fuerunt utilia et honesta Consequenter autem et nos easdem stabilire, ac restaure [így] perfecto proposito annuimus Seriemque huiusmodi statutorum suorum in nostri priuilegii formam recepimus eomodo Primo Si quispiam hominum hac arte sartoria eruditus, ipsam confraternitatem sew cecham se commendare proposuerit Hic per procuraciones Honestorum uirorum non in confeaternitate sew cecham ipsorum magistrorum existencium introducatur Sed alienorum presentetur commendacione Ipse namque sic commendatus inter cetera tribus sit trabeatus uirtutibus Prima Vt de uero et legitimo habeatur matrimonii thoro Ex utrisque parentibus Laudabiliter propagatus Et de genelogia [így] sue propagacionis litteralibus instrumentis ceteros ipsius artis magistros reddere debeat indubios Item honestate fungatur morum. in nullo excessu repertus sit criminali Demom [így] arti habeatur sufficiens remota exorbitacione Eam enim propria scire

artem manu coram quatuor magistris cecharum teneatur honorare cum una vrna vini. illo solenniter declarato ut uinculo sit matrimonii subiectus quia alias eiicietur. Cum uero ipsi quatuor magistri cecharum talem nouelum. iuxta eorum discreciones commendauerint arti sufficientem et inter alios collocabitur magistros, talis nows magister quatuor florenos auri et decem libras cere dare teneatur. ita uidelizet ut in primordio sue introductionis deponat illico florenos auri duos et libras cere quinque Alios uero duos florenos et residuas libras cere quinque proxima die quo ipsi magistri iterum iuxta eorum consuetudines conuocabuntur teneatur exoluere Et magistros honoretur cum uno prandio, ita ut ad unam quamque mensam ubi ipsi magistri consedebunt tria offerat, fercula iuxta suam possibilitatem Cum duabus urnis uini Item die ipsa conuocationis candela actendatur [így] parua Et unusquisque fratrum illius confraternitatis Hora aduentus debita tenebitur soluere denarium unum Qui uero post extinxionem uenerint candeles, duos soluere tenebuntur denarios Aut si aliqua alia inaduertencia uenire quis neglexerit unam compellitur soluere libram cere Item magistrorum aliquis Si uestimenta aliqua [így] ad uendendum de pannis sarserit non sufficienter madidatis. et ad notitiam uenerit magistrorum. Hic tenebitur dare quatuor libras cere ad usum altaris specificati Item Si magistrorum aliquis sue salutis et honoris immemor de pannis sibi ad sarcendum oblatis furabitur, ac euidenti experientia. documentaque sufficienti fecisse noscebitur Hic magisterii priuatione augeatur Nec de cetero unquam inter honestos resumatur magistros. De excessu autem criminali is emendetur per dominos Iudicem et consules ciuitatis Addito eciam isto ut Si magistrorum quis ex diuersorum pannis colorum aut frustris neuē particulis uestes sibi sarcire ausus fuerit, et aliquo alio colore concolorauerit prestantissime si nigro et talis uestis per magistrum reperta fuerit eadem confundatur confusione eo quod furtus presummitur Item nullus omnino magistrorum ab aliquo ignoto signanter occulte pannum emere audeat nouum Que si attemptauerit Huiusmodi priuabitur panno et talis pannus in manibus presentetur Iudicis pro tempore constituti Denique ad cecharum soluere cogatur florenum unum quia res presummitur similiter furta. Item nullus sartorum cum rasore in una domo inuicem commorare audeat Qui si presumpserit tam sartor quam Rator uno floreno priuabitur Item inquacunque domo magistrorum instar commorabitur inquilini Et altero superueniente magistro eandem domum ad tempora futura gracia commorandi contra voluntatem et preiudicium magistri illius qui pro hic inhabitabat domum ab hospite domus sibi appretiauerit. Hic tenebitur dare ad cecharum florenum unum Item Si magistrorum aliquis inquieto ductus spiritu alium magistrum inutilibus perturbauerit uerbis, aut contra alterum excesserit, is ad turris predictae restauracionem tenebitur dare medium florenum Item magistrorum aliquis qualicunque intentu gracia commorandi Si de ciuitate exierit et talis in spacio unius anni extra ciuitatem morabitur. Post annum eo rursus uolente intrare et commorari Talis uniuersis iuribus quibus magister nows acceptabitur exolutis honorem valeat adipisci magisterii Item magistrorum si quis uestes antiquas

nendiderit instar nouarum talis priuatur ea ueste et ad turris exponatur necessaria Item Si magistrorum aliquis uerbo diffamatorio labores diffamare aut confundere alterius magistri attemptauerit Hic ad instanciam magistri confusi communitati tenebitur prebere unam urnam uini. Item Si hominum aliquis pannum ad sarcendum alicui sartori obtulerit, et pannus ille per magistrum eundem aptabitur, imo recepta mensura creta presignauerit, et is qui obtulerat, imperfecto ductus animo alteri prenotauerit magistro et ille si sarcire magister presumpserit Talis priuabitur pecuniis tantis quantis aestis illa redempta est, et tales pecunie ad usum exponantur turris narrate Item magistrorum quicumque adolescentem causa erudicionis ipsius artis sartorie aut panniratorie tenuerit Hic tenebitur ad cecham ratione talis parwuli florenum unum Nec ipse magister talem parwulum sine conuentione ultra quindecim dies apud se tenere audeat, Qui si secus fecisse reperietur vno priuabitur floreno Item debitores altaris si in singulis quatuor temporibus debita exoluere subaudierint. Horum debita singulis quatuor temporibus augmentabuntur cum una libra cere. Item nullus omnino magistrorum talem famulum qui alibi aut alioquin temere contra magistrum exercuit labores artis sartorie recipiet sibi in famulum ümo nec aliquo alio oculo colore in suo laboratorio tenere presummat donec talis humili reconciliacione complacauerit magistrum Si autem, magistrorum aliquis presumptuose talem conseruauerit famulum hic condemnabitur in cera florenum ualentem [így] Similiter si qui famulorum aduenerit foris, et annos erudicionales aput aliquos simplices magisters [így] uidelicet insufficientes Et prestantissime se a sartoribus in curiis aliquorum procerum laborancium compleuisse et artem studuisse dinoscebitur Talem neuter tenere magistrorum presummat nisi instar parwuli annos resumendo erudicionales Item Si magistrorum aliqui famulum alterius sermonibus magistri blandis seduxerint quotquot eundem tenebit diebus famulum tot libras tenebitur ad usum dicte altaris dare tenebitur ¹⁾ Similiter cum famulorum aliquis ab uno magistro ad alium ratione famulacionis sine uoluntate sui magistri transierit et si magister ille cui famulus adest a magistro confusam recessionem a quo recessit non prestolabitur famuli Sed contra magistrum illum, in suo tenuerit laboratorio. quotque tenebit diebus tot libris priuabitur cere. Item Si aliqui famulorum ante tres ebdomadas festiuitates Natiuitatis et Resurreccionis X-sti atque penthecosten proxime precedentes suum relinquerit dominum sew magistrum, Magistrorum neuter eundem tenere audeat famulum sub pena decem librarum cere Item absentes in processione In festo Sanctissimi Corporis X-sti puniuntur in soluacione vnius libre cere Qui uero ante processionem salubrem illam uestimenta ad forum gracia uendendi portauerit duas exoluat libras cere Item Si magistrorum aliqui circa funus magnum nullis exequiis interfuerint hic libram cere unam dare tenebitur Qui uero circa funera minora Similiter nullis intererunt exequiis mediam libram cere tenebitur dare Item Si ipsius altaris omnium Sanctorum procuratores diebus festiuis infra

¹⁾ E szó az eredetiben is kétszer van meg.

matutinarum missarum et uesperarum solennia accensiones [így] candelarum neglexerint quociens tociens vnam libram cere dare tenebuntur Item quidquid ipsi quatuor magistri cecharum pro utilitate altaris fieri fecerint vniuersi magistri grati habeantur Qui si contemserint uerbo aut factu [így] uel reluctauerint quatuor exoluant libras cere . . . Justis igitur et debitis petitionibus dictorum magistrorum benigniter inclinati prescriptas ordinationes cum articulis modo premissis expressis et insertas [így] quoad omnes earum continentias clausulas articulosque ueritate suffragante, animo deliberato ac communi uoluntate acceptamus Approbamus et Ratificamus Ac insuper easdem et in eis contenta dictis fratribus omnium sanctorum quorum piis adiuti suffragiis eterna retribucionis premia consequi mereamur, ac magistris supranotatis perpetue ualidas confirmamus In cuius Rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas priuilegiales Sigili maioris nostri Ciuilis atque autentici sub appensione consignatas duximus concedendas Datum in festo Beati Martini Confessoris [novemb. 11.] Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Quinto ¹⁾.

CLVI.

1476—1488.

Mátyás király parancslevele a szamosfalvi nemesekhez, hogy a kolozsváriakat ne bántalmazzák.

Nos Conuentus Monasterij beate Marie virginis de Colos monastra, Memorie commendamus, Quod Circumspecti et prouidi viri Ambrosius literatus et Georgius Jweges, Cives Ciuitatis de *Koloswar* personaliter nostram uenientes in presenciam. In personis Circumspectorum Judicis et Juratorum Ciuium, ac tocius communitatis dicte Ciuitatis *Kolosuariensis*, exhibuerunt nobis et presentauerunt quasdam litteras, Serenissimi principis et domini domini Mathie dei gracia Hungarie Bohemie etc. regis, ducisque Austrie, preceptorie in papiro patenter emanatas, petens nos debita cum Instancia, vt easdem de verbo ad uerbum transscribi et transsumpti, transscriptasque et transsumptas ipsis dare dignaremur ad cautelam, Quorum tenor Is est, Mathias dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. fidelibus nostris Nobilibus de Zamos falwa, et presertim utroque Stephano Erdely, Gyerewfy

¹⁾ A szabó czéh levéltírásban levő eredetiből, mely hártýára van írva, s a város nagyobb pecsétével megerősítve; a pecsét sárga viasztokba s fekete pecsétviaszba nyomva veres és zöld selyem zsinoron függ; jobbról legalól ez aláírás van : *Johannes Dobo, Notarius in premissis*; Kívül : *Legh elseo Priuilegiuma az B. Czehnek, mely keolt in Anno 1475.*

Ennek van egy más latin példánya is 1521-ről, költ Mária fogantatása utáni hétfőn Kolozsvárat, hártýán, a város kék és sárga selyem zsinoron függő nagyobb pecsétével megerősítve.

de eadem, Salutem et gratiam, Grauem querelam fidelium nostrorum Ciuium et Incolarum ac totius communitatis, Ciuitatis nostre de *Koloswar*, maiestati nostre oblatam, magna acceperimus displicencia, Quod vos nescitur quali temeritate ducti ipsos grauibz insolencijs multiplicibusque Iniurijs contumelijs et dampnos afficeretis, Alios in proprijs agris eorum uerberando alios spoliando nonnullos siquidem eciam letalibus wlnneribus wlnnerando, Ita quod plerumque ex ipsis pauci ad negocia sua exercenda Ciuitatem et domos suas, ante et propter vos egredi non auderent, Verum quia credimus quod eas insolencias vestras tantaque mala ipsis, non nisi ipsorum paciencia et taciturnitas pariat Quapropter nolentes vobis talia de cetero pati, Requirimus vos Hortamurque et monemus, atque Nichilominus sub debite fidelitatis obediencia districte precipimus, quatenus, A talismodi Iniuriarum et turbacionum illacionibus de cetero petimus desistatis, ac cum ipsis Ciuibz et communitate prefate Ciuitatis nostre de *Koloswar* pacifice et cum bona vicinitate maneatis. Alioquin si in ipsorum defensione Iniuriarumque suarum propulsione vos quoque se ipsos ledi forte senseritis vobismetipsis et uestre impaciencie tantummodo rite imputare poteritis, Secus ergo non facturj, presentibus perlectis exhibenti restitutis Datum Bude in profesto Ad vincula beati petri Apostoli, [jul. 31.] Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo sexto, Regnorum autem nostrorum Anno Hungarie etc. decimo Nono, Bohemie vero octauo. Nos itaque petitionibus prefatorum Ambrosij literati et Georgij Iweges Ciuium dicte Ciuitatis de *Koloswar*, Inclinati, premissas literas Regias tamquam veras non abrasas non cancelatas nec in aliqua sui parte viciatas Sed prorsus omni vicio et suspicione carentes de uerbo ad uerbum transscribi et transsumpti facientes transscriptasque et transsumptas eisdem Ciuibz ex dicta *Koloswar* duximus concedendas, communi iusticia suadente, Datum feria quaterna proxima post festum Ascensionis [május 18.] domini Anno, eiusdem Millesimo Quadringentesimo Octoagesimo octauo ¹⁾).

CLVII.

1477.

Matyas kiraly paraneslevele László budai préposthoz, hogy a váradi káptalant vámjogát bizonyító leveleinek a kitűzött pertárgyalás idejére előadás végett még egyszer és utoljára a király nevében törvényesen intse meg.

C^o ppa dni Regis.

Mathias dei gracia Rex
Hungarie Bohemie etc.

Venerabilis fidelis nobis sincere dilecte Tres iam terminos fidelibus nostris Capitulo waradiensi infacto Exaccionis tributj, ab incolis Ciuitatum

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely [P. 35. jegy alatt] regál papirosra van írva s kívül megpecsételve.

nostrarum liberarum, et ad producendum iura ipsorum super huiusmodi exactionum dedisse meminimus Et quamuis iam tandem ex propria ipsorum obligatione causam ipsorum, contra prefatas Ciuitates nostras amisissent, nichilominus ex super habundanti vltiorem aliquantulum terminum eis concedere decreuimus Mandantes fidelitati. V. strictissime, quatenus alio, mandato nostro superinde non expectato prefatum Capitulum per literas nostras nomineque et in persona Maiestatis nostre monere debeatis, quod vniuersa ipsorum Jura si que super huiuscemodi tributo habent, in presentibus octauis festi Beati Georgij martiris producere debeant et teneantur Vosque causam ipsam absque ampliori dilacione finaliter decidere et terminare debeatis Certificantes idem Capitulum quod si in octauis ipsis Jura ipsorum non produxerint nullum amplius tributum ab ipsis Ciuitatibus nostris liberis tam in Hungaria quam transsilvania existentibus, in bonis ipsorum dominorum exigere permittemus Et nichilominus volumus quod si casu aliquo fortuito [így] octauas ipsas in toto uel in parte prorogaremus Vos tamen causa in illa debitum finem facere debeatis, Quoniam nolumus ut Ciues dictarum Ciuitatum nostrarum obmissis [így] aljs ipsorum rebus, istis dum taxat [így] negocjs inuigilent et sine fine vexentur Pro eo iterum rogamus et committimus quod secus nullomodo faciatis Datum in Thata feria quarta proxima post festum Inuencionis sancte Crucis, [máj. 6.] Anno domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo septimo.

Venerabili domino Ladislao preposito

Budensi personalis presencie nostre

Locumtenenti etc. fideli nobis sincere dilecto : ¹⁾.

CLVIII.

1477.

A kolozsvári kovács ezéh alaprendszabályai.

Nos Nicolaus Petri Mathie Judex, nnon Johannes Zegen Egidius Zabo, Ambrosius literatus Martinus Koch, petrus Buda, Michael paruus, Johannes Marchus, petrus chyzar Martinus kyfferbart, Michael Schorel et Benedictus Teremy prothoconsules et jurati seniores Ciuitatis *Coloswar* vniuersi, ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum, harum serie volumus puenire Quod nostri venientes in presenciam, Circumspecti et honesti viri, Mathias, petrus Blenesy, Andreas phansmit, johannes Zathmary, Simon et Georgius Fabri, laudabilis artis fabrilis magistri, in suis ac aliorum magistrorum eiusdem artis personis nobis significare curauerunt Quo-

¹⁾ A város leváltárában levő eredetiből, mely regál papirosra van írva, levél alakban, kívül zöld viaszba nyomott gyűrű-pecséttel megpecsételve, aláírás nélkül. [Fasc. T. N-ro 53.]

modo nonnulli alij pretacte artis magistri extra ipsorum zecham et confraternitatem essent, qui contra ipsorum antiquas et laudabiles consuetudines, more alias ab antiquo obseruatas, diuersa dampna incomoda et preiudicia ipsis intulissent et inferrent incessanter in ipsorum magistrorum preiudicium ac ipsius zeche dampnum manifestum, declarantesque ipsi magistri vt ob prouentuum defectus, ipsorum Altare in honore Sancti regis ladislai, In ecclesia parochiali, Beati Michaelis Archangeli fundatum ipmque altare in diuinis vt alias more x-stianorum consueto cultibus, ob pretactorum magistrorum, extraordinariorum existencium oppressiones factas, amodo imposterum fructuose et comode seruare non possent, Supplicatum itaque extitit nobis per eosdem Magistros debitacum instancia vt eis superinde de opportuno remedio providere dignaremur, Vnde nos prefatorum magistrorum Supplicacionibus vtpote iustis et legitimis nobis in hac parte porrectis et exauditis, Nolentes vt diuina dicti Altaris opera per iamdictos magistros ipsorumque zecham seu confraternitatem quoque frustentur sed potius ipsa ad laudem dei eiusque gloriose genitricis virginis Marie ac Beati ladislai regis necnon vtilitate ac honoris incremento huius inclite Ciuitatis commodius augmentantur dignisque et congruis honoribus frequententur Igitur nos Memoratos magistros in zecha et confraternitate existentes in cunctis ipsorum antiquis libertatibus et consuetudinibus more aliarum Ciuitatum regalium laudabiliter obseruatis sic et ipsos Magistros nostri in medio tenere et conseruare vclentes Ideo ipsis Magistris presentibus et futuris id annuimus et vigore presencium concedimus et firmiter obseruandum stabilimus Vt nullus Magistrorum de ipsorum medio extra zecham existens aliquid laborare aut laborando exercere valeat neque possit. Item nullus hominum fabrorum, extra zecham existencium ignem suum vltra spacium quindecim dierum ad laborandum aptum tenere et succendere valeat neque audeat nisi interim confraternitati et zeche ipsorum satisfaciendum complauerit, Item Nullus proscriptorum infamatorum siue fidefragorum in ipsam confraternitatem seu Zecham recipi possit aut debeat, nisi Idoneus honestus et famosus, Item Nullus hominum extraneorum labores ferreas qualescunque particulatim in huius Ciuitate [így] medio ac inter ipsos magistros nendere possit neq audeat, nisi in numero quartalis aut alia notabili quantitate, Item nullus Seratorum de ipsorum laboribus, videlicet secures aut alia qualiacumque reformando quoquomodo se intromittere audeat, neque possit ad eos pertinere, Saluis tamen semper libertatibus et iuribus alienis, Item si ex negligencia aut ignorancia aliquis famulorum Magistrorum equum cuiuscunque sufferando destruxerit aut claudum effecerit, ita Quod idem equus resanari non possit, extunc medietatem precij ipsius equi idem famulus aliam vero medietatem Magister suus exoluere teneantur, et idem Magister equum lesum curare et sanare, homo autem cuius equus lesus extitit auenam et fenum dare et aministare teneantur, Item Si aliquis famulorum Magistrorum aliquem equum ex defectu corrigiarum et aliarum attinenciarum sui Magistri sufferrando aut qualitercunque destruendo offenderit extunc ipse Magister pro huiusmodi dampno respondere tenea-

tur, Si vero idem famulus ex sui incuria seu negligencia equum alicuius non debitomodo ligauerit et premderit, [így] et ipsum equum ledendo offenderit, extunc prefatus famulus pro huiusmodi dampno respondere sit astrictus, prout moris est, Item ipsi Magistri Centum Babata pro tribus florenis aurj hungaricales annectere teneantur, Item omnes causas et eorum famulorum excessus ad ipsos Magistros et Zecham de iure pertinentes discutere et diffinire facultatem habeant, demptis aljs causis ad iudicem et juratos ciues de iure spectantibus et concernentibus, quibus se totaliter extrabant, Item Quicumque sociorum ad ipsam Zecham ingredi voluerit extunc quatuor Magistri ad id deputati conscienciose artem fabrilis et qualitatem laboris conspiciere et examinare debeant, Si insufficiens, reiiciatur. Si ad hanc sufficiens et Idoneus, tunc pro ipsa Zecha florenos quatuor, octo libras cere, quatuor Vrnas vini, remota omnium occasione dare teneatur, nec interius ignem ad laborandum aptum succendere audeat, Item cum filj Magistrorum uel Socy in huiusmodi arte fabрили Idonei et sufficientes inuenerint, et si talis filiam uel relictam alicuius Magistri sibi duxerit matrimonialiter in vxorem Ille tantum directam et equalem medietatem Jurium Zeche superius specificatorum soluere debeat, Item Siquis Magistrorum tempore disturbiorum et obsidionis Ciuitatis huius Cum ipsorum armis Bellicosus, causa defensionis, ad ipsorum Turrim necessitate, exigente non accesserit uel non curauerit, et hoc presumptuose fecerit, talis priuari medio suo Magisterio debeat, si se rationabiliter expurgare non possit, Item dum et quando Magistri Zeche aliqua negocia uel causas Zecham ipsorum legitime tangencia habuerint, extunc Quicumque magistrorum, vsque finalem terminacionem et expedicionem ipsorum negociorum seu causarum non perseuerauerit nec licencia obtenta, sed ausu temerario absque rationabili causa a congregatione magistrorum exiuerit, talis in vna libra cere sit quietus, Item, nulla relictā vltra Annum ipsam artem fabrilem laborare nec socios ad Id aptos tenere audeat, Item Quicumque Magistrorum vnum Juuenem uel adolescentem causa ipsius artis fabrilis informacionis assumpserit talis pro Zecha florenum vnum dare teneatur, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras priuilegiales Sigilli nostri Maioris et autentici sub appensione roboratas Sepefatis Magistris Juris ipsorum ad cautelam duximus concedendas communi iusticia persuadente. Datum feria sexta proxima ante festum exaltacionis Sancte Crucis [sept. 9.] Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Septimo ¹⁾.

¹⁾ A Kovács czéh ládájában levő hátyára irt s veres és kék selyem zsinoron függő pecsétű eredetiből.

CLIX.

1478.

A piazzi templommal szemben, a plebánus Schlewnig Gergely és Szabó Ambrus polgár házaik közötti csatorna-fentartás iránt a két birtokos békés kiegyezéséről készült íromány.

Nos Andreas Kenez dictus Judex Et Jurati Consules Ciuitatis *Coloswariensis* Memorie commendamus tenore presencium Significantes quibus expedit Vniuersis Quod mote fuerant instar litis contrauersiones et Alteraciones. Inter honorabilem dominum Gregorium Slewnig vtriusque Juris Baccalaureum Plebanum videlicet nostre ecclesie parochialis ab vna, partibus uero ab alia Honestum Ambrosium sartorem Cohospitem nostre Ciuitatis racione Et pretextu ereccionis conseruacionisque Cisterne sew canalis inter domus prefatorum domini plebani et ipsius Ambrosy sartoris habite, tandem ipse Ambrosius contra laudabiles literas sigillo maiori Ciuitatis sub appenso nostre signatas, temporibus predecessorum nostrorum Juste, rite et legaliter emanatas exhibuit, super conseruacione denotate cisterne inter cetera sonantes. Quibus exhibitis, ipse dominus plebanus eas per nos Transummi et transscribi facere ortatus est honore quo decuit Quarum tenor Is est Nos Thomas Ruffus Judex. Vniuersitasque Juratorum Consulum Ciuitatis *Coloswariensis* Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis Quod constitutis coram nobis Prudentibus et Circumspectis viris Magistro Jacobo Bolkyscher ab vna Sigismundoque sartore conciuibus nostris parte ab altera et per eundem Magistrum Jacobum nobis propositum extitit viue vocis oraculo pariter et relatum Quod ipse fundum sew domum suam inter dotem et aliam domum dicti Magistri Jacobi sitam et habitam ex opposito Ecclesie nostre parochialis, uersus plagam occidentalem cum quibusbet suis vtilitatibus et edificijs Vniuersis. Et Veris metis, ad eandem pertinentem cum quibus prefatus Magister Jacobus et sui condecessores eandem liberam possedissent Et notanter cum muro doti continuo Qui olim et ex nouo semper ad eandem domum siue dictum fundum noscitur pertinere : et in terra fundi Venditi collocato, Prout et nostri Coniurati scilicet Johannes Rwtsh, Petrus Czekel Et alter Johannes popparth dicti, post debitam visionem et metarum considerationem In presencia honorabilis Viri domini doctoris In medicinis Johanne Meyerleyn de Cionno tunc plebani nostri factam, nobis concorditer retulerunt, dedisset et uendidisset, prelibato Sigismundo et suis Heredibus Vniuersis, ymo contulit et dedit eandem domum pro ducentis florenis minus decem, quemlibet per Centum denarios computandis Et a dicto Sigismundo totaliter persolutis Imo perpetuo et Irrenocabiliter possidentem tenendam pariter et habendam Consensu eciam adhibito proximorum Nullum ergo dominium dictus Magister Jacobus et heredes sui in prefata domo amplius reseruando Sed totum Jus et Dominium memorato Sigismundo et suis heredibus perhempniter conferendo Adiicitque idem Magister

Jacobus Quod antedictus Sigismundus et sui heredes Et pretitulatus plebanus noster et sui successores Canalia uersus eandem dotem insimul equalibus laboribus et expensis conseruare perpetuis temporibus tenebuntur Sic canalia uersus aliam domum antedicti Magistri Jacobi, prefatus Sigismundus cum suis heredibus Et ipse Magister Jacobus cum suis successoribus, similiter equalibus laboribus et expensis eciam eius temporibus tenebuntur conseruare Assumpsit insuper Magister Jacobus sepedictus, sui et heredum suorum in personis Ipsum Sigismundum et suos posteros Vniuersos ab omnibus racione dicte domus temporum in processu illegittime inquietare uolentibus. semper et ubique defendere suis laboribus proprijs expensis In cuius rei memoriam presentes litteras nostras maioris sigilli appensione in robur, perpetuumque [így] firmitatem duximus concedendas Datum In vigilia festi Sancti Thome apostoli Anno domini M^o CCC^o Vigesimo tercio Unde nos memorati Iudex et consules. Ipsius Domini Gregorj et plebani nostri legitimi precibus debitis benigniter inclinati, prescriptas literas rebus super premissis et causis quibus supra non abrasas nec cancellatas temporibus predecessorum nostrorum emanatas, presentibus litteris nostris autenticis transscriptas atque transsumptas, Juris ipsius domini plebani ad cautelam duximus concedendas Datas feria Quinta In festo uide-
lizet Beati Gregorj pape [márcz. 16.] Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septugesimo Octauo.

Joannes Dobo
notarius.

A külső felére egyik oldalára e volt írva együgyűleg és ugyanazon kéz írásával :

Anno domini ———¹⁾ Tempore Judicatus Prouidj Andree Kenez dicti, Quod quia honorabilis dominus Gregorius Slewnig doctorum et Arcium Baccalaureus plebanus huius Ciuitatis *Coloswar* propter pacem et honorem Curie Plebanie, illum Murum in Curia uersus Curiam prouidi ambrosj Sartoris situatum, proprijs suis expensis sine aliqua contribucione uel subsidio ipsius Ambrosj edificauit et astruxit. Ideo ipse Ambrosius in huiusmodi amicicie recompensam, tamquam uerus ipsius domus heres, et condam prouidj Benedicti Sartoris legitimus filius, ipsi domino Gregorio plebano et suis successoribus illam magnam fenestram cancellatam que lucem ad ambitum sacerdotum dirigit amicabilem edificare et construere permisit et consensit contradiccione absque vlla Anno supra dicto.

Másik oldalára ez : Hec litera continet Quod Canale seu Stillicidium uersus vicinium a parte Meridionali huius dotis Ecclesie b. Michaelis de *Cluswar* paribus laboribus et expensis conseruari debeat.

Közből : Hogy ez okirat a bélyegtörvény életbe léptetése előtt költ, bizonyittatik a kolosv. cs. kir. adóhivataltól Kolozsivárt martius 24-én 1851. ²⁾.

¹⁾ Az évszám nem volt meg.

²⁾ A szabó czéh levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s zöld és veres selyem zsinoron függő pecséttel volt erősítve, de a mi ma nincs meg.

CLX.

1478.

Mátyás király parsncslevele az erdélyi vajdához, hogy Kolozsvárt tartsa meg, s védje azon szabadalmában, hogy oda bár kik jobbágysai bár honnan letelepedés végett szabadon bevonulhassanak.

Mathias dei gratia Rex Hungarie Bohemie etc. Fideli nostro Magnifice Petro Gereb de Wingard Wayuode parcium regni nostri Transsiluanarum Salutem et gratiam. Expositum est Maiestati nostre in personis fidelium nostrorum circumspectorum Judicis et Juratorum Ceterorumque Ciuium et inhabitatorum Ciuitatis nostre *Coluswar* querulose. Quod licet iuxta antiquam libertatem eiusdem ciuitatis nostre eisdem Ciuibus per diuos reges Regni nostri Hungarie nostros scilicet predecessores graciosc datam et concessam ac per nos ut dicitur confirmatam. Vniuersi populi et Jobagiones de quorumcunque Nobilium bonis et possessionibus, qui habita licencia, iustoque terragio deposito, ac alijs debitis eorum plene persolutis iuxta ueterem consuetudinem earundem parcium Transiluanarum se ad dictam Ciuitatem *Coluswar* transferre voluerint moraturos, cum omnibus bonis et rebus suis libere ac sine omni impedimento permittj debuerint, Tamen vos ad presens nescitur quibus respectibus, non curata huiusmodi libertate dicte Ciuitatis nostre, prefatos populos et Jobagiones qui ut premittitur modo premissis ad dictam Ciuitatem uenire uellent moraturj pacifice abire non permetteretis. Sed eosdem cum certis oneribus et grauaminibus dictorum exponencium ad querimoniam regnicolarum earundem parcium Transiluanarum ad pristina eorum habitacula remitti facere molireminj prout hec in literis vestris coram nobis in specie productis vidimus contineri, in derogamen libertatis ipsorum exponencium et damnum valde ingens. Et cum nos eosdem Ciues nostros in antiquis eorum libertatibus per vos impediri non velimus. Idcirco fidelitati uestre harum serie firmiter precipiendo mandamus, aliud omnino habere nolentes. quatenus habitis presentibus annotatos exponentes in prescriptis eorum libertatibus per diuos Reges nostros ut puta predecessores ipsis ut prefertur preuia racione datis et per nos confirmatis pacifice et sine omni impedimento tenere et conservari facere modis omnibus debeatis et teneamini, Nec de cetero Jobagiones quoscunque qui ad pretactam Ciuitatem *Coluswar* se transtulissent aut transferre uellent moraturos, contra huiusmodi libertates in personis rebusque et bonis eorum quibusuis impedire, molestare aut quouismodo damnificare presummatis et sitis ausi modo aliquaj, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria Quinta proxima post festum Sancte Crucis Inuentionis. [május 7.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Octavo, Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. vigesimo primo, Bohemie uero Decimo ¹⁾.

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely kétrétű regál papirosra van írva s alól a szokott helyen a király kisebb peesétével megerősítve. Kivül: *Litere ut*

CLXI.

1478.

A királyi adószedőknek Mátyás király megparancsolja, hogy Fejérd és Felek nevű faluk lakóit a vármegyei adóba fizetésre ne kényszerítsék, mert azok adójukat Kolozsvár város adóösszegébe fizetik.

C^o pra Dⁿⁱ Regis.

Mathias dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Fidelibus nostris dicatōribus et Exactoribus Taxarum nostrarum In partibus Regni nostri Transsiluanis constitutis Salutem et Graciam, Exponitur Maiestati nostre in personis fidelium nostrorum Circumspectorum Judicis et Juratorum ac tocius Communitatis Ciuitatis nostre *Coloswariensis* quod licet quedam due possessiones ipsorum exponencium fejérd, que per nostram Maiestatem ob memoriam felicis nativitatis nostre, in eadem Ciuitate nostra facta [így] ipsis donata existit, Ac felek vocate, consequenterque Jobagiones in eisdem Commorantes, Semper et ab antiquo, non in taxam que generaliter in partibus illis dicari et exigí solet sed in illam taxam que ad ipsos Ciues nostros imposita fuerit, soluere et dicari Soliti fuerint, prout eciam hactenus soluerint, Tamen vos non curata Huiusmodj eorum Consuetudine ipsos eciam in taxa generali instar aliarum possessionum, dicare uelletis, In preiudicium libertatis et consuetudinis ipsorum non paruum, Supplicatum itaque extitit per Maiestatem nostram sibi superinde de remedio provideri, Unde nos volentes ipsos Ciues nostros in eorum antiquis Consuetudinibus conseruari Mandamus igitur fidelitati Vestre firmiter aliud habere nolentes. quatenus, receptis presentibus prefatas duas possessiones ipsorum exponencium. In taxa in partibus illis generaliter dicari solita nullo modo dicare neque ipsos propterea impedire presummatis sed easdem possessiones in antiquis eorum Consuetudinibus pacifice conservare debeatis, et aliud facere non audeatis, Et hoc volumus eciam per futuros dicatores illarum parcium firmiter obseruari, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude in Vigilia festi Beatorum Simonis et Jude apostolorum [octob. 27.] Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo octavo Regnorum Nostrorum Hungarie etc. Anno Vicesimo primo, Bohemie uero decimo ¹).

nobiles Jobagiones ad Ciuitatem Kolosvar simul cum rebus suis pacifice intromittant.
[Fasc. J. N-ro 36.]

¹) A város levéltárában levő eredetiből, mely kétrétű papirosra van írva, s veres viaszba nyomott pecséttel megerősítve, melyről a borító papiros hiányzik, különben ép. (Fasc. D. N-ro 14.)

CLXII.

1479.

A kolozsvári takács czéh alaprendszabályai.

Nos Nicolaus petrimathie Judex vniuersique prothoconsules et Iurati ciues Ciuitatis *Colusvariensis* Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum, harum serie volumus peruenire noticiam Quod nostri uenientes in presenciam Circumspecti et honesti viri Michael Barth, Symon Weber Stephanus helner, et Andreas Benedek, Seniores magistri Confraternitatis siue Cehe Linificum, nostrorumque conciuum In suis ac omnium aliorum Magistrorum ipsius Artificy personis, Supplicantes nobis debita precum instancia, ut nos eos, et eorum quemlibet suis ipsorum Juribus ac constitutionibus more aliarum Confraternitatum, graciosius conseruare In ipsis que manutenere dignaremur, Quarum constitutionum seriem, articulatim positam nobis obtulerunt, qui sequitur in hec verba videlicet Quod primo quilibet Magistrorum in Czeham nostram ueniens, sit Idoneus et sufficiens ac literas famatorias exhibere teneatur, Item quilibet nostrum eciam sufficienti testimonio comprobando edoceat quod Annos sue erudicionis effectiue compleuerit et artificio nostro prout moris est satisfecerit, Item, Quilibet Magistrorum tempore sui Introitus imponendo contribuat Auri fl. duos Item dum aliquis nostrum decessit, aut vxor, filius, uel filia, extunc omnes Magistri exequys diligenter Interesse tenentur — Hec autem facere negligentes conuincantur In media libra Cere pro qualibet vice, Juniores vero Magistri quatuor in singulis eorum agendis famulentur more alias consueto. Item mortuo ex nobis Magistro eius Relicta frui poterit ut prius Artificio, et si duxerit alium maritum artis nostre Si vero alium alterius Artificy, extunc Artificium nostrum ei ad Laborandum denegetur. Item Si quis duxerit filiam Magistri matrimonialiter in vxorem, sit absolutus a contributione. Czehe Sed magistris debet dare prandium, Item prefati Seniores Magistri tenentur circumspicere labores cuiuslibet Magistri ne perorando vilificentur, Sed ordine debito ac modo preficiantur Si quis autem excedens compertus fuerit, in Quatuor libris cere conuincatur Item Quilibet Magistrorum tenetur obedienter seruire ad Altare Sancti spiritus cuius Confraternitatem pro anime nostre salute ueneramur, Volentes igitur huiusmodi constitutionum ordinationes perpetue fore valituras visisque ipsorum et auditis condignis petitionibus, fauorabiliter inclinati presentes Litteras nostras priuilegiales Autentici sigilli nostri, In robur perpetuam que firmitatem, appensione communitas eisdem Irreuocabiliter duximus concedendas Datum In festo Beate Lucie virginis et martiris, [dec. 13.] Anno dni Millesimo quadringentesimo septuagesimo nono ¹⁾.

¹⁾ A takács czéh levelesládájában levő eredetiből, mely fejjér veres és zöld zsinoron függő pecséttel van megerősítve.

CLXIII.

1479.

A kolozsvári szöcs czéh alaprendszabályai.

Nos Nicolaus Petri Mathie Judex, Uniuersique Prothoconsules et Jurati Ciues Cinitatis *Colosvariensis*, ad uniuersorum noticiam tam presentium quam futurorum Horum [így] serie cupimus peruenire, Quod Circumspecti et honesti Viri, Johannes Kun, Cristiannus pellifex, Caspar Salczer, et Johannes Jegendorffer, in suis ac uniuersorum Magistrorum pellipariorum sew artis pellificum personis, nobis detexerunt grandibus cum querelis, Quod hospites de alijs Districtibus, Comitatibus, Civitatibus et Villis in medium nostri uenientes totum profectum et utilitatem in empeione pellium cuiuslibet generis animalium, de quibus ydem pellifices nostri, sua victualia deberent habere et nutrimenta, et sacre Regie Corone exaccionales soluere contributiones, penitus tollerent, ipsis in annullacionem et derogamen satis grande, Cum tamen in alijs Ciuitatibus Regalibus, Ciues in eisdem incolatum et residenciam habentes pre Hospitibus extraneis specialibus gauderent prerogatiuis, de quibus eodem Civitates efficacem percepissent, et continuatam participarent Melioracionem, Et quia expediens et racione censetur fore dignum, ut Ciues sew homines, quarumlibet Civitatum in loco sue residence pre alijs extraneis Hospitibus, ad eadem loca Accessum suum dirigentibus speciali prerogativa, uti frui debeant et gaudere. Nos igitur predictis pellificibus nostris Conciuibus, super ipsorum defectibus premissis, de remedio cupientes providere opportuno, ut ipsi sua victualia Copiosius habentes predicta *Coloswar*, profectuum ubertate munita maius percipiat incrementum, et exinde uberiores servitiorum et honorum fructus Regie prouenerent Maiestati et Signanter ea racione non obmissa, Quod ex quo prefati Magistri Turrin in Platheia Rapulorum sitam, per eorum sollicitudines, cum armis Bellicis. defendiculis, Balistis, Bambardis, nec non aliorum armorum ingenys diligencius appositis partim expensis et laboribus muniendo et fulciendo decorarent, Nos igitur hys permoti racionibus in medio nostri uniuersitatis tales pro ipsis Magistris facimus, seu ordinavimus constitutiones ex certa nostra scientia infra scriptas. Item nullus Magistrorum Pellificum extra Czecham et fraternitatem laborare debeat. Item nullus nostrorum Conciuium seu aliorum extraneorum in medium nostri accedentium, Pelles ovium ac agnorum sive aliorum animalium domesticorum, Siluestrium Campestrium, ac cujuslibet generis ferarum, ad ipsos Pellifices pertinentium, nec non alias pelles, uulgo Sthörling numero Centenario minus emendi debeat habere facultatem. Item quicumque Magistrorum cum alieno Magistro extra Czecharum [így] existenti, labores artis Pellificii laborat, talis suo Magisterio sit privatus eo facto, Quicumque Magistrorum Juuenem causa Informacionis acceptauerit, talis Juvenis ad Czecham florenum unum dare teneatur. Quicumque Magistrorum alieno forensi, aut concivi nostro

Extra Czecham existenti pelles quascunque predictas in suo proprio operario laborare faciat aut permittat, Talis Magisterio suo sit privatus, eo facto, nec non Judici pro tempore Constituto, in decem Marcis sit convictus. Quicunque ad Czecham et fraternitatem ingredi voluerit et ad hanc sufficiens et ydoneus fuerit, Ille pro Czecha Sex florenos dare debeat, nec non Literas famatorias [igy] de suis Parentibus exhibere teneatur. Quilibet filius Magistrorum sit absolutus a Contributione Czeche. Quicunque Filias Magistrorum, Filiam, alicuius Magistri illius Artis Matrimonialiter sibi in uxorem duxerit, talis etiam ab onereolucionis et Contribucionis Czeche sit exemptus et supportatus. Quicunque Relictam alicujus Magistri in uxorem Matrimonialiter, ¹⁾ talis a Contributione medie Czeche sit exemptus et supportatus. Omnes Relicte post obitum suorum Dominorum Maritorum per integrum annum illud artificium laborare et exercere, et non ultra habeant potestatis facultatem. Volentes igitur predictas constitutionum ordinationes perpetue et irreuocabiliter fore valituras. Ea tamen interposita Condicione, Quod prefati pelliary seu pellifices nostri Concives inter se in Communitate et fraternitate ipsorum nullas constitutiones Communi bono Contrarias facere seu ordinare debeant Si qui vero contra premissas ordinationes seu contribuciones nostras facere presumendo attemptarent, eosdem Judici nostro pro tempore constituto Juxta nostram deliberacionem Relinquimus puniendos Et ut premissa et quorumvis premissorum singula perpetue et irreuocabiliter permaneant et perdurent, pre annotatis pelliary nostris conciuibus In huius rei Memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras priuilegiales Nostri Maioris et autentici Sigilli appensione munitas duximus concedendas. Datum In die Beate Lucie virginis et martiris, [dec. 13.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Nono ²⁾.

CLXIV.

1481.

Mátyás király általános parancslevele, melynél fogva Kolozsvár polgárait minden vámfizéstől mentesíti, s az ezt megszegőkre szigorú büntetést szab.

C^o ppa dni Regis.

Mathias dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. fidelibus nostris Vniuersis et singulis prelatibus Baronibus Comitibus Castellanis Nobilibus ipso-

¹⁾ Az ige az eredetiben is ki van feledve.

²⁾ A szócs czéh leveles ládájában levő eredetiből, mely hártýára van írva s a városnak zöld, lila és fejjérszinű zsinoron függő nagyobb pecsétével megerősítve. A pecsét az 1369-kinek látszik. Megvan ez kolozsmonostori konventi átiratban, költ Kirschner András, Czypser Tamás, Ungrischer Jakab és Bácsi János szócsmesterek kérésére, András apostol ünnepe után harmadnappal 1500-ban s zöld, fejjér és lilaszin selyem zsinoron függő pecséttel van megerősítve.

rumque officialibus Item Ciuitatibus oppidis et villis ipsorumque Rectoribus Judicibus et villicis Cunctis eciā alterius cuiusuis status possessionatis hominibus vbicunque intra ambitum Regni nostri Tributa seu Thelonia tenentibus et habentibus quibus presentes ostenduntur, Salutem et gratiam, Grauem querelam fidelium nostrorum Circumspectorum Nicolai petri Mathie dicti Judicis et Ambrosy Zabo Ciuis Jurati Ciuitatis nostre *Koluswar*, in ipsorum ac vniuersorum Ciuium et Inhabitorum, eiusdem Ciuitatis nostre, personis, nobis oblatam accepimus continentem, Quomodo nonnulli essent ex vobis. qui antiquis libertatibus eorum ipsis per diuos Reges Hungarie nostros scilicet predecessores graciosè datis et concessis per nosque confirmatis non curatis ab ipsis Ciuibns nostris ipsorumque rebus et bonis contra huiusmodi antiquas libertates et priuilegia eorum, in suis tenutis terris et possessionibus, tributa exigī facerent, eosdemque ac res et bona ipsorum ad quorumuis instanciam arestarent, et ipsorum astare Iudicio compellerent. In preiudicium et derogamen libertatis eorum et desolacionem ipsius Ciuitatis nostre non modicam, Et quia nos eosdem Ciues nostros in eorum antiquis libertatibus indemnitè conseruare volumus, Ideo fidelitati vniuersitatis uestre et cuilibet uestrum harum serie strictissime precipimus et mandamus quatenus, a modo deinceps prenomīnatos Ciues et Inhabitatores Ciuitatis nostre predictæ aut aliquem ex ipsis, dum et quando ac quocienscunque. eosdem ad uestras terras tenutas [így] et possessiones. Nundinas ac loca tributorum uestrorum aut uestri in medium peruenire contingat, absque aliquali solucione et exaccione tributi, wlgo Capu wam uel wasarwam nuncupati alteriusque cuiusuis paccionis onere semoto, cum vniuersis rebus et bonis eorum pacifice ire transire et redire permittatis. et per uestros permitti faciatis, ipsosque aut eorum res, et bona ad cuiusuis instanciam arestare uel arestari facere uel uestro astare Iudicatuī compellere et astringere nullo usquam tempore presumatis gracie nostre Regie sub obtentu Nam si quipiam ex uobis quitquam [így] accionis seu questionis contra prefatos Ciues nostros aut aliquem ex ipsis habuerit aut habere sperauerit id coram Iudice et Juratis Ciuibs Ciuitatis nostre predictæ Iuridice prosequatur, ex parte quorum plena administrabitur iusticia et satisfaccionis complementum, Alioquin commisimus et presentibus striccius committimus et mandamus fidelibus nostris Magnificis waywodis. uel uicewaywodis parcium nostrarum Transsiluanarum, nec non Comitibus uel uicecomitibus et Iudicibus nobilium illorum Comitatum, in quibus fortasse ipsa mandata nostra non obseruarentur. vt ipsi scita superinde mera ueritatis certitudine omnium illorum tributa et Thelonia ac hereditates et possessiones ipsorum in quibus uidelicet super prenomīnatis Ciuibs nostris aut eorum aliquo rebusque et bonis ipsorum tributum aut Thelonium exactum fuerit uel aliquod spoliū propterea super eos in campo uel in villis factum fuerit mox et in continenti pro nostra Maiestate occupare debeant et teneant occupatas Non obstantibus Iuribus alienis Casu uero quo Comites uel uice Comites et Iudices nobilium illorum Comitatum circa premissa remissi aut negligentes fuerint, extunc eo facto honore et officiolatu eorundem nullo alio mandato

nostro superinde expectato vigore presencium Literarum nostrarum priuati sint et habeantur omnimode Secus ergo non facturj presentibus perlectis exhibentj restitutis Datum Bude in festo beati Bartholomei apostoli [aug. 24.] Anno dominj Millesimo Quadringentesimo octogesimo primo Regnorum nostrarum anno Hungarie etc. vigesimo quarto Bohemie vero Tredecimo ¹⁾).

CLXV.

1481.

Mátyás király Kolozsvár város polgárainak némely ügyeit Besztercze városbíróága alól, hol azok eddig másodbíróágilag tárgyalva voltak, kiveszi.

Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Memorie commendamus Tenore presencium significantes quibus expedit uniuersis Quod fideles nostri Circumspecti Nicolaus petri Mathie Judex ac Ambrosius Zabo Juratus ciuis Ciuitatis nostre *Koloswar* Maiestatis nostre uenientes in Conspectum ipsorum ac tocius communitatis eiusdem Ciuitatis nostre nominibus el in personis declararunt Quod licet Hactenus Ciues et Incole ipsius Ciuitatis nostre *Coloswar* Nonnullas Causas a Iudicio et Sentencia Iudicis et Juratorum Ciuium eorundem ad Iudicium examenque Iudicum et Justiciariorum Ciuitatum nostrarum Bistriciensis dehinc Czibiniensis : et expost Septem sedium Saxonicalium liberam habuerint per uiam appellacionis prouocandi facultatem Sed cum exinde Ciues ipsi et Incole sepius dampna labores et expensas incomodia [így] et mala plurima sustinuisse perhibeantur Pro eo Idem Judex et Juratus, suis et aliorum quorum supra nominibus, nostre humiliter Supplicarunt maiestati Ut eosdem a talibus laboribus dampnis et incomodis graciose releuantes preseruare dignaremur Nos igitur cuius regiminis Officio expedit ut subditorum nostrarum comodo et quieto Statu de Clemencia Regia provideamus prefatos Ciues et totam Communitatem dicte Ciuitatis nostre de *Coloswar* A modo in posterum de plenitudine nostre Regie potestatis et gracia speciali A Iurisdiccione et Iudicio Iudicis et Juratorum Ciuitatis nostre Bistriciensis prefate si quam modo premissis in ipsos

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s a király veres viaszba nyomott nagyobb pecsétével megerősítve, a mi ma le van töredezve. [Fasc. T. Nro 56.] Evvel mindenben egyező, más két példány [T. 57. 58. alatt], továbbá a harmadik [60. sz. alatt] azon különbséggel, hogy ez sárga, zöld és veres zsinoron függő pecséttel van erősítve s alól jobb felől e van írva : *ad Relacionem Thome de Erdewd prepositi Titularis*, a negyedik [61. sz. alatt] rányomott pecséttel s a 60. sz. alatti sarkjegyzéssel; végre egy példány regál papirosra írva s kívülről rányomott pecséttel erősítve a kolozsmonostori konvent által 1555-n Reminiscere vasárnap előtti másodnapon [márcz. 9.], kérték Váci Péter és Fylstich Lőrincz esküdt polgárok, [Látható T. 62. szám alatt.] s egy másik a fejevári káptalan által 1623. Reminiscere vasárnap utáni legközelebbi szombaton [márcz. 15.], szintén regál papirosra átírva s kívülről rányomott pecséttel megerősítve. [Látható T. 59. sz. alatt.]

populos *Colosvarienses* usque hac qualitercunque habuissent seu de cetero quovis modo habere pretenderent duximus eximendos et supportandos ymmo eximimus et supportamus presencium per uigorem, Eosdem tantummodo Iudicio et Judicatu in premissis causis appellacionis Judicum et Juratorum nostrorum Czibiniensium et demum Septemsedium Saxonicalium ubi Iudices et Jurati seniores omnium Ciuitatum predictarum conuenire consueuerunt reseruantes Quapropter mandamus prefatis Iudici et Juratis Ciuibus pretacte Ciuitatis nostre Czibiniensis presentibus et futuris quatenus de cetero Non obstantibus quibuscunque consuetudinibus ut premittitur huc usque in contrarium. presentis nostre annuencie obseruatis, omnes et singulas causas dictorum Ciuium et populorum nostrorum *Colosvariensium* per uiam appellacionis immediate ad vos delatis suscipere examinare et fine debito terminare debeant et teneantur Neque Secus facere presumant gracie nostre Regie sub obtentu Presentes autem quas secreti Sigilli nostri quo ut Rex Hungarie utimur appensione communiri fecimus post lecturam mandamus presentanti¹⁾ Datum Bude in festo beati Bartholomei apostoli. [aug. 24.] Anno Domini Millesimo quadringentesimo octogesimo primo Regnorum autem nostrorum Anno Hungarie etc. vigesimo quarto Bohemie uero Tredecimo.

Ad Relacionem Thome de Erdewd
pptj Titular.²⁾

CLXVI.

1481.

Mátyás király a sónak Kolozsvárra szabad behozását és ott nagyban vagy kicsiben árulását biztosítja.

Nos Mathias Dei gratia Rex Hungarie Bohemie etc. Memorie commendamus Tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis Quod fideles nostri Circumspecti Nicolaus petri Mathie Iudex et Ambrosius Zabo Juratus ciuis Ciuitatis *Colosvariensis* Maiestatis nostre venientes in conspectum suis ac tocius Communitatis eiusdem Ciuitatis nostre personis et nominibus exposuerunt nobis in hunc modum graui cum querela Quomodo Comites Camararum Salium nostrorum Regalium in eorum medio constituti Ipsorumque vice comites ac Homines et familiares, dum Incole ipsius loci sales quos ab ipsis Camararijs nostris emunt uel quos eciam quicunque ad ipsam Ciuitatem introducunt Homines extranei, ac uendicioni exponunt, ab emptoribus eorundem tam ab Incolis Ciuitatis quam ab extraneis in domo et in

¹⁾ A „reddi” vagy más igeszó ki van feledve.

²⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s veres, zöld, sárga selyem zsinoron függő pecséttel megerősítve. Oklevél és pecsét épek. [Fasc. A. Nro 3.]

foro, contra antiquam libertatem et consuetudinem ipsius Ciuitatis nostre violenter auferrent In grande preiudicium et dampnum ipsorum Oppressionemque manifestam. Supplicantes Humiliter maiestati nostre ut superinde de remedio providere dignaremur opportuno Nos itaque qui ex debito nostri regiminis tenemur fidelium subditorum nostrorum quieto Statui utilitati et comodo providere : Cuiusque nostros in antiquis eorum libertatibus et consuetudinibus conseruare, Annuimus et concessimus eisdem Ciuibus et communitati Ciuitatis nostre *Coloswariensis* atque concedimus per presentes, Vt a modo deinceps ipsi quilibet uidelicet ipsorum Sales quos a Camararijs nostris et de Cameris salium nostrorum comperauerint [így], aut quibus ipsi eosdem venderent scilicet quos extranei quicumque ad ipsam Ciuitatem introducerent, integros aut imminutos, qualescunque habeantur, iuxta dictam antiquam libertatem et consuetudinem dicte Ciuitatis nostre et alijs semper sub nostra Regia protectione liberam emendi et uendendi tam ipsi Incole et inhabitatores Ciuitatis quam Homines extranei quicumque habeant potestatis omnimodam facultatem. siue in domibus siue in foro, Contradiccione Comitum uel vice comitum Camararum nostrarum aut aliorum quorumcunque non obstante, Quapropter vobis fidelibus nostris Comitibus dictarum Camararum Salium nostrorum : et vices uestras gerentibus. presentibus et futuris presencium noticiam habituris. presentibus districte precipimus et mandamus, quatenus a modo in antea tam prefatis Ciuibus et Incolis dicte Ciuitatis nostre *Coloswariensis* et eorum cuilibet, quam extraneis quibuscunque. Sales vere Camere nostre, quos a vobis emerint aut in ciuitatem ipsi extranei introduxerint, integros vel imminutos, et qualescunque, mutuo inter se se et alter utri. libere pacifice et absque omni contradiccione emere et siue in domibus siue in foro vendere permittere et permitti facere debeatis. et eos auferre a quocunque nullatenus presumatis gracie nostre sub obtentu. Alioquin commisimus fidelibus nostris Magnificis Wayuodis uel vice wayuodis parcium nostrarum Transsilvanarum predictarum. ut ipsi vos et quemlibet vestrum dum et quando per ipsos ciues ac extraneos requisiti fuerint ad obseruationem huiusmodi mandati nostri per omnia grauamina uestra arcius compellant et astringant. Authoritate nostra Regia ipsis in hac parte specialiter attributa et iusticia mediante, Secus ergo non facturi presentes autem quas secreti Sigilli nostri appensione communiri fecimus post lecturam reddi mandamus presentanti. Datum Bude in festo beati Bartholomei apostoli, [aug. 24.] Anno Domini Millesimo quadringentesimo octogesimo primo. Regnorum autem nostrorum. Anno Hungarie etc. vigesimo quarto, Bohemie vero Tredecimo :

Ad Relacionem Thome d'Erdewd
pptj Titularis ¹⁾)

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely veres, sárga és zöld selyem szíronon függő pecséttel van megerősítve. Kivül egykorú kézírással írva : *Az Soonak Coloswara Behozazarol es El Adassarol walo Zabad Lewel.* [Fasc. S. Nro 4.]

CLXVII.

1481.

Geréb László erdélyi püspök Jakab tudort a kolozsvári plébánusi hivatalba beigtatja.

Nos Ladislaus Gereb electus et Confirmatus ecclesie albensis Transsilvane. Memorie commendamus vniuersis quibus expedit Significantes per presentes Quod nos ad litteratorium mandatum Serenissimi principis domini Mathie dei gracia Regis hungarie Bohemie etc Domini nostri naturalis graciosissimi per suam Serenitatem ad nos propterea specialiter et arcius datum, Illa resignacione quam honorabilis dominus Gregorius Slewning plebanus ecclesie parochialis Trinitatis *Koloswariensis* de eadem sua plebania vigore quarundam literarum. cirographo et Sigillo suis proprijs consignatarum et item cuiusdam Instrumenti publici. manu Circumspecti Johannis quondam Blasÿ Dobo de dicta *Coloswar* prefate Albensis Dÿoecesis. Sacris Apostolico et Imperiali auctoritatibus Notarÿ publici superinde confecti per honorabilem, dominum Jacobum quondam petri notary Ciuitatis prefate Arcium et decretorum doctorem nobis in specie exhibitarum ex rationibus in eisdem literis et Instrumento publico denotatis eidem Jacobo doctore pure et simpliciter fecisse dinoscebatur admissa nostrumque eidem consensum beniuolenter prebendo pariter et assensum. Auctoritate nostra ordinaria eundem Jacobum doctorem In et ad prefatam ecclesiam pochiale dictæ Ciuitatis *Coloswariensis* sub nomine et vocabulo Sancti Michaelis Archangeli constructam illiusque plebaniam canonice instituimus et in dei nomine confirmamus per presentes. Curam animarum Regimen et omnimodam administracionem tam Spiritualium quam temporalium Jurium dicte ecclesie sibi plenarie committentes Ipsumque per Bireti nostri capiti suo impositionem personaliter inuestientes de eadem recepto primum ab eodem ad Sacra dei evangelia per eum manibus tacta. corporali ac solito Juramento, Quod nobis et nostris successoribus canonice intransibus nostrisque et illorum vicarÿs pro tempore constitutis obediens erit et fidelis. et quod Bona, Jura et Res dicte ecclesie non alienabit non dissipabit neque distrahet. Sed si que alienata forent et distracta illa ad Jus et proprietatem eiusdem ecclesie recuperabit et restituet suo toto posse Predicta nostra ordinaria auctoritate vniuersis et singulis prefate ecclesie parochianis. et alijs quorum inter est uel quomodolibet interesse poterit tenore presencium committentes quatenus prefatum dominum Jacobum doctorem tanquam verum et legitimum plebanum ipsorum In realem et et [igy] corporalem possessionem dicte plebanie recipiant et admittant. Sibique aut suo legitimo procuratori suo nomine et nemini alteri de fructibus redditibus prouentibus Juribus et obuencionibus eiusdem vniuersis integre respondeant, ac per hos quorum interest aut intererit, faciant responderi. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premis-

sorum presentes literas fieri Sigillique nostri maioris appensione iussimus communiri. Datum Albe die veneris vigesima prima decembris. Anno domini Millesimo Quadringentesimo Octogesimo primo ¹⁾).

CLXVIII.

1486.

A kolozsvári kötélgyártó czéh alaprendszabályai.

Cum Infinita sit Mencium Labilitas Humanarum obliuionis frequentius voragine mersa Adeo. ut queque [így] pro incolumitate atque reformatione reipublice tractatur in tempore Succedencium more subito fluctuetur [így] a memoria Et ne obliuio suis exorbitationibus vim dinoscat aliquam, Preclara hominum Sagacitas gestarum sic rerum Seriem scripti patrocínio adinuenit raro moderamine communiri. Sempiterna pro memoria, Quamobrem Nos Ambrosius Zabbo Iudex Juratique Consules Ciuitatis *Colluswariensis* Tenore presencium significamus quibus incumbit Vniuersis. Quod cum nobis in nostri senatus consistorio inuicem existentibus Prouidi Martinus Lucas Stephanus Johánnēs. alter Stephanus Paulus Artis funificie Magistri ac aliorum Succedencium personaliter coram Nobis constituti, qui unius vocis consonancia fassi sunt hoc modo, Quod quamquam temporibus diurnis pariter contencionis materiam inter ipsos Magistros eorum artificiorum extra consortium ipsorum existencium Occasione rebellionis et contumaci [így] exorta plerumque sibi inuicem Iniuriati fuissent, ex eo quod contra decreta et Statuta Juriumque Artis predictae, uerum etiam Victuum et prouentuum Ipsorumque desolacionem et ruinam non parum generasset tamen diuina volente elemencia spiritu saniori inducti ob continue dilectionis affectuum, virtutumque suarum excellentem quandam inter se mutuam decreuissent subordinationem perpetuis temporibus valituram et duraturam, ipsamque in quadam carta papírea certis Articulis Superinde singillatim conscriptam et confectam, que infra inserta legentur apercius demonstrabit, petentes nos debita cum instancia ut de remedio prouidere dignaremur opportuno eandem dispositionem Ratam atque gratam acceptaremus consensumque nostrum ad hyd [így] adhiberemus beneuolum, et tandem iuxta seriem Articulorum literis nostris priuilegialibus roborare et confirmare dictique Ceche grate conferre cuius quidam [így] dispositionis series sequitur. PRimo Si quispiam in consorcio ipsius, Ceche ingredi voluerit, aut gradum Magisterij optauerit, extunc talis sit uxoratus et conciuis huius Ciuitatis, et super propagacione seu procreacione ipsiusque regimine atque Annis discipline, Artem a quo didicit, et si pro informacione Sue Artis Satis fecit, famatoria pro ut moris est offerre et producere teneatur Idemque in Subsídium eius-

¹⁾ A város levéltárában a rendezetlenek közt levő s pecséttel erősített eredetiből.

dem Ceche florenos quatuor auri, quatuor libras cere, unum prandium et unam urnam uini dare debeat et teneatur infra mensem. Item hominum quicumque de partibus Alienis canapum pro usu Magistrorum prefatorum gracia vendicionis portauerit, Magistrorum neuter pro se emere audeat oculte, sed rebus emptis universi convocentur Magistri, quibus res debeat empta, ubi inter se sorcient divisione Qui si magistrorum rem modo premissis emptam occultaverit, hic duas libras cere debeat exoluere nec talium rerum percipiat participacionem. Item Si Magistrorum quis in seductione alicuius famuli sufficienti documento fuerit repertus, talis Magister occasione Seductionis vel contra Cecham quoquomodo egerit, decem libras cere exoluere teneatur eo facto nec famulum seductum apud se tenere queat neque presummat Item Adolescentum vero aut paruulorum Siquis Artem expressam gracia erudicionis Studio se annexerit, et aliquo Magistro se obtulerit, hic cum Suo Magistro conueniat coram duobus Magistris Ceche ad minus, et quatuor integris Annis post invicem se sequentibus diligenter eidem famulaturus, denique in Subsidium Ceche flor. duos et duas libras cere conprestat Sique carebit locet Fidejussorem. Item nemo gracia Mercature aut lucri laqueos Wlgo istrang maiores neque minores hanc ad vendendum tempore intermedio portare audeat Ciuitatem, nam si qui attemptauerit Magister Cecharum Auxilio Iudicis Occupent et ad debitum exponant usum. Nichilominus ipsi Magistri Cecharum pro tempore constituti tam extraneorum quam Ciuitatensium tempore nundinibus [így] labores circumspicere, falsos emandare ymo Judiciaria auctoritate occupare igneque consumere habeant facultatem Item Laqueos Magnos Ad Montana Salium omnes Magistri Cecharum equalibus expensis et Laboribus perficiant. Insuper adiecimus ut cum Sociorum aliquis Relictam sibi matrimonialiter alicuius magistri defuncti duxerit in gregem et ipse eandem consequenter artem quam maritus consequebatur Relicte talis medium narratarum [így] Jurium duntaxat pro redemptione Magisterij conprestat, et eodem Jure filij utantur Magistrorum, Relicta vero eiusdem artis duos integros Annos artem ipsam laborare valeat nec ultra. Nos itaque iustis et condignis petitionibus prefatorum Magistrorum inclinati, prescriptas ordinationes cum suis Articulis expressis Animo deliberato ac communi voluntate acceptamus ratificamus ac approbamus perpetuo valituras confirmamus. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras priuilegiales pendentes et autentici sigilli nostri maioris roboratas eisdem duximus concedendas. Datum In Octaua pasce [ápril 2.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Octogesimo Sexto.

Laurencius Reýnhart.
notarius in premissis¹⁾

¹⁾ A kötélyártó czéh leveles ládjában levő eredetiből, mely hártýára van írva s a város, veres selyem zsinoron függő nagyobb pecsétével megerősítve.

CLXIX.

1486.

A kolozsvári bíró és esküdt tanácsosok a Szent Ferencz-rendnek belső farkas-utczában templom- és zárda-építhetésre helyet ad.

Nos Ambrosius Zabo Judex, Juratque Consules Civitatis *Kolosvár*, ad universorum notitiam. tam praesentium, quam futurorum, harum serie volumus pervenire : quod Nos, ac tota Communitas praedictae Civitatis, unanimiter cogitantes, quia praesentis vitae conditio statum habeat instabilem, et ea, quae habent essentiam, tendunt visibiliter ad non esse. Ideirco dignâ et devotâ consideratione vigilantes, nè cum Dominus venerit, nos inveniat dormientes, pro nostrorum Commoditate, et Divini cultûs augmento, terrena in caelestia, et transitoria in aeterna felici volentes Commerciô commutare ; primò et principaliter ex Voluntatibus et annuentiis Serenissimi Principis, Domini Matthiae Regis Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Domini nostri naturalis et gratiosissimi, sed et Magnifici Comitis Domini Stephani de Bathor, Judicis Curiae Regiae, Vajvodaque Tansylvaniensis, quendam locum pro Monasterio in platea Luporum, in annexu Turris nuncupatae, Turris Sartorum, ad plagam Orientalem, tendentem, Fratribus Minoribus in perpetuum duximus, conferendum, imò conferimus et donamus prefatis fratribus inibi tantum locum, et spatium, quantum necessitas Monasterii deposcit. Ita tamen, quòd Domus ibidem sitae ipsis Possessoribus exolvere pretiò debeant, perpetuè et irrevocabiler tenendum et habendum, pariter possidendum contradictoriò nullò obstante. In cuius rei evidentiam praesentes Literas nostras sigilli nostri majoris et authentici sub impressu munimine roboratas, prae specificatis Fratribus Minoribus duximus concedendum. Datum in *Kolosvár* Feriâ Tertiâ, proximâ ante Festum S. Martini, [nov. 9.] Annò Domini Millesimò, quadringentesimò octuagesimò sextò.¹⁾

CLXX.

1486.

Mátyás király Kolozsvár városának azon szabadalmi kiváltságot adja, hogy, a kik ott laknak s javadalmakat élveznek, bármily sorsuak és ranguak, adót is fizessenek.

Co ppria Dni Regis

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Memorie Commendamus Tenore presencium Significantes, quibus expedit Uniuersis, Quod

¹⁾ Az Erdélyi Múzeum kéziratgyűjteményéből. *Jos. C. Kemény* Collectio Major Manuscriptor. Historicor. Tom. VI. 2-ik gyűjtemény 12. szám; [lapszámozás és a forrás megnevezése nélkül, de valószínűleg a szerzet leveléből a múlt században átitrt egyszerű másolatokról véve.]

fideles nostri, prudentes et circumspecti, Ambrosius Sartor Judex ac Laurencius Eppel Juratus Cuius Ciuitatis nostre *Coloswariensis*, nostre Maiestatis venientes in presenciam, in suis et ceterorum Ciuium et Communitatis loci eiusdem, nominibus et personis nobis exponere curaverunt, Qualiter nonnulli essent diuersi status et condicionis hominum, qui in ipsa Ciuitate nostra domos et Hereditates tempore Maiestatis nostre precio comperassent [így], et cum hoc eciam terras Vineas et omnem Utilitatem instar aliorum inhabitatorum eiusdem Ciuitatis nostre in eius pertinencijs haberent. tenebant. et uterentur, Census tamen siue taxas ratione huiusmodi domorum suarum in medium ipsius Ciuitatis nostre, licet prius promiserint, eiusdem civibus nostris, Tamen iam nactis sibi et acquisitis quibusdam nouis exemptionibus, soluere detrectarent et non vellent, unde ipsa Ciuitas nostra, non paruum sustineret iniuriam, Nos igitur qui Juribus libertatibusque et simul eciam legibus Ciuitatum nostrarum, debito moderamine attendere debemus, Considerantes omnino iniustum iniquumque esse, Ut hī qui comoda percipiunt, onerum eciam ceteris participes non existant, proinde eisdem Iudici et Ciuibus ac Universe communitati predictae Ciuitatis nostre Id annuimus et concessimus ut a modo deinceps, ipsi omnes cuiuscunque status et condicionis homines existant, qui in eorum medio ut premisimus domos haberent terrasque et alias utilitates eiusdem Ciuitatis uterentur, ad solutionem huiusmodi Censuum siue taxarum in medium eorundem ratione ipsarum domorum cogere et compellere possint et valeant, Immo annuimus et concedimus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, Datum in Wysegrad feria quarta proxima ante festum Sancte Trinitatis [május 18.] Anno domini Millesimo Quadringentesimo octogesimo sexto, Regnorum nostrorum Hungarie etc. Anno vigesimo nono Bohemie vero decimo septimo.¹⁾

CLXXI.

1486.

Mátyás király Kolozsvárnak azon kiváltságot adja, hogy a polgárainak adós nemeseket ne a nemesek törvénysszékén, hanem az erdélyi vajda előtt foghassák perbe.

Commisio ppa Dni Regis.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie, Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit uniuersis, Quod fideles nostri prudentes et circumspecti Ambrosius Sartor Judex et Laurencius Eppel Juratus Cuius Ciuitatis nostre *Koloswariensis*. nostre Maiestatis accedentes in conspectum. in suis ac ceterorum Ciuium et Communitatis loci

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely két rétű regál papirosra van írva s középen veres viaszba nyomott királyi pecséttel megpecsételve. A pecsét fele részben le van válva. [Fasc. C. Nro 20.]

eiusdem nominibus et personis exponere curaverunt Maiestati nostre. Qualiter ipsi per Nobiles et alios possessionatos Homines illarum parcium, graues Iniurias. preiudiciaque et nonnunquam eciam dampna non modica sustinerent, in eo videlicet Quod prefati Nobiles et ceteri possessionati Homines tam ad Fora ac Nundinas quam eciam alias temporibus medys. in ipsam Ciuitatem nostram ingressi ab eisdem res ipsorum de precio earundem conuencione facta. in credenciam et fidem leuare, et nonnunquam eciam pecuniam similiter in fidem recipere soliti essent. Tandem vero cum ad Restitutionem precy huiusmodi rerum receptarum. aut ad exolucionem pecuniarum lenatarum requirerentur. multas facerent difficultates et subterfugia Allegantes se esse Regni Nobiles, et si quibus deberent aut obligarentur uelle in sede Iudiciaria Nobilium et non alias juri astare et creditoribus suis respondere. per quod pauperes ipsi populares sepius et rem et pecuniam suam vel negligerent vel per simplicitatem amitterent, Supplicarunt igitur prefati Ambrosius Iudex et Laurencius Eppel Maiestati nostre suo et aliorum quorum supra nominibus. ut eisdem superinde prouisione debita succurrere dignaremur. Nos igitur iusticia imprimis moti. deinde eciam ut facilius indemnitati ipsius Ciuitatis nostre et eiusdem incolarum consulatur. eisdem id ex gracia nostra speciali annuendum duximus et concedendum, annuimusque et concedimus per presentes, ut a modo deinceps si quispiam Nobilium aut aliorum quorumcunque hominum in ipsa Ciuitate nostra, siue in empeionibus, siue alias uteunque, quecunque debita contraxerunt. Requisitusque solucionem de creditis facere non curaverit, et tunc creditor huiusmodi continuo suam causam. ad fidelem nostrum Magnificum Comitem Stephanum de Bathor Wayuodam, aut eiusdem Vicewaydas [így] parcium Regni nostri Transsiluanarum. deferre. ydemque Wayda. [így] aut eiusdem Vicewayde [így] presentes et futuri huiusmodi debitorem ad primam simplicem que talis creditoris querimoniam sui in presenciam convocare, atque eidem ex parte illius, Summarium breueque Iudicium et Iusticiam iuxta proposita et probata facere ac prout Juris rationisque ordo dictauerit, plenariam satisfaccionem nostra in hac parte presentibus eisdem attributa ac sua Iudiciaria auctoritatibus et Iusticia mediante. possint. debeantque et teneantur exhibere. Quod [így] ut suo modo exequantur. prefato comiti Stephano de Bathor Wayde moderno. futurisque Waydis et eorum Vicewaydis ac Officialibus firmiter iniungimus harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Wysegrad feria quarta proxima ante festum sancte Trinitatis, [máj. 18.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Octogesimo Sexto Regnorum nostrorum Hungarie etc. Anno Vigesimo Nono Bohemie vero Decimo Septimo.¹⁾

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely két rétti regál papirosra volt nyitottalakban kiállítva s közből alól a király nagy pecsétével a szokott módon megerősítve, a mi ma is ép. Kivül e volt rá egykoru kézírással írva: *Quod debitores nobiles per creditores coram Waywoda conveniantur in causam et non Sedes nobilium.* [Fasc. DD. Nro 1.]

CLXXII.

1486.

Mátyás király Kolozsvárnak a bíró és esküdt polgárok választásánál azon jogot adja, a
mivel Buda városa él.

Commissio ppa dni Reg.

Mathias dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Fidelibus nostris Prudentibus et Circumspectis Judici. Juratis ceterisque Ciuibus, et Communitati Ciuitatis nostre *Kolosvariensis*, Salutem et gratiam Intelleximus inter Vos et in medio Vestri tempore eleccionis Judicum et Juratorum Ciuium aliorumque officialium. publicam curam ipsius Ciuitatis nostre gerencium. singulis annis Varios rumores clamoresque et prope sediciones concitari. Ex quibus sedicionibus et discordijs nostis [így] ¹⁾ quia nihil unquam nisi pericula solent euenire Quocienscunque enim ad Eleccionem prefeccionemque huiusmodi Judicum et Juratorum Ciuium ac aliorum officialium temporibus ad hoc statutis ad consistorium vestrum generalem faceretis conuencionem popularem, tociens semper alius alia sencientes in Varias et diuersas. Sentencias. distraheremini in eo Videlicet. Vt dum de huiusmodi eleccione ageretur. alter Hungarum Alter Vero Saxonem siue Germanum uel promoueri uel reijci conclamaret, Inter que eciam clamor popularis sepe numero in tantum misceretur : Vt timendum esset maiori periculo, Ne igitur de cetero huiusmodi sedicionibus et discordijs in medio vestri locus pateat Sed Vt Vnanimi et concordi Voto in eleccione et eciam obseruacione talium Judicum. et Juratorum Ciuium ac officialium. debitam pacis et tranquillitatis consuetudinem seruare possit Vobis id duximus Annuendum et concedendum. Vt A modo deinceps in eleccione huiusmodi Judicum et Juratorum Ciuium aliarumque personarum. curam ipsius Ciuitatis nostre gerencium. Omnia illa iura consuetudines et modos quibus Ciuitas nostra Budensis Vtitur. tenere et obseruare. hysque in perpetuum Vti et frui Valeatis ex presenti graciosia concessione et Annuencia nostra Quod si qui forsitan ex Vobis et in medio vestri constitutus huius contrarium tenere cupiens, et priorem illam abusionem sequi desiderans aliquam sedicionem aut discordiam de cetero excitare presumeret. Eleccionique huiusmodi, quam hoc modo de dicto Iudice et Juratis ceterisque officialibus, communi Voto feceritis. reclamauerit. siue illi reluctauerit. Talis tanquam turbator commodi Jurisque publici in Sentencia Capitali, et amissione bonorum suorum. conuincatur ipso facto, Immo Annuimus et concedimus Harum nostrarum. quas Secreto Sigillo nostro quo Vt Rex Hungarie Vtimur impressiue consignari fecimus Vigore et testimonio literarum mediante Datum in Wýsegrad feria quarta proxima. ante festum Sancte Trinitatis [május 18.] Anno domini Millesimo quadringentesimo Octogesimo Sexto Regnorum nostrorum Hungarie etc. Anno Vigesimo nono Bohemie Vero decimo Septimo. ²⁾

¹⁾ Olvasható így is : „nostis“ — és így értelme inkább kivehető.

²⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely két rétű regál papirosra van írva nyitott alakban, s belől a király rányomott pecsétével megerősítve. [Fasc. J. Nro 24.]

CLXXIII.

1487.

Mátyás király parancslevele Kolozsvár birójának és esküdt polgárainak, hogy a szent Ferencz-rend szerzeteseit a farkas-utczai templom- és zárdaépítésben segítsék.

Matthias Dei Gratia Hungariae, Bohemiae etc. Rex, Duxque Austriae, Fidelibus nostris, Prudentibus et Circumspectis, Judici, Juratis, Caeterisque Civibus, ac Toti Communitati Civitatis nostrae *kolosvariensis*, Salutem et Graam.

Quia Nos in illa Civitate nostra in loco Scilicet per vos designato Claustrum pro Fratribus ordinis Minorum S. Francisci de observantia, aedificari facere decrevimus, quamobrem volumus, et Fidelitatibus vestris Serie Praesentium Strictissime praecipimus, et mandamus, Fratribus hujusmodi Claustrum in loco praescripto absque omni difficultate et renitentia aedificari facere permittere et de medio Vestri duos probos, et idoneos Viros eligere debeatis, qui similiter eisdem Fratribus juxta ipsorum requisitionem, in omnibus ipsorum necessitatibus auxiliô et juvamine adesse debeant. Aliud igitur nullatenus facere praesumatis. Praesent. perlect. exhibent restit. Datum sub annulari secreto sigillo nostro, in Arce novae Civitatis nostrae Australis, Feriâ quartâ proximâ ante Festum Nativitatis Beatae Mariae Virginis, [sept. 5.] Annô Domini Millesimô, Quadringentesimô Octuagesimô Septimô.¹⁾

CLXXIV.

1487.

A kolozsvári kötélverő czéh alaprendszabályai.

In anno domini Millesimo CCCC° lxxx vij° Der anfangk der erligen lew̃t yn der czech der zeler czw Clausenburgk.

Item welcher meister nicht eynem leriungen hatt : der zol czwen knecht halten. Vnd welcher meÿster eynen ler Jungen hatt : der ‚nicht‘ zol meer halten wen eÿnen knecht wen eÿn ler Junger ausz gelerneth alzo zoll ym seÿn meÿster geben vor eÿnen gulden eÿnen rock, Vnd der leer knecht zol 111j iar ler iaer dÿnen Vnd der leer Jüngk zol geben 1j gulden vnd 111j phunt wax vnd eÿnen vnd czweÿ gericht wen man yn auff nÿmpt.

Item ab eÿn knecht czwein vnd hett nicht czerüngk [így] alzo zol ym eÿn erber meÿster freÿ zein arbeth czw geben auff eÿnen gulden ader auff eÿn halben gulden :

¹⁾ Az erdélyi Múzeum kéziratgyűjteményéből. Jos. C. Kemény Collectio Major Manuscriptor. Historicor. Tom. VI. 2-ik gyűjtemény 9. szám. [Valószínűen a szerzet leveleiből vett egyszerű másolatról véve ; a korral nem egyező orthographia ezt mutatja.]

Item. Ab eyn knecht vrlob wold nemen von zeñnem herren, zo zoll her das acht tag vorhñn zeñnen herren czu wissen thuen, Vnd ab das der knecht nicht thutt : zo zol her czwey phunt wax geben ÿn dñ czech. Vnd ab das der meýster nicht auch dem knecht czu wissen thut acht tag dar vor : dñ busz. 111j phunt wax,

Item, And des liben Sent endresz tag mer nicht czu opper gett : dñ busz 1 phunt wax. Vnd ab der man nicht do heým ist : zo zoll dñ fraw beý der zelben busz cza opper geen. Vnd an dem selben tag zullen dñ meýster eyn mol haben, vnd wer nicht kumbt dñ busz 111j phunt wax.

Vnd wer das mol nicht gibt welcher czech meýster ist : dñ busz v. phunt wax : dñ czwehen czech meist' eyn iczlicher V. phunt wax.

Item. An dem tag Fabiani vnd Sebastiani wer nicht czu opper gett dñ busz 1 phunt wax,

Item. Wer nicht des elters wart czu allen feýr tagen czu der frw mesz wer nicht dñ kerczen off czünt vnd ausz lisch : dñ busz eyn 8 phunt wax. vnd nicht ausz lisch eýnen 8 8 wax. Czu der Homesz eyn phunt wax. Czu der vesper den elter nicht deckt eyn phunt wax.

Item wer nicht czu eýner hobt leich ist noch der leich eyn 8 phunt wax Wer nicht myth noch der leyeh gehet eyn 8 phunt wax. Czu dem grab eyn 8 phunt wax. Czu dem opper eyn 8 phunt wax. Czu dem dancken eyn 8 phunt wax. Czu dem weýn eyn 8 8 wax.

Item wen eyn meýster eynen knecht hatt vnd der knecht von dem meister vngerechent eweg czwget : ader ÿn dem czorn dem zol man noch schreiben vnd zol wider kummen vnd zol zich myth seýnem meist' geleich vnd zol der weyl keynen dynst haben,

Item. Wen eyn Junger meýster wil werden : der zol geben ÿn dñ czech 111j gulden, vnd eyn mol, vnd eýnen omer weýn, vnd 111j phunt wax ÿn eýnem meineth,

Item ÿn den zelben czeýtten alz man schreibt. tawsent CCCC°, vnd lxxxvij iar haben dñ meist' das bedacht myth ganzer eýntragt, vnd mit wol bedachtem mutt : Wer das wider reth der zol gebn dñ halb czeh,

Item. Welcher meist' nicht kumbt an dem czeh tag wen dñ meist' czu hoff. Sullen gehen czu der czwelffter stunde dñ busz ist 1 phunt wax,

Item welcher meýst' nicht wirt siczen do her hñ gehört : dñ busz ein 8 phunt wax bñs das jr geschafft ein ende nympt,

Item welcher meýster schuldig ýst ýsz seý wax abýr phennick der do nicht bezalt czu phengsten : zo sullen czwein meister gihen czu dem selben meýster vnd sullen ým dñ schnwr ab nemen von dem rath. alzo langk bñsz das her sich gericht,

Item der czech meýster sal geben eyn frw stuckel noch der procesz an des heýligen leychnams tag den knechten.

Item welcher meýst' der forbust der czech So dñ czwen czech meister czu ým gýhen vnd nemen dem selben meýster dñ schuw ab von dem ratt ab der selbig meýster sich wurde myt eýnen czorn keyn Sý auff lenen myth wortten der selbig meýster sal dñ busz czweý speldig tragen,

Item welcher meyster den anderen smehet aber lwgen strafft : zo offt mal das geschit : dÿ busz 1j phunt wax.

Item Dÿ Erlichen meyst' der Zeyler czech haben eyntrechtig beschloss-
sen das eyn yeder mest' zol geben eynen arbeter yn dy weyngarten czw den
lesen Wnd geb her den nycht dy bus yst 1j Œ wax.

Wnd mer yst das dy czech meist' das den andern nicht tedt czw wys-
sen an de andern tag ———¹⁾ dy bus czwey speldig 111j Œ wax.

Item Wir Maister der Ersammen Czech haben auch peschlossenn mit
ainnander Wo ein Maister mit tod abgieng so sol die verlassene witfraw die
weil sÿ das hantwerch arbeÿtenn, also vnnd in diser gestalt. das sÿ nit mer
dan einen knecht halt vnnd kainen mer mit dar vber, vnnd, an allenn gros-
sen arbaytenn die dÿ mester habenn sol taÿl darann habenn, Diesen pe-
schluss haben gemacht die Ersamen meister Als maister Francz seler vnnd
Mertenn seler Hans Seler vnnd Brez seler, benedit seler, vnnd Wider mer-
ten seler, Dises ist geschehen vnnd verricht worden. Am Suntag vor Fran-
cisci [oct. 1.] Im 1542 Jar. ²⁾

CLXXV.

1488.

Mátyás király parancslevele Szeben város polgármesteréhez és esküdt polgáraihoz, hogy a
kolozsváriak oda felebbezett ügyeiben nekik az iránt adott királyi kiváltságlevél értelmében
hozzanak ítéletet.

Comisio propria domini Regis.

Mathias Dei gracia Hungarie Bohemie etc. Rex, Duxque Austrie, Fide-
libus nostris Prudentibus et Circumspectis, Magistro ciuium Iudici, ac Jura-
tis, ceterisque ciuibz ciuitatis nostre cibiniensis salutem et graciam, Quem-
admodum ex speciali gracia nostra, per alias nostras, fidelibus nostris,
Prudentibus et Circumspectis Iudici et Juratis ciuibz Ciuitatis nostre *Ko-
loswariensis* id annuimus, vt vniuerse cause, in presenciam ipsorum mouende,
que alias, ad civitatem nostram Bistriciensem, et presenciam ipsorum, per
modum interrogacionis appellari solebant, in presenciam vestre appellentur,
Ita volumus, et eciam serie presencium vobis strictissime precipimus et
mandamus, Aliud habere nolentes, quatenus uniuersas huiusmodi Causas,
que de presenciam dictorum Iudicis et Juratorum ciuium Ciuitatis nostre
Koloswariensis, uestre in presenciam per modum interrogacionis appellatur
non obstante quorumlibet contradiccione, temporibus semper opportunis,
Juxta contenta earundem literarum nostrarum ipsis superinde datarum
adjudicare et in eisdem prout dictauerit ordo Juris procedere modis omnibus

¹⁾ Egy szót nem értek, hasonmása ez : *szefen*

²⁾ A kötélverő cseh levelesládájában levő eredetiből.

debeat et teneamini, Aliud nullo modo facere presumatis presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum Vienne feria quarta proxima ante festum beatorum philippi et Jacobi Apostolorum [apr. 28.] Anno Domini Millesimo quadringentesimo octogesimo octauo. ¹⁾

CLXXVI. a)

1488.

Mátyás király a kolozsváriak részére a vásárokra szabadon mehetést újabban biztosítja.

Mathias dei gratia Hungarie Bohemie etc. Rex duxque Austrie, fidelibus nostris vniuersis et singulis Nobilibus et alterius cuiusuis status et condicionis possessionatis hominibus, Item ciuitatibus oppidis et villis earumque Rectoribus Iudicibus et villicis Cunctis eciam alijs Regnicolis nostris, ubiuis in Regno nostro Hungarie et partibus sibi subiectis constitutis et existentibus presentes visuris Salutem et gratiam, ex querulosa significacione fidelium nostrorum prudentum et Circumspectorum Iudicis et Juratorum ceterorumque Ciuium Ciuitatis nostre *Koloswariensis* accepimus, Qualiter nonnulli forent ex vobis qui exquisitis quibusdam adinuencionibus, eisdem exponentibus res et bona mercimonalia in foris seu Nundinis liberis in medio vestri celebrari solitis vendere et emere ac commutare non permitterent, In preiudicium eorundem exponencium et dampnum manifestum. Supplicatum itaque extitit Maiestati nostre pro parte eorundem Ciuium, vt ipsis circa premissa de remedio providere dignaremur opportuno, Quia vero nos nullo modo volumus, ipsos Ciues per vos sic indebite opprimj, fidelitati idecirco vestre et cuilibet vestrum serie presencium strictissime precipimus et mandamus, quatenus, a modo imposterum prefatis Exponentibus et cuilibet eorum huiusmodj res et bona mercimonalia in foris seu Nundinis in medio vestri vt premittitur celebrari solitis, vbique libere pacifice et sine omni impedimento, quibuscunque Videlicet voluerint vendere, et a quibuscunque item voluerint emere et comparare permittere et permitti facere modis omnibus debeat et teneamini Aliud nulla tenus facere presumatis, presentibus perlectis exhibentj restitutis Datum Wienne in profesto beatorum phillipi et Jacobi apostolorum [ápr. 30.] Anno Dominj Millesimo Quadringentesimo Octauo. ²⁾

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely regál papirosra van írva s közepén a király nagyobb pecsétével megerősítve, minek ma csak helye látszik. A megszakadozott oklevél nem rég van könyvkötő által gondosan kiigazítva. [Fasc. A. Nro 4.]

²⁾ A szabó czéh levéltárában levő eredetiből, mely két rétű regál papirosra van írva, s a király rányomott nagyobb pecsétével megerősítve.

E kiváltságlevelet érdekesnek látom egy — a mult századból ugyanott fenn levő — fordításból a következő szám alatt magyarul is adni.

CLXXVI. b)

1488.

Az elébbi királyi biztosító levél magyar fordítása.

Mátyás Király ISTEN kegyelme által Magyar Országnak Tseh-Országnak s. a. t. Királyja Austriának Hertzege minden mi Hiveinknek Nemeseinknek és más akármelly állapotban lévő örökös embereinknek, ismét Mező Városinknak Kerített Városinknak és Majorinknak és azoknak Igazgatójainak Birájinak és Majorosinak, és a mi Orszagunknak minden egyéb lakosinak akarhol e mi Orszagunkban Magyar Országban és annak részeiben rendeltetteknek és jelenlévőknek kik ezen írásunkat látandják egészséget és kegyelmet kívánunk. A mi okos és eszes Hiveinknek *Koloscvár* Várasa Birájának s Eskütteinek és azon Váras lakosinak panaszkodó jelentésekből hallottuk, mineműek legyenek némellyek közzületek, kik nemelly találmányokat szorgalmatosan keresvén ezen árus embereknek marhájokat és elado jószágait köztetek gyakoroltatni szokott piatzokban vagy szabad Vásárookban el adni és venni avagy tserélni meg nem engednék, ezen árus embereknek bestelensegekre és nyilván való károkra. Alázatosan esedezvén annak okáért azon lakosok a mi nagy Méltóságunknak, hogy ezeket megengedvén mindenféle alkalmas Segítségeinkről gondot viselni meltoztatnánk. Mivel penig mi Semmiképen nem akarjuk hogy a mi Hazafijaink ti általatok ekképen méltatlanul elnyomattassanak, nektek Hiveinknek és köztetek akármelly rendben levőknek hagyjuk s parantsoljuk, hogy mindnyájan mostantul fogva ennek utánna ezen megnevezett árus embereknek és akárkinek is közzüllök eféle marhákat és el ado jószágokat a piatzokban es Vásárookban eladni es akar kitül ismét venni és tserélni minden modon meg engedni és meg engedtettni tartozzatok. Mást tselekedni semmiképen ne merészellyetek. A jelenvalok előtt el olvastatvan és meg adattatván Költ Bécsben Filep Jacob napján [máj. 1.] 1488 Eszten 1)

CLXXVII.

1488.

Nos Gregorius Adam Dictus, Judex. Juratique Ciues Castri Noui, Montis Pestiensis, Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit uniuersis Quod nostri personaliter venientes in presenciam prudentes ac Circumspecti Viri Nicolaus Petri Mathie et Johannes Barthaffi Jurati Ciues Ciuitatis *Koloswariensis* in eorum ceterorumque singulorum

1) A szabó cseh levéltárában levő egyszerű fordításról, melyet a két rétű regál papírra irt ma is meglevő eredetiből a cseh 1735-ben magyarra fordíttatott. A magyar szöveget az abban levő sajátságos kifejezésekért s tiszta magyarságért láttam az eredetinel is méltóbbnak közlésre.

Ciuum Hospitum et Incolarum, utrarumque scilicet Communitatum tam Hungarorum quam Theutonorum dicte Ciuitatis *Koloswariensis* personis et Nominibus, exhibuerunt nobis Literas Serenissimi principis et Domini Domini Mathie Dei gracia Hungarie Bohemie etc. Regis ac Ducis Austrie Domini nostri graciosissimi maiori et Secreto Sigillo Sue Maiestatis consignatas pro prefate Ciuitatis *Koloswariensis* Civibus et Hospitibus, ad sue celsitudinis propriam commissionem patenter emanatas, nobisque preceptorie loquentes, quas omni, qua tenemur Reverencia et humilitate accepimus, Hunc continentes tenorem Mathias Dei gracia Hungarie Bohemie etc. Rex Duxque Austrie fidelibus nostris prudentibus et Circumspectis Judici et Juratis Ceterisque Ciuibus Ciuitatis nostre Budensis, Salutem et gratiam, dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Circumspectorum Judicis et Juratorum ceterorumque Ciuum Ciuitatis nostre *Koloswariensis*. Qualiter ipsi in constitucione seu prefeccione Judicis et Juratorum ceterorumque Ciuum ac Centum Hominum in illa Ciuitate constituendorum, ac alys universis Juribus, ea lege, eaque consuetudine, qua scilicet et vos in illa Ciuitate nostra Budensi utiminj, semper et ab antiquo usi fuissent et uti vellent eciam imposterum. Supplicatum igitur extitit, nobis ut eisdem huiusmodi libertatum et consuetudinum vestrarum paria in scriptis per vos dari facere dignaremur, Quamobrem volumus et fidelitati vestre serie presencium Strictissime precipimus et mandamus, quatenus, Statim acceptis presentibus, prefatis Judici et Ciuibus Ciuitatis nostre *Koloswariensis*. predictae, paria huiusmodi Constitucionis et prefeccionis Judicis et Juratorum, ceterorumque Ciuum ac Centum Hominum nec non universarum aliarum libertatum et consuetudinum vestrarum in scriptis sub Sigillo vestro dari et emanari facere modis omnibus debeatis et teneamini. Aliud nullo modo facturi Datum Vienne feria secunda proxima post festum Inuentionis sancte Crucis, [május 4.] Anno Domini Millesimo quadringentesimo octogesimo octauo Quibus quidam [így] literis, visis earumque tenoribus intellectis, volentes Regys mandatis prout tenemur subiectissima obedire humilitate, Intellectis nichilominus prefatorum Nicolai et Johannis, fidedignis relatibus [így] nobis viue vocis ipsorum oraculo explicatis Qualiter scilicet ipsi Ciuies in eleccione Judicis et Juratorum Ciuum, cum Consuetudine Ciuitatis nostre per omnia concordarent et parili uterentur libertate, Ita quod altero annorum Theutonicus, altero verus [így] Hungarus in Judicem preficeretur, preterea ex ipsis Ciuibus dictarum ambarum communitatum Jurati Ciuies, equali numero videlicet Sex Theutonici et totidem Hungari deputarentur optarent idcirco ex animo, in constitucione Centum Hominum alysque libertatibus et consuetudinibus, ea lege eaque consuetudine, qua videlicet et nos utimur gaudere et frui uelle Sane igitur, agnitis per nos ipsorum Ciuum Ciuitatis. *Koloswariensis* iustis et licitis desiderys premissis prius Regie sublimitatis precepto, hos infra scriptarum libertatum et consuetudinum, articulos, seriatim suo ordine declarandos prout ex certis nostris priuilegys collegimus, eisdem Ciuibus ipsorumque posteritatibus, duximus concedendos, *Item primus Articulus* Quod appropinquantibus diebus siue festiuitatibus in quibus

videlicet Judex et Jurati Ciues dignitates et officia eorum ex consuetudine Ciuitatis *Kolosvariensis* resignare et deponere habebunt ydem Judex et Jurati, uniformiter et concordi voluntate de unaquaque earum ambarum Communitatum Ciuibus et Incolis, Quinquaginta personas qui sint Homines Patresfamilias, bone condicionis, honeste vite, et fame laudabilis, deum et eius iusticiam, pariter et Vtilitatem Ciuitatis diligentes, qui Consulatu videbuntur ad hoc magis abiles, Vbicunque in eiusdem Ciuitatis Theatris plateis, et vicis, iuxta distincionem Ciuitatis commorantium, necnou de singulis Czechÿs, tres aut quatuor viros ad maximum eligere debeant, qui prestitis proprius in eorum Idiomate Juramentis, tactis Corporaliter Sacro Sanctis Evangelÿs, aut salutifere Crucis signo Quod non odio uel amore prece aut precio cuiuspiam, nec aliqua alia quacunque Sinistra intencione Sed iuxta ipsorum Consciencie puritatem, ad huiusmodi eleccionem Iudicis et Juratorum Ciuium procedere velint, Illo eciam specificato quod eleccio Centum Hominum Singulis annis fienda, in Iudicis et Juratorum arbitrio stabit, quem scilicet ex eis de nouo assummere et quem ex prioribus reicere voluerint *Secundus Articulus* Quod ipsi Centum Homines electi eo die quo Judex et Jurati Ciues dignitatum suarum officia resignabunt, nulla vocacionis ammonicione premissa, circa tercium campane pulsum, comparere, atque in uno conclau loco scilicet tuto et securo, se claudere et absque omni susurracione strepitu et clamore, ibidem ordinatim consedere debeant, ita ut semper inter duos Hungaros Alemannus medium locum teneat, et e conuerso, nec aliquis de loco, sine vocacione ante elleccionem [így] premissam surgere audeat Quibus ita consedentibus Notarius Ciuitatis nomina Centum Hominum ordinatim pronuntiabit, incipiendo a pocioribus, quorum singulus suo lingwagio respondebit assum, Quo facto, Notarioque exeunte, seniores ex ipsis Centum Hominibus Quatuor eligant personas, ad Tabulam, in qua Scilicet nomina in Eleccione Iudicis et Juratorum expressata conscribuntur, duos Theutonos [így], et duos Hungaros, qui primitus sub silencio ad eleccionem Iudicis et Juratorum. suas dabunt voces, et post hac ulterius progrediendo, duo ex eis Tabulam teneant alÿ vero duo in eadem Tabula conscripta diligenter occultent, ita tamen ut unusquisque ex eis, aliorum vocalem expressionem ad Iudicis et Juratorum Prefeccionem accuracius percipiat, Electo itaque Iudice, In secunda pregressione, [így] duo Jurati Ciues, unus Theutonicus et alter Hungarus sunt eligendi, et sic consequenter donec totus numerus duo decim, Juratorum complebitur, Et quicquid maior pars ipsarum bis quinquaginta personarum in talismodi eleccione concluderit. Illud absque omni tergiuersacione, valeat stet Ratumque et firmum habeatur *Tertius Articulus* Quod quia nonnunquam ex negligenti et minus prouida conseruacione et custodia Sigillorum. librorum et literarum, scandala et pericula grauia, Ciuitatibus, ipsorumque Incolis emergi solent, Ideo ammodo [így] inposterum, semper temporibus progressiuis. pro tollendo quouis dubietatis scrupulo, ac ad euitanda futura, que exinde oriri possent malla, (így!) Huiusmodi Sigilla libri litere literalia que instrumenta, Jura communia dicte Ciuitatis *Kolosvariensis* tangencia, sub Sigillis ad minus Octo Juratorum, in certo, tuto,

et securo loco conseruentur. Nunquamque ipsis octo Ciuibus absentibus, quacunque ex causa ipsa Sigilla et libri siue litere apperiantur Quique octo Jurati Ciues, uel saltem alij in tanto numero, appercioni ipsorum Sigillorum, Sigillationique et leccioni literarum Sigillandarum interesse, et tenores earundem intueri audire et auscultare, ad quorum Juratorum Relacionem emanate existunt diligenter intelligere et inuestigare debeant. *Quartus Articulus* Quod postquam in ipsa Ciuitate *Kolosuariense* Nouus eligetur Iudex, omnes Magistri Mechanici in eadem commorantes, singuli cum eorum propria Societate, et consimilibus artificibus in locum ipsis aptum congregari, et inter se ex eorum communitate Magistros Czecharum ordinare et eligere, ordinatosque et electos Consulatui presentare debeant Qui pro observanda fidelitate Iudici Juratisque Ciuibus nec non toti Communitati, corporalia deponent Juramenta, Ita uidelicet Quod ipsi, ad Artificij eorum opus diligenter attendere et curam pernigilem habere velint, ne opus artificij eorundem per ineptos et indebitos labores quouis modo deturpetur, nec aliquis ex eis laborem artis sue, minus debite et male factum, sub specie boni vendere presumat Carnifices itaque, ne de mane ante pulsum Angelice salutationis, nec de Sero post pulsum pretactum, scilicet Aue maria aliquem Bouem seu consimile pecus seu peccora [igy] furtim adducta aut squalida et defectuosa mactare siue emere valeant Claro enim die et iuxta aquam fluuialem mactacio talium pecorum fieri debeat *Quintus Articulus* Vt de Imposicione Taxe siue Collecte, Ciuitatis ordinarie, debitus ordo in ipsius Collecte imposicione, exaccione, ac distribucione, nec non Raciocinys, conseruetur, resque publica per debiti regiminis direccionem augmentari, populusque in pacis amenitate persistere valeat, prout Ciuitatis nostre consuetudo exigit, nonnulla duximus presentibus inserenda primo enim postquam Registra siue libri ipsarum Collectarum cum Hospitum et Inquilinorum nominibus ordinata, et conscripta fuerint, Mox ex Centum Hominibus viginti quatuor viri Idonei atque honesti eligantur, duodecim scilicet Theutoni et totidem Hungari, qui eque bene ut premissum est, de Eleccione Iudicis et Juratorum prestabunt Juramenta, quibus vnus preficietur Iudex Siue maior iuxta currentis temporis opportunitatem In cuius domo aut aliquo alio conpetenti loco ipsi viginti quatuor Homines, ad imponendam taxam siue Collectam conuenient et seriatim eo ordine prout de elleccione Iudicis dictum est consedebunt, Is vero qui in eorum est constitutus Iudicem, eosdem ordinatim de singulis Hospitibus et Inquilinis Juxta librorum seriem interrogatos habebit, quomodo uidelicet quilibet eorum Sit taxandus Et quicquid maior pars in tali Imposicione concluserit Hoc ad librum eiusdem Collecte inscribatur, ita tamen vt ad quemlibet librum duo deputentur Jurati, vnus Hungarus et alter Alemannus qui huiusmodi Imposicioni Collecte interesse debeant, Peracta tandem imposicione Collecte iuxta omnes libros, fiat debita calculacio eorundem librorum, cum inscripcionibus Summe ex hys libris resultantis, tandem libri ipsi, Signetis consignatis per eosdem Viginti quatuor Homines, Iudici et Juratis Ciuibus presententur Qui quidem Iudex Et Jurati Ciues ad singulum librum duos ex Centum Hominibus eligant, qui

Collectam Ciuitatis impositam cum duobus Juratis ad librum eorundem deputatis colligere et exigere debeant, quas scilicet pecunias Electi duo ex Centum Hominibus ad suas recipere valeant manus, Si vero Iudex et Jurati Ciues pecuniam Collecte, pro Ciuitatis vtilitatibus et emergentibus necessitatibus, ab Exactoribus Collectarum in parte uel in toto recipere voluerint Extunc litere quittantiales sub Sigillis Iudicis et duorum Juratorum scilicet Theutoni et Hungari eisdem assignentur qui quidem Exactores, tempore se ad hoc offerente de perceptis et distributis plenam et iustam Racionem euidentibus documentis mediantibus, coram Octo personis ex ipsis Centum Hominibus equaliter electis nec non duobus Juratis Civibus ad hoc similiter deputatos plenarie reddere teneantur Modo simili Si Iudex seu aliquis Juratorum, quicquam ex talibus Collectis perceperint aut distribuerit (így) racionem sufficientem dare debeant et sint astricti *Sextus Articulus* Quod Ex quo Sepenumero contingit, Homines ad Crudelitatis Iram pariter et ulciscendam Invidiam inclinatos ex rancore animi In Innocentum deseuire prohibitatem, eosque nullis ipsorum demeritis exigentibus, sed dolosis corrupti astucys criminari hawd iuste non verentes, usque ad diem Iuridicum dira captiuacionis mancipatione, Iudicum inuocato presidio, detinere procurant, Quo die Iuridico adueniente, quum videlicet detentor erga detentum, accionem suam proponere, et de culpa alias eidem extra Iudicium imputa — ¹⁾ probacionem legitimam producere deberet Extunc, aut in Iudicio non comparet aut in probacionum suorum documentis, prorsus et omnino deficit. Quapropter Ciuitatis legibus et a diu introductis consuetudinibus exigentibus talis iniustus detentor, per duplicati temporis spacium in eadem Captiuitate, in qua Homo ille innoxius vinculatus detinebatur mancipari, preterea homini iniuste detento, de damnis et expensis Juxta limitacionem fide dignorum Hominum, aut Juramenti detentis affirmacionem satisfacere debeat et teneatur, Excepto si aliquis propter causam criminosam et multum arduam, per suspicionis, modum vsque ad ipsius expurgacionem detineretur Ceterum illo non pretermisso Quod Is qui alium de consensu et Voluntate Iudicis captiuari facit, cuius captiuacio in Ciuitate committitur, soluat preconibus denarios Sex. Si vero in Suburbio Ciuitatis duodecim, Dum itaque talis detentus post latam contra eum sentenciam eliberari cupit, aut prius suo cum aduersario pacificatur aut ad fideiussoriam caucionem ex vinculis emittitur talis Iudici Septem Denarios et Magistro precionum [így] duodecim soluere tenetur saluis tamen Birsagys Iudici prouenire debentibus, Insuper ne homines culpa carentes, per detenciones minus iustas deprimi, aut aliud enorme factum exinde oriri contingat Cautum est vt nullus hominum absque Sigillo Iudicis aut commissione Juratorum captiuetur, Nisi excessus maximi hoc exigent *Septimus Articulus* Quod nullus ex ipsis Ciuibus in quaruncunque rerum Venelium (így) et eciam Mercanciarum adquisicione societatem siue mutuuum Contractum cum homine extraneo habere, neque eciam in ipsa Ciuitate preempciones aliquas signanter in rebus victualibus

¹⁾ Egy szótag, a : „ta“ ki van hagyva.

in ipsam Ciuitatem per homines forenses apportatis, Lucri et questus gracia facere audeat, et signanter in diebus fori, donec vexillum Ciuitatis erectum steterit, deposito vero vexillo penestiti siue preemptores id Quod residuum permanserit emere valeant, atque possint In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes nostras literas Sigilli nostri munimine roboratas et a tergo consignatas prefatis Ciuibus Ciuitatis *Koloswariensis* ipsorumque posteritatibus Uniuersis duximus concedendas promittentes priuilegialibus literis nostris confirmare, dum nobis eedem in specie fuerint reportate Datum Bude Feria infra octavas ¹⁾ Festi Sacratissimi Corporis Cristi. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Octogesimo Octavo. ²⁾

CLXXVIII.

1488.

A szócs czéh alaprendszabályai.

L e x.

Item dý er — master der ganczen czech haben eintrechtlich bedocht vnd gemacht das man nyemanden nichtes sal ledern weder foxe noch uieder noch hermel noch atter noch keinerley wilt werck vnd auch keim edelmanne is wer denne das einer etwas einem manne futtret vnd her hette nicht Futter genug so mag er is wol ledern aber das ymand wolt lassen ledern vnd wold is hýn wegh tragen und wold is eym sneýder tragen das er solt vor Futter das sal nicht sein sunder gancze Korssen ist ein yder man frey czu vor Kauffen wer do kumpt.

Item dy erber maister vnd dý gancze czech haben eyntrechtlich beschlossen vnd gemacht das nyemand keym schneyder nichtes sal vor-kauffen noch ledern weder clein noch gros wer das nicht helt vnd das bricht der ist vor faln dý gancze czech.

³⁾ Item dy erberen meyster haben das beschlossen wnd gemacht wan eyner yst schneyder und yn welchem Schtuk nyecht beschteilt von yttlychem Schtuk eyn gulden yst her ferfallen.

Item dy erberen meyster dy gancze Czech haben dasz beschlossen myt eyner eyntracht welche erbere meyster eynen leryungen auff wyl nemen der sol zeynem Lermeyster geben czway gvlden vnd yn dy Czech eynen gulden und eyn fontt (így) vax vnd welcher meyster dý czwen gulden y

¹⁾ Junius 5 és 12-ke közt.

²⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s kívülről Budaváros pecsétével megpecsételve, a minek csak helye látszik. [Fasc. J. Nro 25.] Megvan konventi átiratban is, költ Oculi vasárnap előtt ötöd nappal [febr. 26.] 1732. [Fasc. II. Nro 709.]

³⁾ Ettől kezdve a hátrább A-val jegyzett pontig későbbi időbeli írás — rutabb is, szabálytalanabb is.

nýcht er aber nýmpt so sollen ym dý meyster dem selben meyster dy czween gulden an alle — — — ¹⁾ er aber ²⁾)

Item dy erbere meyster dy gan czech (így) haben das beschlossen ausz voelbedachtem mutt das welcher ³⁾) suster gesel der do wyl schneyden den meyster schnyt der sol for eyn ganzesz yar peý eynem erberen meyster arbeiten tutt her dasz nýcht so erlaubt man ym das nýcht ⁴⁾)

⁵⁾ Im jar 1550 ⁶⁾) — — — Sontag for Wnszersz Herrn Hýmel fart Da Han meyn Hern Dýe Meýster eyntrechtychlichen beschlossen, Dasz keyn meyster sol nit mer halten alsz eynen Kneck Es say den dasz der gesellen genygsam forhanden — ⁷⁾ — — awsgenommen der fatter und eyn burger und Zech meyster ⁸⁾) Hand über dasz szelbich Sol unter dýe eldesten am Ersten ⁹⁾) bey der ganczen Czech vorhaben.

Item wellycher meyster seynem [így] Kneckt fortelt gýb dyebwss f. 1¹⁰⁾

Item dasz ist der Erberen meist' recht der Kürschner czw dem ersten an czw clavszen Burck.

Item wer eýnen Ler Jvngen wyll halten der soll geben ff 1111

Item das ist der meyst' recht das dý & meyst ýr ampt auff geben an dem zvntag noch weý nochten.

Item wer der meyst' ist und Koft gebeýst Fell von eynen yrther der zoll unser eyner nicht zeyn.

Item eynes meysters Zyn ist der zoll geben & tphvnt vax und ale dj von eines meysters tochter desgleichen ¹¹⁾)

Item wer der meyst' ist der seynen knecht zeczt der vor bey eýnem erberen meýster ist gewezen der zoll an dem montag dornoch den meyster frege ab her frey zeyn thutt her zeyn nicht dý Bus & tphunt wax.

Item welcher meyst' eynen anderen meyster eynen Knecht entfremt der zoll geben ff 1.

Item welcher mester dý czech von mvs auff wyll haben der zoll geben pf& tbr wax un ey frömder, der muss bryff Brengen das her von gutter artt zeý.

Item wer der ist und lest seynen knecht feýeren an dem montag dý Bus & ̃ wax ¹²⁾)

Item wer der meyster ist und lest Zeýnen Knecht nicht auffsten an dem montag noch Bartholomei der geb vor ytlichen Knecht & ̃ wax.

¹⁾ Három szó kívásott.

²⁾ Két szó kívásott.

³⁾ Egy szó kívásott.

⁴⁾ Eddig más kézírása (A).

⁵⁾ Ezentul (B) jegyig ismét más kéz írása; szintén durva és szabálytalan.

⁶⁾ Egy szó kívásott.

⁷⁾ Két szó kívásott.

⁸⁾ Itt homály van az eredetiben is.

⁹⁾ Egy szó ki van vásva.

¹⁰⁾ Eddig (B) ez írás; ezentul az eredeti megy, két helyen három-három, leg-hátul 9 sor kivétellel, végig.

¹¹⁾ Oldalvást írva e szók : Dý Czech haben zý gancz.

¹²⁾ Az utolsó kitörülve.

Item welcher meyster eynen anderen Schmett dÿ Bus yttlichem & meyster & ũ wax und ittlichem gemeyn meyst' eyn ũ wax.

Item welcher is und auswendich der czech mytt eynen frömden gesellschaft arbeÿtt der Zoll unser eyner nicht Zeyn.

Item welch' meyster der do urlop nÿmpt von czweÿn & meysteren an zeÿnen geschafft der ist frey.

Item wer der ist der do frömden pelcz mÿt frömden geselschaf czw vor-kauffen holt als wÿr das ÿn werden zo ist dÿ schaub uder der pelcz verloren.

Item dÿ erberen mester haben das Bedacht wer de stÿrpt eyn mester ader eyne mesteren der nicht do ist dÿ Buss eyn art eÿnes gulden.

1) Item Meyn Herren dy Meyster Han dasz eyntrechtlyklÿchen beschloszen wer 2) ro fel ferkauff for zalle dy Busz dye ganz czech, ro aber gebest [így].

Item eÿn yttlicher meyster ist schuldich Czw all' quatuor tempor dj ij.

Item wer der ist und eÿnen frömden Beÿst der zoll unser eÿner nicht zeÿn.

Item wer eyn merderen Kürschen wÿll machen eÿnem frömden ten pf. j

Item von eyner fox wem ten pf ij

Item von eyner rock fl. j

Item von der Hermelen pfj

Item eych hörnen pf ————— 3)

Item gruczen pf j

Item fehen Kürschen pf — 4)

Item wer dÿ p(ro)cessio [így] vors a[ssum]pt corporis dy Bus ũ wax &.

Item Johannes Baptiste das Opper vorsaumpt ũ wax j.

Item wer dÿ meyster nicht begreÿst auf dem Kyrch Hoff Corporis X-sti ũ wax j.

Item das ist der meyster recht wozÿ gott gesamt hott ÿs zeÿ Czw dem weyn ader wo zy gott gesamt alzo zÿllen dÿ & Jungsten dÿnen wer zeyn nicht thutt dÿ Bus eyn ũ wax.

Item wer eynen schneyder Brem vorkoft der ist vorfallen dÿ Halb czech.

Item wer der ist der zeynen Knecht mer gypt wen eyn Halb Hundert fell zw zeÿne vorteyll der ist vorfallen dÿ Buss pf. j

5) Item eynes Meÿszter sohn so der Ugr. kan auk der sol 3 jar Dye-nen und sol geben 2 fwnd wax.

Item dÿ meÿsteryn dÿ dÿ Czech helt und eÿnen erberen man nÿmpt auf der auswendich der Czech ist der Zoll Brÿff Brengen das her from zeÿ dÿ Czech hett Vor halb.

Item wer der ist und eynen dem anderen eynen kauff entfrempt der zoll geben pf j

Item welcher aldes under uns Stost der zoll vnser eyner nicht zeÿn.

1) Ez a czikk ismét más kéz irása.

2) Egy szó csak h-betűvel írva, tán (hier).

3) Nincs kitéve hány forint.

4) Nincs kitéve hány font vagy forint.

5) E czikk is más kéz irása.

Item welcher mester dý R meyster underrett der soll geben R ƒ wax.

Item als dy R mester yr ampt avff geben der nest zontag wenn zy czwzamen gen ab zy nicht komen zo haben Zy keyn Bus.

Item wo Dox fell legel über eynen kouffen alzo zoll eyn yttlich' meyster eynen dem ander teyll geben dy Bus pf j wer das nicht thutt.

Item welcher mester zo vell kauft und vorkauft zy wýder alzo roer auswendich der czech eynen schuster ader eynen lederer ader eýnem ýrther ader furt zý alzo roer aus der statt Der Zoll unser eyner nicht Zeýn.

Item wer in der Czech schuldich ist und styrbt den Zoll man nicht Bestaten Her thw den der Czech genug ader zetz eyn tphant.

Item welcher gesel auswendich der Czech arbeýtten voolde mytt mutwýllen wýder dý mest' dý in der Czech zeýn der zoll in eýnem ganczen Joar nicht arbeýt haben ýs wer den das keyn meister nicht arbeyt Hott alzo zoll Her den czw czweyn R meysteren komen vnd zoll vrlob pýtten thut Her das nicht dý Bus R ƒ wax.

Item wer mer avs trecht czw eynen moll wen v pelcz dý Bus pf j.

Item eynen wer fromden fell auff arbeýtt dý Bus dý gancz Czech.

Item wer ist dem zeýn Hausfraw fell wýrt kauffen an dem mýtwoch vnd dem donnerstag gezunt yr man zeý Kranck oder zeý nicht do heýn die Bus pf. ¹⁾

Item wer myt uieder erlen ader myt Schmercz Býber Brempt dy Bus R tphvnt wax.

Item wer eýnen Kvrsh knecht Stuckwerk gýpt Czw arbeytten dy Bus 6 ƒ wax czeý fvnt das Her nicht arbeyt mag gehalten also zoll Her von czwey R mesteren vrlob pýtten thwt Her das nicht dy Bus 6 ƒ wax.

Item wer Strich auff dý schavben macht dy Bus 6 ƒ wax.

Item wer der ist der alt pelcz nv macht dý Bus dy gancz Czech.

Item wer eynen ler Jvngen wyll halten der geb pf 11 in dý Czech dý weyll zoll her Keýnen Knaben avffnehmen bys der avs lernet bey der ganczen Czech.

Item wer eynen ler Knaben wyll Halten vnd thvtt das nicht czw wýllen dý Bus dý gancz Czech.

²⁾ Item dý Erlichen meyster der ganntzen Czechen der Kvrshner aws wol bedochtem müt vnd belostung vnd beslissung der ganntzen Czechen wellen dý meýster allegemeýn wen ey meýster ader meýsterin off erem Hantweg stórt das man der Selben leých czw der Zelen zelikeyt awss der czech Gelt zol lassen halden eyn Zele messe.

It. mer habin dý erlichin meýster der ganczer Czechin beslossen vnd gewille kórt das man alle qwatenper wigilien vnd eyn Zel messe Sal lassen syngen aws der Czechin phennig bey dem altar sent Johannis.

³⁾ Item dý Erbar master han gemacht dasz nymant ⁴⁾ — dy masteryn

¹⁾ Egy szó kivásott.

²⁾ Ez és a következő pont későbbi, feketébb tentával irt és szebb írás.

³⁾ Ez egy harmadik kéz írása.

⁴⁾ Egy szó olvashatlan.

sol geldt auf kröppyn Kürschner nemen welcher der dasz thuth dý púszy dy halbe Zech.

¹⁾ Item dy erbere meyster haben das beschlossen vnd gemacht van da eyner schneytt das welcher meyster den selben yst vieder weyssen der ist ferfallen fier fontt wax yn dy Czech.

²⁾ Item dý erlychen meyster haben das beschlossen weyn eyner ýst schneyder das her yn ³⁾ — eyn Schttük ferschneyt fon yedem Schttük eyn Gulden ferfallen ⁴⁾ — — vnd gybt her dy puszy nycht so sol her aber eyn yar wieder an dem tag schneyden.

Item et sic est finis per manus Cristani Baconi in der Saturni cum Socys suis Sub anno Dni M° CCCC° LXXXVIII° ⁵⁾.

CLXXIX.

1489.

Mátyás király a kolozsvári sz. Mihály-egyház felgyűjtője kinyomozására biztosokat nevez ki.

C° ppa dni Reg

Mathias dei gracia Hungarie Bohemieque Rex, neonon dux Austrie etc. Fidelibus nostris Egregys Magistro Ladislao de doroghaza prothonotario Judicis curie nostre, Stephano Thelegdý vice woýwode parcium Regni nostri Transsiluanarum, ac alterj Stephano Zewld comiti Camere nostre Riuli dominarum, Salutem et graciam, Quoniam Ciuitas nostra *Koloswariensis* ex quodam incendio hys diebus in maiorj parte Simul cum ecclesia parochialj miserabiliter conflagrauit, omnis autem occasio et causa huius malj Nobili francisco Mýkola de Zamosfalwa prout accipimus multis rationibus imponitur, ob hoc ad inquisitionem simul et reuisionem ipsius rei vos delegimus, et simul id quod superinde faciendum esse decreuimus, vobis commisimus, Mandantes firmiter, quatenus, acceptis presentibus, ad unum certum et competentem terminum, ad ipsam Ciuitatem nostram *Koloswariensem*; aut alium propinquum et conuenientem locum communi consilio conueniatis, atque vicinis nobilibus et ignobilibus ac alys quorum interfuerit, conuocatis, accepta ab eisdem fide et Juramento solito, debitam et legitimam superinde faciatis inquisitionem qui si ipsum Franciscum Mýkola tanti sceleris auctorem fuisse comperiretis, extunc volumus, ut possessionem illam Zamos-

¹⁾ Ez ismét más kéz írása.

²⁾ Ismét más kézírás.

³⁾ Egy szó olvashatlan.

⁴⁾ Két szó olvashatlan.

⁵⁾ A szöcs czéh leveles ládájában levő hártýára irt eredetiből, a mi alakjáról ítélve első fogalmazványnak látszik. Mondhatatlan nehézségekkel küzdöttem ez oklevél elolvasásánál; egyik volt a szász dialectus, másik a XV-ik századbéli előttem merőben ismeretlen német írály, utósó a hártya mocskos, vásott és az írás színehagyott volta, mit alig tudtam vegyszerrel némileg megeleveníteni.

falwa, eidem Ciuitati nostre *Koloswariensi* auctoritate nostre Maiestatis presentibus vobis in hac parte concessa perpetuo Jure statuatis et committatis possidendam contradiccione quorumlibet non obstante, Aliud nullomodo facturj presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum Bude feria sexta prox. post festum Beatorum Simonis et Jude apostolorum, [novemb. 2.] Anno Domini Millesimo quadringentesimo octogesimo nono ¹⁾).

CLXXX.

1490.

Mátyás király a szent Ferencz-rend számára Kolozsváratt a belső farkas-utczában építtetni kezdett zárda tovább folytatására a felügyelést s az építésnek a thordai sóaknából segítését Tharcsay Márton kamarai ispánra bizza.

Nos Mathias DEI gratia Ungariae, Bohemiae etc. Rex, ac Dux Austriae etc. Egregio Martino Tharcsay Comiti camerarum salium nostrorum Transilvaniensium fideli dilecto. Egregie nobis sincere dilecte. Quia nos Monasterium illud, quod in *Colosvár* pro fratribus S. Francisci construi, aedificare incepimus in proximo uere, opus tui medio continuare decreuimus, et idcirco hunc fratrem tibi notum eo mittendum duximus, ut opus continuari faciat, tibi itaque committimus, ut juxta ipsius informationem fabricam illam inchoatam in proximo tempore veris melius, diligentiusve quo potes ad nostras expensas continuari facias, et quidem sine intermissione, provideas etiam de fractoribus lapidum ad nostras similiter expensas, pro coctione autem cementi solvas cum salibus, pro sectura ²⁾ etiam lapidum et cementi, usque ad locum fabricae solvas de nostris pecuniis et ad nostram rationem. Caeterum huic fratri Joanni, et caeteris Fratribus. qui cum eo isthic erunt, facias fieri de lignis et asseribus cellas necessarias, et quidem sufficientes, ut quoad ibi permanebunt, commode stare et vivere possint, commodius etiam laborem et opus continuari facere valeant, et quoniam haec est in his omnibus rebus nostra extrema voluntas, idcirco rursum tibi committendum duximus, ut in hoc aliud nulla ratione facias. Postremum quidquid idem frater Joannes circa haec negotia tibi dixerit faciendum, et credere, et omnia exequi debeas. Datum in Vyssegrad die Domini-co post octavas Epiphaniar. Christi [jan. 18.] Anno 1490 ³⁾).

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely papirosra nyílt alakban van írva s a király nagyobb pecsétével megerősítve. [Fasc. D. N-ro 63.]

²⁾ Helyesebben, talán: *rectura*.

³⁾ *Joannis Fridvaldszky*, Reges Ungariae Mariani s a t. Viennae, MDCCLXXV 116—118. ll. Látható az erdélyi Múzeum-egyesület könyvtárában is ily című gyűjteményben: *C. Jos. Kemény*, Coll. Major Manuscript. Histor. T. VI. 2-ik gyűjt. 10. sz. a.

Hihetően ez oklevél az, melyre Kaprinai [Hungaria Diplomatica című műve I. része 36. lapján] mint hiteles bizonyítékra hivatkozik, s mely állítása szerint a k. monostori konvent levéltárában, a király saját kezével aláírt eredetiben, az egykori jezsuiták — ma kegyes-rendi atyák — levéltárában hiteles másolatban megvolt; én nem találtam meg.

CLXXXI.

1491.

Kolozsvár birájának és esküdt tanácsosainak Szabó Ambrus volt bíró vétségei tárgyában hozott ítélete.

Nos Johannes Segen Ambrosius litteratus Johannes Marckusch Michael Stahrel Michael porckolab Johannes Eppel Benedictus Teremi Michael Hon et Georgius Thamasi Conradus Kys Thomas peterdi Laurencius doleator Jurati Consules Ciuitatis *Coloswar* Damus pro perpetua memoria Vniuersis et singulis presencium noticiam habituris Quod in anno domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo primo Electi centum homines in persona tocus Ciuitatis comiserunt et nichilominus mandauerunt et preceperunt Iudici et nobis Juratis Consulibus ut iuxta formam iuris Ambrosio Sabo secundum eius excessus notabiles, contra Jura et libertates Ciuitatis nostre Sentenciam in ipsum ferre deberemus et teneremur Quemadmodum alys sic delinquentibus mera Justicia est et fuit administrata Quocirca nos Justicie et communis boni et Reipublice, atque libertatum nostrarum et Ciuitatis fructum et augmentum considerantes penitus per ipsum Ambrosium Sabo in interitum deuenisse Nolentes itaque iniusticie et vsurpacionis communis boni vim et processum aut vigorem tam turpiter longius habere Quare et nos Jurati Consules in persona et nomine atque commissione centum hominum et tocus Ciuitatis causam et excessus dicti Ambrosy Sabo Circumspecto et prudenti Nicolao petzi mathie Iudici Ciuitatis nostre Judicanda sentencianda et determinanda¹⁾ commisimus proinde ergo idem Ambrosius Sabo per familiarem Ciuitatis nostre personali presenciam est citatus, more et ordine Juris ad Standum pro iudicio et respondendum ad propositiones et obiecta ymo publice iterum ter est proclamatus, neque ipse nec eius procurator in sede nostra comparuit, Audiente et intelligente Iudice cum suo assessore propositionem allegaciones obiecta et testificaciones, veluti Abraham literatus procurator noster iuratus, in persona centum hominum et tocus Ciuitatis proposuit Quemadmodum et in libro Ciuitatis videlicet refutatorio omnia sua acta et facta clarius conscripta sunt Et omnes propositiones contra ipsum Ambrosium Sabo manifeste probata et testificata sunt per fidedignos testes Qui excessus eciam partim hic denotantur videlicet Idem retinuit et vsurpauit sibi pecunias furtiue wlgó „Elwestete“ Ciuitatis nostre Et Ecclesie Sancti Michaelis archangeli: de feyerd de felleck Et vnum vas vini extraneum de dicta villa feyerd contra Jura et libertates Ciuitatis nostre preconcepta voluntate et ausu temerario importare iussit Ergo Iudex cum suo assessore pro omnibus excessibus superius expressis iuxta ordinem iuris approbata et commissionem Centum hominum et tocus

¹⁾ E három szó hasonmását azért adom, mert nem bizom abban, hogy kivált a közelsőt helyesen olvastam ki: *Judicium sententia et determinatio*

Ciuitatis : Sentenciam hoc modo deffiniuit Quia alios iuxta suos excessus puniuit Et ipsemet vt premittitur turpiter excessit Et maxime cum iura et libertates Ciuitatis nostre preconcepta voluntate et ausu temerario pecunias Ciuitatis nostre et Ecclesie Sancti Michaelis et tandem ambarum villarum Ciuitatis nostre furtiue retinuit propterea dictus Ambrosius Sabo capite suo debet decollari et omnia bona sua in vsum et augmentum Ciuitatis nostre exponi debeantur et teneantur Et iuratus procurator noster ante dictus in persona centum hominum et tocius Ciuitatis super hanc sentenciam contentam arram deposuit, In cuius rei memoriam firmitatemque et roboracionem perpetuam Nos Jurati Consules in persona centum hominum et tocius Ciuitatis nostre ad cautelam presentes literas Sigillo maiori munitas sub appenso duximus Concedendas, Datum feria sexta in profesto Beati Gregory pape, [márcz. 7.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo primo ¹⁾.

CLXXXII.

1491.

A hét százsz bírák másod-bíróági ítélete Szabó Ambrus kolozsvári letett bíró vétségei tárgyában.

Nos Georgius Hecht Cibiniensis et Michael Polnar Segeswariensis Magistri Ciuium Item Valentinus Pictor Magister Matheus Greb Petrus Krich Michael Greb de Margandal et Stephanus Cronner Judices Regj Sedium Saxonicalium Segeswariensis Rwfmarck Müllenbach Schenck et Szaászwaras Nec non Jacobus Rappolt Judex Terrestris Sedis Mullenbach Adam Greb In Judicatu Regio Vicem gerens Sedis Kwhalom Benedictus Greb de Senth Agatha et alter Benedictus Ber Judex Terrestris Sedis Lwskirch etc In personis omnium et singulorum aliorum tam Judicum quam eciam Villicorum ac aliorum Juratorum Seniorum Septemsedium Saxonicalium parcium Transsiluanarum Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit Vniuersis presentibus et futuris Quod Cum Nos more solito et hactenus Laudabiliter observato Loco et tempore subscriptis in nostra generalj Judiciaria Sessione Vniuersaliter congregati fuissetus Comparuerunt coram nobis Prudentes et Circumspectj viri Nicolaus Petri Judex, Benedictus Theremi, Michael Porkwlab Senior, Laurencius Doleator et Johannes Eppel Jurati Cines Ciuitatis *Coloszwarienses* Item Petrus Roth, Petrus Theremi, Michael Reyner, Johannes Barthafy, Marti-

¹⁾ A szabó czéh levéltárában levő eredetiből, mely két rétű regál papirosra van írva s a város nagyobb pecsétével megerősítve, mely egynek látszik az 1475-belivel, mit én csak töredékben adok; a metszés más, de ennek és amannak körirata, ha alakra nézve nem is, lényegben egyezők; utóbbinak metszése dombor alakú, amazé síma. [Látható a RAJZOK külön kötete illető tábláján.]

nus Kwferbarth, et Stephanus Gegendorffer, de numero illorum Centum virorum Civitatis eiusdem vt Actorum ab vna, Et Circumspectus Ambrosius Zabo alias similiter Judex illius Ciuitatis : tamquam in causam, attractus, partibus ab altera et aduersum quem obtulerunt nobis quasdam Literas Patentes et sentencionales certos articulos notabiles et enormes contra honestatem dictorum Ciuium scilicet tocus Ciuitatis predictae *Coloszwariensis* laborantem ipsum Ambrosium Zabo tangentem Quarum literarum tenor de uerbo ad uerbum est talis, Quoniam a vetusto tempore iuxta Laudabilem consuetudinem Intuentemque [így] morem honestissimum Inclite Ciuitatis nostre *Coloszwár* extitit obseruatum vt quolibet anno debiti officij ea ipsa Ciuitas, per electionem Centum electorum hominum Nouo Iudice et Rectore Consolatuque [így] fruatur Primo namque et precipue pro exhibendis fidelibus seruicij Sacre Corone et Serenissimi ac potentissimi Regis Hungarie etc. nostre naturalis Domini et tandem eciam pro Rebus publicis nostris gubernandis et augmentandis In super et illos dominos nostros omni obsequio honoris colere debitamque reuerenciam eisdem prestare mereatur, Hinc est vt in Anno domini Millesimo quadringentesimo Nonagesimò prope festum Natiuitatis domini ipsi Centum electi homines pariter congregati Intelligentes, quod Ambrosius Zabo pro tempore isto Judex Vnum Vas vini decimale et extraneum, de feýerd ad Ciuitatem nostram importasset Elegerunt enim quatuor e medio ipsorum, videlicet Petrum Rad Petrum Theremi Martinum Kufferbart et Michaelém porkolab Juniorem Ad Interrogantes dominos Juratos Ciues in eodem Anno constitutos, si esset cum consensu eorum Vt idem Ambrosius Zabo Vinum extraneum et decimale de feýerd importare debuit an non Tunc idem Ambrosius Sabo exurgens de medio Ciuium dixit Ego misi importare sine scitu Omnium Ciuium neminemque interrogaui, et ego feci Demum ergo tempore quo ipsi Centum electi Homines Prudentem et Circumspectum Nicolaum Petri Mathie in Iudicem Ciuitatis nostre elegissent utpote in festo Sancti Johannis Ewangeliste proxime post festum Natiuitatis domini illius anni, Subscriptique domini videlicet Johannes Sigin Ambrosius Literatus Michael Schorel Johannes Marci, Johannes Eppel, Benedictus Theremi Michael Han, Michael Porkolab Conradus Rys Georgius Thamas, Laurencius doleator Thomas peterdj in Juratos Ciues ipsos similiter elegissent Tunc ipsi Centum electi homines in persona tocus Ciuitatis et nomine eiusdem elegerunt signanter duos e medio eorum videlicet Petrum Theremi Martinum Kufferbarth Simul et semel omnes exurgentes, Commiserunt et mandauerunt ipsi Nicolao petri Mathie Judicj et Juratis Ciuibus Vt de notabilibus ipsius Ambrosy Zabo excessibus, meram iuxta formam Juris iusticiam sententiamque rectam in ipsum inferre deberent et teneantur, et secus nullo modo facere presumant Quocirca Nos dicti Jurati Ciues damus pro perpetua memoria Vniuersis et singulis presencium noticiam habituris Quod Justicie et communis boni Reipubliceque, nec non Libertatum nostrarum antiquarum Ciuitatisque nostre fructum et augmentum considerantes penitus per dictum Ambrosium Zabo in dies magis ac magis in irritum et in interitum deuenire Nolentes

itaque Iniusticie et vsurpacionis communis boni vim et processum seu vigorem tam turpiter Longius habere Quare nos Jurati Consules per commissionem Centum electorum et deputatorum hominum et totius Ciuitatis nostre Causas et excessus Ambrosy Zabo Circumspecto et prouido Nicolao petri Mathie Judicij nostro decreuimus et censuimus Consciendos discuciendos Judicandos sentenciandos ¹⁾ determinandoque committendos, Proinde ergo ipse Ambrosius Zabo per familiares nostre Ciuitatis in persona Centum electorum Hominum, personali presencia more et ordine Juris est citatus in Sedem nostram Judiciariam adstandum pro Iudicio et ad respondendum ad propositiones et ad obiecta Imo deinde publice ter proclamatus Vt Iudicio compareat, nec ipse nec suus procurator comparuit et Abraham pro tunc Juratus procurator, nunc in persona Ciuitatis et Centum electorum Hominum in Sede nostra Judiciaria contra et aduersus dictum Ambrosium Sabo proposuit hoc modo Primo Quod tempore quo Stephanus Zewld Camerarius Riuli dominarum in Ciuitate nostra constitutus erat Tunc Jurati Ciues in persona Centum Hominum et Ciuitatis commiserunt prouido Michaelj Regeni et Johanni Barthafy Juratis Ciuibus Vt vnum bonum vas Vini in Ciuitate emerent et illud nomine Ciuitatis Camerario ante dicto donarent Et sic illis duobus Ciuibus hoc vas vini a quodam Andrea Gerischer Concine nostro pro iij florenis ementibus Vt iam illud Camerario dono darent Percepta Ambrosio Zabo empcioni vasis vini noluit ipsis Ciuibus consentire Et dixit illis egomet dabo vnum vas vini Et sic ipsi Ciues estimabant ipsum daturum Vnum vas vini de cellario suo Sed clam ipse Ambrosius Zabo mittens famulos suos ad villam feyerd Et vnde [így] in curru suo noctis in silencio vnum vas vini decimale ad allodium suum primo quod in suburbio situatum est adducere fecit Et ibidem sui famulj cum feno tegerunt Hoc Mane autem dicti famulj sui statuerunt currum cum vase vini ante domum suam vocans ex post duos Juratos Ciues videlicet Michaelém Porkolab Seniore et Michaelém Regin [így] committentes illis vt hoc vas vini stans ante domum suam in curru ut Camerario antedicto nomine Centum hominum et totius Ciuitatis dono darent sed percipientibus illis Ciuibus, quod esset vinum extraneum adductum de feyerd et decimale Noluerunt illud nomine Ciuitatis presentare Et dixerunt ad ipsum Ambrosium Zabo, quo ausu temerario presumsisti Vinum extraneum et decimale ad Ciuitatem importare, Cum tibi bene constat, quod facis contra Jura et libertates nostre Ciuitatis et contra Consulatam Tunc idem Ambrosius Zabo, ipsis duobus Ciuibus ambiciose et indecenter respondendo dixit Quid curo aliquos antiquos canes ego nisi importare Si alicui antiquo cani displicet, faciet contra hec Et alia mea vina decimalia de feyerd adducere volo et importare Secun-

¹⁾ E mondat ez ügyet illető minden oklevélben ily zavart, a többek közt a mit én sentenciando-nak olvasok, így van leírva: *szándé* előtt hosszú s az „an” felett két görbe vonás, melynek határozott értelmét adni a leírón kívül más aligha képes. De hogy így kell lenni, mutatja a *sentencia* szónak az oklevélben hátrább több helyütt evvel egyező leírása.

do Idem procurator proposuit contra et aduersus dictum Ambrosium Zabo Quod quidam Incola nostre Ciuitatis tempore Surrogatj Iudicis videlicet Johannis Marcj in crimine notabilj repertus erat et tandem ex gracia punitus erat in decem florenis Et hos decem florenos Ipse Judex Surrogatus et Juratj Ciues vna cum Centum hominibus pro quadam Structura vnius turris in Ciuitate nostra Juserant exponendos. Sed adueniens Ambrosius Zabo de Bwda vocans hominem qui deliquerat, pactumque cum illo faciens, sex florenos illi remittens, residuos quatuor sibi sine Scitu Juratorum Consulum furtiue restituit Tercio iterum procurator ante dictus proposuit contra et aduersus eundem Ambrosium Sabo Quod recepit ab ipsis Teliparis septem florenos et uel XL dr, quos Vincencius Castellanus Castri Hwniad pro certa summa telorum Laborandorum dederat Et dixit ad illos Ego mittam pro structura Ecclesie Sanctj Michaelis Archangelj Sales excutere Quod et fecit, sed per se et ad nutum suum illos sales furtiue retinuit et obseruauit, neque Vitrico Ecclesie Sales sew pecunias dedit Quarto Iterum procurator proposuit contra dictum Zabo Ambrosy Quod recepit a quodam Philippo Czycker tres florenos et LXVII dr, ad emendam auenam ad Consulatam, nec auenam nec pecunias ad domum Consulatus presentauit Quinto Iterum Idem procurator proposuit contra dictum Ambrosium Zabo Quod Judex de feyerd videlicet Vince Benedic cum Jurato Ciue suo Nadg Gergel post presentacionem Census, quem ipse ad Consulatam nostrum presentasset, Semel in domo dictj Ambrosy Zabo eidem presentasset, tres florenos, deinde Nadg Janus similiter Ciuis de feyerd post presentacionem Census ad nostrum Consulatam, eidem in domo sua presentauit quatuor florenos Postea Seremi Thomas similiter et Juratus de feyerd, post presentacionem Census ad Consulatam in domo ipsius Zabo Ambrosy presentauit tres florenos Et in toto faciunt decem et illos decem sibi furtiue reseruauit et non dedit ad rationem Ciuitatis nostre Sexto et procurator Idem proposuit contra et aduersus Ambrosium Zabo Quod illos florenos quos Janusch Kenes de felleck ad domum suam VI florenos in principio presentauit et altera vice in domo Michaelis Porkolab Junioris Iterum Vj florenos presentauit et in domo Ambrosy Sabo Iterum medium florenum, de istis quintum dimidium furtiue obseruauit et retinuit et non dedit ad rationem Ciuitatis Hec igitur omnia et singula que noster Juratus procurator pro tunc nomine et in persona Centum hominum et tocius Ciuitatis contra et aduersus dictum Ambrosium Zabo proposuit cum Juratis Ciuibus et fide dignis hominibus assumpsit probare et testificare Judex vero cum suo assessore causas et propositiones bene et sane per omnia aduertens Et ob maioris Justicie veritatem requirens Causam hanc de nouo usque ad tres dies seu sedes Iudiciarias prorogauit Expectans ipsum Ambrosium Zabo, aut suum procuratorem ad respondendum ad propositiones et ad obiecta, nec ipse nec eius procurator comparuit Statuitque Judex terminum probacionis et testificacionis Termino quo adueniente Circumspectus et prouidus vir Michael de Regen super Juramento prestitio fassus est hoc modo Quod emerunt unum bonum vas vini pro iiij florenis a quodam Andrea Gerischer Conciue nostro

vt hoc camerario Riulj dominarum dona [így] darent Et idem Andreas Gerischer Juramento deposito similiter fassus est quod ab eo emtum erat hoc Vas vini pro iij florenis et iam de cellario suo extrahj debebat Sed percipiente Ambrosio Zabo vas vini noluit consentire Et dixit egomet dabo unum Vas vini Et nos estimabimus [így] se daturum unum vas vini bonum de cellario suo Secundo h̄y subscripti testes et Ciues depositis eciam eorum Juramentis videlizet Kws Albirth, Koback Sebestien, Torda Myhal, Koback ystwan fassi sunt Quod famulj Ambrosy Zabo cum curru suo tempore prandj uenissent ad feyerd, ad importandum vnum vas vini decimale ad Ciuitatem Et ibidem ipsis famulis disponentibus et pausantibus vsque ad occasum solis Tunc Ipsi Ciues de feyerd dixissent, quo iam ibitis tarde est Nox apprehendet vos usque ad bottelke peruenietis Et dixerunt famuli Ambrosy Zabo ad eos non est cura nisi attingamus allodium domini nostri semper ad Ciuitatem nos intromittunt Nocte vero veniente cum Vase vinj, pari in allodio pausantes et summo mane importantes hoc vas vini statuerunt cum curru ante domum Ambrosy Zabo Tercio Georgius Sabo Senior, Philippus Czycker, Georgius fürst deposito Juramento fassi sunt, Quod viderunt hoc vinum Ambrosy Zabo extraneum tectum cum feno et circumvolutum in curru suo in Ciuitatem importare Quarto Juratj Ciues Michael porkolab et alter Michael de Regen super Juramento prestito fassi sunt vocatj per Ambrosium Zabo vt Hoc vas vini decimale extraneum adductum de feyerd Stephano Zewld Camerario nomine Ciuitatis donare deberent Sed percipientes quod erat vinum extraneum decimale nolebant presentare Et dicebamus ad Ambrosium Zabo, quo ausu temerario presumssisti vinum extraneum de feyerd ad Ciuitatem portare Tu seis quod facis contra Jura et Libertates et Consulatam Ciuitatis nostre Tunc ipse Ambrosius Zabo ambiciose et indecenter nobis respondens dixit, Quid curo aliquos antiquos canes Si alicui antiquo cani displicet faciet contra hec wlgo ego mit gondolock ez agebeckwel, ha vallamel ageb banya tegen rolla. Ego misi importare et alia mea vina decimalia mittam de feyerd importare Iterum Michael de Regen et omnes alj Ciues fassi sunt Quod quidam Incola Ciuitatis nostre deliquerat, et debebat omnibus bonis suis priuari Sed ex gracia sibi facta punitus in decem florenis et hos decem florenos Judex Surrogatus et Juratj Ciues pro structura cuiusdam Turris Ciuitatis Commiserat exponendos similiter et Centum homines Sed adueniente Ambrosio Zabo de Buda, cum Homine qui deliquerat pactum clam faciens, illi sex florenos reliquens residuos quatuor sibi furtiue sine scitu Dominorum Ciuium retinuit Quinto Nylas pal, Nylasch Georg, Nylasch Laslo Juramento deposito fassi sunt, Quod ipse Ambrosius Zabo postulasset ab eis pecuniam quam Vincencius Castellanus Castri Hwnyad pro laborandis Telis ipsis magistris dedisset et dixit ad illos, ego mittam Sales excutere pro Structura Ecclesie Sanctj Michaelis Si autem non dabitis mittam vos in carcerari Nosque timentes penas nobis comminatas dedimus ei septem florenos et XL dr Iterum Petrus Rod similiter Juramento deposito fassus est, quod nec Sales nec pecunias sibi uel Ecclesie dedit, Et nescit quo fecit, nil sibi de hys constat Sexto Johannes

Barthafy et Michael de Regen Jurati Ciues fassi sunt, quod illam auenam quam de pecunys Philippi Czycker dixit se emisse quod nec pecunias nec auenam ad Consulatam presentauit Septimo Judex de feyerd Vince Benedic et Nadg Gergel Juratus Ciuis fassi sunt super Juramento prestito, quod semel in domo Ambrosy Zabo post presentacionem Census ad Consulatam presentassent sibi tres florenos Item Nadg Janusch Ciuis de feyerd post presentacionem Census portauit in domo sua quatuor florenos et dixit domine Judex ecce portauit de censu quatuor florenos Tunc dixit illi Ambrosius Zabo, sed eas in pace donec isti Ciues de domo mea exhibunt, tunc presenta vxorj mee quod et fecit Item Seremj Thomas Juratus de feyerd similiter post presentacionem Census ad Consulatam presentauit in domo Ambrosy Zabo tres florenos Item de felleck Janusch Kenes Juramento deposito fassus est Quod post presentacionem Census ad Consulatam Semel in domo sua dedit ei septem florenos Secunda Vice in domo Michaelis Porkolab Junioris iterum dedit Vij florenos, et iterum in domo Ambrosij dedit medium florenum Et procurator noster pro tunc Abraham Literatus dixit Judicij cum suo assessore in persona Centum hominum et tocius Ciuitatis, ea que assumi testificare et probare iam probaui Ergo in persona Centum hominum et tocius Ciuitatis peto meram Justiciam et sententiam et Juris Complementum impertirj dignemini Audiente et Intelligente Judice cum suo assessore propositiones et allegaciones contra et aduersus Ambrosium Zabo nec non probaciones et testificaciones Juratorum Ciuium de *Coloswar* de feyerd et felleck Eciam quod per se bene sciuit vt quicunque contra libertates et Jura Ciuitatis nostre taliter excedit vt vinum extraneum quodecunque uel decimale importat Ciuitatem, eo facto convictus est Capitali Sentencia Et nominando Ciues antiquos canes, et quod pecunias Ciuitatis et Ecclesie sancti Michaelis Archangeli De feyerd, et felleck sibi furtive usurpauit et retinuit Et quod per familiarem Ciuitatis nostre personali presencia est citatus et tandem ter more et ordine Juris proclamatus ad Standum pro Judicio et ad respondendum ad propositiones et ad obiecta Et eciam ad tres dies Juridicas terminus eidem causa maioris equitatis est prorogatus Vt si ipse aut suus procurator comparere vellet Vbi nec ipse nec eius procurator comparuit Ipse Judex pro tali excessu notabili superius expresso cum suo assessore, iuxta commissionem omnium Juratorum Consulum et Centum Hominum nomine tocius Ciuitatis Sententiam consciendo diffiniuit hoc modo Quod Ipse Ambrosius Zabo debet decollari capite et bona sua in vsum et reformationem Ciuitatis nostre exponi debeant et teneantur In qua Sentencia ipse Abraham literatus pro tunc procurator noster in persone Centum Hominum et tocius Ciuitatis extitit contentus et de super arram deposuit more solito nostre Ciuitatis Judex vero manifeste in Sede Judiciaria dixit Si aliquis hanc causam loco Ambrosy Zabo pro vltronea Inquisicione vel appellacione pronocare intenderet liberam habeat facultatem Igitur hanc causam nullus provocauit nec vlterius appellauit In cuius Rei memoriam perpetuamque firmitatem et roboracionem Nos ante dictj Jurati Ciues in persona Centum hominum et tocius Ciuitatis

nostre presencium per vigorem publice fatemur ad fidem nostram, Quod ipsi prouido et Circumspecto Nicolao Petri Mathie Judicij nostro hanc causam Judicandam et sentenciandam commisimus et mandauimus Presentes autem literas nostras eidem ad cautelam maiori Sigillo Ciuitatis nostre sub appenso munitas duximus roborandas concedendas Date in prefata Ciuitate *Coloswariensi* in pro festo Beatj Gregory pape [márcz. 7.] Anno domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo primo, Quibus quidem literis Sententionalibus auditis ac eciam singulis in eisdem constitutis per Nos diligentissime pensatis et Intellectis eas ipsi Ambrosio Zabo ad ipsius optata Legi fecimus, qui cum easdem de uerbo ad uerbum in duplicij Lingwa Hungarica uidelicet et Saxonica interpretari audiuisset Supplicauit nobis vt terminum super dictis Anticulis respondendj ipsi Ambrosio assignare deberemus, Nos itaque Iustis ipsius Inclinatj rogatibus Impensis eciam non pronis dominorum *Coloswariensium* partem cupientes terminum trium dierum cum voluntate ipsius Ambrosy eidem deputauimus in quo termino Ipse Ambrosius personaliter statuere se coram nobis assumpsit medio autem tempore considerans se illorum Articulorum esse participem a facie Judicij nostri clandestine aufugit Adueniente tamen tercio die quidam Ladislaus Zeckel de Alba Jwla tamquam procurator per dictum Ambrosium missus, paratum se obtulit super predictis Articulis in persona Ambrosy responsurum Nos tamen isto respectu, quod in iacturam priuilegiorum nostrorum et signanter consuetudinis nostre uetuste et Iurium nostrorum tendere, uidebatur Ipsum Ladislaum non admisimus Sed ut partj Ambrosy derogarj in aliquo non videretur super addita per nos Justicie adhuc spacium aliarum trium dierum pro maiorj cautela assignauimus commisimus que ipsi Ladislao procuratorj suo Vt eundem Ambrosium tempore medio auisatum habere debeat et sibi significare vt omnibus modis ipso die in propria eius persona prout assumpserat hic coram nobis sub amissione cause comparere non postponat Complectis [így] itaque eciam illis tribus diebus Ambrosius Zabo non comparuit parti vero eius aduerse instantissime Justiciam a nobis Id requirenti et postulanti quibus sub nostro Juramento et ex officys nostris huiusmodj Justiciam nequaquam abdicere et negare uoluimus secundum consuetudinem huius Regni dictum Ambrosium publice ante Consistorium nostrum in Ciuitate Cibiniensi situm, in quo pro reddenda unicuique Justicia Judicialiter conuenire consueti sumus, ter proclamarij et ad iudicium conuocari fecimus, qui dum non comparuisset neque uenisset eundem tamquam notorium contumacem denunciauimus, et ipsum illorum Articulorum noxium considerantes, a sua causa cecidisse omnino pronunciauimus, Deum itaque et eius sanctam Justiciam pre oculis habentes Sentenciam Prudentum et Circumspectorum virorum Iudicum et Juratorum Ciuium Ciuitatis *Coloswariensis* pretacte tamquam Juste et legaliter latam pronunciauimus et declarauimus Ymo pronunciamus et declaramus hac nostra finalj et diffinitiuia Sentencia mediante Itaque tamen quum nos certas literas Serenissimi dominj nostri Regis Wladislaj, domini nostri naturalissimi mediantibus quibus ex sua Regia clemencia ipsi Ambrosio Zabo ex parte cuiusdam vasis vini

preter consuetudinem Ciuitatis *Coloswariensis* per eundem Ambrosium ad ipsam Ciuitatem introductj gratiam fecit, tamquam domini nostri graciosissimi illesas semper habere et easdem per omnia, debita reuerencia in suo vigore sine aliqua contradictione manutenere et firmiter obseruare volumus, Illis omnibus itaque post habitis Statuerunt se ibidem Circumspecti viri Benedictus Theremi Michael Porkolab Senior Johannes Eppel et Laurencius doleator, Jurati Ciues Nec non Johannes Barthafy Jacob Kowatsch ac Steffanus Gegendorffer de numero Centum electorum Ciuitatis pretacte *Coloswariensis* qui Secundum legem et consuetudinem huius Regni super predictis ipsorum Articulis ac aljs eorum allegacionibus et signanter super isto criminalj Articulo furtj fide pariter et Consciencia eorum deo debitis mediantibus coram nobis Juramenta septem in caput Ambrosy Zabo a parte prestiterunt Itaque Idem Ambrosius in supradictis Articulis et excessibus et signanter in ipso furtu sic ut allegarunt per eosdem deprehensus fuisset, quibus itaque per nos acceptis finaliter declarauimus Quod ubicunque supradictus Ambrosius Zabo per dominos *Coloswarienses* reperi- tus fuerit quod ipsi eundem supplicio patibulj tamquam furem in Collo eius suspendere valeant In Cuius rei euidentiam presentes literas nostras patentes Sigillo nostro provincialj Maiori et autentico sub appenso consignatas supra dictis dominis Judicj Juratisque Ciuibus simul ac aljs dominis de numero Centum Virorum electorum Ciuitatis *Coloswariensis* predictae in persona tocius communitatis eiusdem Ciuitatis ipsis postulantibus ad perpetuam Cautelam duximus concedendas. Datum Cibiny in nostra generalj Iudiciaria Sessione feria quarta proxima post festum Beate Lucie Virginis [decz. 16.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo Primo ¹⁾.

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s zöld, lilaszin és fejér selyem zsinoron függő pecséttel erősítve, melyen e körirat van:

‡ 2. AIBINIANUZ · PROVINCIA · AD RATMANDAM · AORONAM

[Fasc. V. N-ro 10.] Közbül félkörű karikából álló paizs, benne nyitott korona, alatt három szívalaku kised paizs; a hosszában kétfelé választott első paizs jobb részében Ma yarország címeréből a négy folyó, bal részében a francia hat lilom; a mellette levő paizson a jobbra néző kiterjesztett szárnyu koronás lengyel sas, a más kettő alatt középen álló paizsban egy három-szög, mindeniknek végében tengeri tők-levél, felette nyílt korona; külső felén: Lrae Sncionales septem Sedium Saxonicalium Contra Ambrou Zabo [egykoru írás] — Super uinis extraneis Sub Capitalj sententia minime introducen emanatae [későbbi időbeli] — Ao 1491 feria quarta proxima post festum Beatae Luciae virginis [legújabb idejű]. Ennek hitelesítetlen — úgy látszik — egykoru másolata látható a Fasc. V. 11. sz. alatt.

CLXXXIII.

1492.

II. Wladislaw király megerősíti a szász hét bírának Szabó Ambrus volt kolozsvári bíró vétségei tárgyában hozott másod-bíróági ítéletét a megerősítő királyi levél beigtatása nélkül.

Nos Wladislaus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit Vniuersis, Quod nos tum ad supplicacionem fidelium nostrorum, Prudentum et Circumspectorum Judicis et Juratorum, ceterorumque Ciuium, et tocius communitatis, Ciuitatis nostre *Kolosuariensis*, per eos, *Maiestati nostre*, propterea porrecte, Tum vero, quia ad id eciam, de Jure et Consuetudine Regni nostri admittimur, de nostre Regie potestatis plenitudine et gracia speciali, Illas literas adiudicatorias, seu Sententionales, fidelium nostrorum, Prudentum et Circumspectorum, Magistrorum Ciuium, ac Judicum et Juratorum Seniorum Septem Sedium nostrarum Saxonicalium, pro parte prefatorum Judicis et Juratorum, Ceterorumque Ciuium dicte Ciuitatis nostre *Kolosuariensis*, contra et aduersus Circumspectum Ambrosium Zabo, alias Judicem eiusdem Ciuitatis nostre, confectas, Si et in quantum, eedem rite et legitime existunt emanate, ac si presentibus de verbo ad verbum inserte essent, Ratas et Gratas habentes, acceptamus, Approbamus et Ratificamus, Et Nichilominus pro eisdem Ciuibus ipsorumque heredibus inperpetuum Valituras Roboramus. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, Datum Bude In festo assumptionis beate Marie virginis, [aug. 15.] Anno domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo, Regnorum nostrorum, Anno Hungarie etc. Secundo, Bohemie vero vigesimo secundo. Ad Reionem Reuerendj d. Luce Epi Boznensis thesaurarj etc. ¹⁾.

CLXXXIV.

1492.

Goldschmidt ²⁾ Jakab neje Anna asszony a kolozsvári plebánus, a sz. Mihály-egyházban levő szent Katalin-oltár és ahoz tartozó társulat részére végrendeletet tesz.

Nos Benedictus Theremy dictus Judex, nec non Nicolaus Petrimatie, Georgius Sabo Senior, Michael Schörel, Joannes Bartafi, Laurencius doleator, Thomas peterdi, Michael Chon, Georgius thamasi, Conradus riseg, Petrus belenisch, Michael de regen, Joannes trösch, Jurati ciues Ciuitatis

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely két rétű regál papirosra van írva, s közből a király nagyobb hiteles pecsétével megerősítve. [Fasc. V. N-ro 12.]

²⁾ Jacobus Aurifaber alatt vagy Goldschmidt vagy Aranyműves Jakab-ot kell értenünk; valódi latin nevet e században Magyarországon lehetetlennek tartok.

Coloschvariensis : Ad Uniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie uolumus peruenire, Quod quantum ea, que sinceritate mentis ob Dei honorem, animarumque salutem in terris fundantur, plerumque rebus profanis et terrenis extolli debeant, tanto magis ne in processu temporum falsitas ueritati preualere possit, aut alias labilitate quoquomodo demoliri literarum consueuere patrocinio solidari, Hinc est, quod Virtuosa Domina Anna relictā uidua Magistri Jacobi aurifabri Conceius Ciuitatis *Coloschvariensis* predictae Animaduertens, quod presentis uite status sit ualde mutabilis et diutius magis ac magis tendat ad non esse, Idecirco deuota mentis consideracione permota, quedam terrestria ac transitoria diuinitus Bona sibi concessa, pro Dei Honore et Sancte Katherine Virginis ueneratione Coram prouidis ac Circumspectis Viris uidelicet Honorabili Domino Urbano Arcium Liberalium Baccalaureo Alme Uniuersitatis Viennensis cognominato Keuel pro tunc Predicatore Ciuitatis Nostre prefate Martino Koch, Petro Czisar, Laurencio eppel felicis Memorie, Martino aurifabro Testamentaliter in eterna et Celestia volens commutare. Quandam directam, et equalem partem Domus, cum media eius porta ab anteriori et posteriori partibus usque finem Curie in Circulo huius Ciuitatis nostre inter Domos prouidorum Laurencij eppel pie recordie ab Occidentali parte, et relictam petri Czisar ab orientali plaga contigue sitam, et habitam, cum suis metis debite presignatis, que domus Jure Hereditario in ipsam dominam Annam post mortem dilecti sui mariti uidelicet Jacobi Aurifabri deuoluta exstitisset et descendisset, nec non alterum dimidium Iugerum Vinearum in Promontorio trappenberg appellato, que vinee collateraliter uersus orientalem plagam vinee ipsius ¹⁾ paul secus Viam, similiter uersus Occidentalem plagam vinee Joannis Jegendorff felicis memorie existunt situate, Et unum missale impressum, ligaturaque munitum. Et quinquaginta florenorum in auro ad altare Sancte Katherine Virginis in ecclesia Beati Michaelis Archangeli in hac Ciuitate nostra fundata Et nomine dicti Altaris fratribus confraternitatem sancte Katherine tenentibus perpetue et irrevocabiliter dedit donauit et appropriauit, ob sui mariti primum, tandem anime eius, ac uniuersorum suorum animarum remedium pariter et Salutem, in perpetuum ipsi Altari ut prefertur ob honorem sancte Katherine Virginis, perpetuo Jure possidenda tenenda pariter et habenda Contulit et resignavit, His tamen pactis et condicionibus limpide expressatis, Quod ipsi fratres Confraternitatis predictae presentes et futuri, ac universi eorum Successores, qui pro tempore constituti fuerint duas missas singulis hebdomadis semper et perpetuis temporibus et futuris duraturis hebdomatim[?] modo et forma infra specificatis per Plebanum aut suum Capellanum in altari Sancte Katherine Virginis in prefata Sancti Michaelis Ecclesia, eo quod amplius et frequentius ipsum altare a Christi fidelibus Veneretur : Feria tertia unam pro Anima prefati Magistri Jacobi mariti sui, Sabbatho aliam pro anima ipsius domine Anne legere uel celebrare faciant et teneantur Et non per

¹⁾ Egy sz6 olvashatlan.

alium Sacerdotem, ne loco predictarum missarum alie misse celebrentur. Si autem in dictas ferias aliquod festum solenne Ceciderit, quominus ipsas missas prout Superius specificate sunt, iuxta rittum [így] Sancte Ecclesie Romane celebrare non licet, extunc iuxta solemnitatem illius festi tamen semper cum impositione unius Collecte duarum missarum supra dictarum ipsum officium, ac missa celebretur, Ad que premissa singula et quelibet premissorum et signanter Celebracionem duarum specificatarum missarum ipsi fratres Confraternitatis pretacte coram prouidis Viris superius memoratis se obligaverunt. Qui et huius testamenti seu legacionis testamentarie et¹⁾ executores exstiterunt, immo assumpserunt et promiserunt ad conscientias suas Deo debitas, omni negligencia, dolo, fraude semotis ordine supra dicto, hebdomatim [?] predictas duas missas celebrare faciendas perpetuis et futuris temporibus duraturis. Insuper ipsi Fratres Domum, uineas, et Quinquaginta florenorum missale a memoratis Prouidis Viris, et executoribus ad facultatem et Usam eorundem plene et integre perceperunt. Et si, quod absit, presentem Ordinacionem quouis modo negligere, perturbare, ac quacunque ex causa minuere uel impedire ipsi fratres Confraternitatis prefate ausu temerario uel negligencia eorum mediante attemptare presumerint, extunc ipse Consulatus Civitatis nostre predictae pro tempore constitutus habeat facultatem una cum Plebano ipsos puniendi in predictis bonis tam in specie, quam eciam in --²⁾ Et illa bona superius expressata secundum Consciencias suas pro utilitate dicte Ecclesie sancti Michaelis exhibeant et exponant prout ipsis melius videbitur, nulla gracia penitus obtenta, Quamque Ordinacionem Salubrem Literis ordinariorum auctorisare et approbare et confirmare petimus diligenter. In cuius rei testimonium et Fidem perpetuamque firmitatem presentes Literas nostras Privilegiales Sub Sigilli nostri maioris autenticij appensione roboratas duximus concedendas, Datum feria Sexta ipso die Beati Mathei Apostolici et Evangeliste, [sept. 26.] Anno Domini Millesimo, quadringentesimo nonagesimo secundo³⁾.

CLXXXV.

1492.

II. Wladislaw király parancslevele Báthori Miklóshoz az iránt, hogy Kolozsvár városának erőszakkal elfoglalt Fejérd nevű birtokát adja vissza.

Wladislaus dei gracia Rex Hūgarie et Bohemie etc. Fideli nostro Egregio Nicolao de Bathor Salutem et graciam : Grauem querelam fidelium

¹⁾ Az „et“ szó fölösleges.

²⁾ Egy szó olvashatlan.

³⁾ A kolozsvári r. kathol. plebánia levéltárában levő eredetiből, mely bőr hártására van írva, s veres és zöld selyem zsinoron függő pecséttel volt megerősítve, a mi ma nincs meg. [I. Fasc. 14. szám alatt.]

nostrorum, Prudentum et Circumspectorum Juratorum Ciuium Ciuitatis nostre *Koluswariensis* coram nobis depositum accepimus continentem, Qualiter tu nouissimis diebus, quandam possessionem ipsorum ffeýerd vocatam, in comitatu de Doboka habitam, Per Serenissimum condam dominum Mathiam Regem Hungarie et Bohemie etc. predecessorem nostrum, clare memorie, Prefate Ciuitati nostre *Koluswariensi* incorporatam minus iuste et indebite, ac preter omnem viam Juris occupasses, et occupatam teneres eciam de presenti, In preiudicium eorundem Ciuium et dampnum manifestum, Et quia nos nullomodo pati volumus, vt ipsi Ciues nostri, per te sic indebite Opprimuntur, Mandamus ideirco fidelitati tue, harum serie firmissime, Quatenus statim acceptis presentibus possessionem huiusmodi : per te modo premissis occupatam, eisdem absque omni difficultate et subterfugio remittere et remitti facere, manusque tuas et tuorum omnium de eadem penitus excipere et excipi facere, modis omnibus debeas et tenearis, Si quod autem Juris ad possessionem huiusmodi te habere pretendis, id non via facti, Sed Jüre et consuetudine huius Regni nostri mediante requiras. et tibi iusticia non deerit, Presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum Bude feria secunda proxima post festum Concepcionis Beate Marie virginis, [deczemb. 9.] Anno domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo Secundo, Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. tercio Bohemie vero Vigesimo secundo.

Ad Relacionem Magistri Francisci
prepositi Ecclesie Budens. ri.

Rescripta manũ M Jacobi Henrici Schmoltz Notarý Sancto papali et Imperiali autoritatibus publicis hac litera rogatus vocatus et requisitus ¹⁾).

CLXXXVI.

1493.

Konventi átirása a II. Wladislaw királytól Báthori Miklós ellen a kolozsváriak kérésére kiadott azon parancslevélnek, melyben Fejérdnek ugyanazon város részére visszaadását hagyta meg,

Nos Conuentus Monasterý beate Marie virginis de Colos monastra Memorie commendamus Quod prudentes et Circumspecti Nicolaus petri Mathie Judex, nec non Johannes Markos et Michael porkolab Jurati Ciues Ciuitatis *Koloswariensis*, In persona serenissimi principis domini Wladislai Dei gracia Hungarie et Bohemie etc. Regis, domini ipsorum

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely egyszerű leiratnak látszik, pecsét nélkül. [Fasc. D. N-ro 59.]

Ez oklevélben az *o* és *u* helyett *ö* és *ü* van írva. Ez is mutatja, hogy az idegen nyelvű, többnyire olasz papság nem csak a mi nyelvünket, de a latint is az ők kiejtésök szerint írták, a miből ama századokban gyakran szavaink és neveink alig kiismerhető elkorcsosulása következett.

naturalis gracioussimi, nostram personaliter venientes in presenciam per modum protestacionis et Inhibicionis nobis significare curauerunt in hunc modum Quomodo. Illas literas preceptoriales, quas Nuperrimis diebus, prenomínatus Serenissimus princeps dominus et dominus Wladislaus dei gracia Rex etc. etc. Ad Humilimam supplicacionem predictorum prudentum et Circumspectorum Iudicis et Juratorum Ciuium, ac tocius communitatis dicte Ciuitatis *Koloswariensis* dedisset, quibus mediantibus literis suis preceptorialibus, prelibato Nicolao de Bathor et eiusdem hominibus precipiendo mandasset, ut visis literis eiusdem preceptorialibus prescriptam possessionem feýerd eidem Ciuitati sue Regie *Koloswariensi*, remittere et resignare, manusque suas ex ipsa sua possessione feýerd excipere deberent et tenerentur, difficultate sine omni, prelibatique Iudex et Jurati Ciues et tota Communitas dicte Ciuitatis *Koloswar* prescriptas literas Regias prefato domino Nicolao de Bathor per fidelem Juratum procuratorem ipsorum destinassent, visisque literis Regalibus prelectis et bene ruminatis, non quod prescriptam possessionem feýerd dicte Ciuitati Regie *Koloswar* remisisset et resignasset ac manus eiusdem de eadem excepisset, sed et eciam prescriptas literas Regias preceptoriales sibi ipsi potencialiter reseruasset et retinuisset. In preiudicium et dampnum dicte Serenitatis Regie, valde magnum, factaque huiusmodi protestacione prelibati Iudex et Jurati Ciues nomine et In persona cuius supra. Annotatum dominum Nicolaum de Bathor, et alios quoslibet ab occupacione ac ulteriori detencione et conservacione prescripte possessionis feýerd vocate in Comitatu de Colos existentis et habite. Se que ipsos in domýnium eiusdem quouis colore quesito Intromissione et Statui 'accione usuumque fructuum et quarumlibet vtilitatum eiusdem percepcione seu percipi faccione quomodolibet factis uel fiendis publice et manifeste prohibuerunt, lege et consuetudine Regni requirente coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum secundo die festi Epiphan. domini [január 7.] Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo tercio ¹⁾.

CLXXXVII.

1493.

II. Wladislaw király parancslevele az erdélyi fő- és alvajdához az íránt, hogy a kolozsvári polgárokat a hadba személyesen menetelre ne kényszerítsék.

C^o ppa dni Regis.

Uladislaus Dei Gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Fidelibus nostris Magnificis Waynodis uel Vice Waynodis parcium nostrarum Transiluanarum, nec non Comitibus uel vice comitibus Siculorum nostrorum, Salutem

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely író-papírosra van írva, s kívül a hátrészen megpecsételve, belől alatt jobb felől : Lecta et correcta. [Fasc. D N-ro 16.]

et Graciam, Venientes nostre Maiestatis in presenciam fideles nostri Circumspecti Nicolaus Petri Mathie iudex et iohannes marcus iuratus Ciuis Ciuitatis nostre *Koloswar*, in ipsorum ac tocius Communitatis eiusdem Ciuitatis nostre personis, nobis exponere ¹⁾ curauerunt in hunc modum. Quod quamquam ipsi Antiqua libertatis eorum prerogatiua per diuos Reges Hungarie predecessores scilicet nostros, et eciam per nostram Maiestatem eisdem graciose concessa requirente, non plus nisi Quinquaginta duos equites ad exercitum contra quascunque [így] emulos Regni nostri mittere obligati essent, Tamen vos non curatis huiusmodi antiquis libertatibus eorum, ipsos ciues nostros per singula capita ad huiusmodi exercitum artaretis et compelleretis, in preiudicium libertatis eorum et dampnum walde magnum, Et quia nos sicuti ceteros Ciues aliarum Ciuitatum nostrarum liberarum, sic et ipsos Ciues dicte Ciuitatis nostre *Koloswar*, in eorum libertatibus tenere et inuolabiliter conseruare volumus, Ideo fidelitati vestre harum serie firmiter committimus, et mandamus, quatenus Receptis presentibus A modo deinceps, prefatos Ciues de *Koloswar*, contra libertates ipsorum antiquas, quas uidelicet habent, ad dictum exercitum contra quascunque [így] Hostes et emulos dicti Regni nostri Artare et compellere nullatenus presummatis, sed de dictis quinquaginta duobus equitibus, Bene tamen paratis et utilibus ut preferitur contenti sitis, Casu vero quo partes nostras Transilvanas notabilis aliqua potencia, ut puta ipse imperator Thurcorum Hostiliter subintrare attemptaret, extunc ydem Ciues nostri menibus ipsorum sub competenti nichilominus Custodia Relictis, per singula capita, prout melius poterunt, ad huiusmodi exercitum ire et proficisci teneantur. Secus igitur non facturi presentibus perlectis exhibenti Restitutis. Datum Bude in Vigilia festi conceptionis Beatissime Marie Virginis [dec. 7.] Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo tercio. ²⁾

CLXXXVIII.

1494.

II. Wladislaw a kolozsvári belső farkas-utczai sz. Ferencz-rend zárdája építése bevégzésére a thordai sóaknából szekerenként elvitt sóból 300 arany forintot érő sót rendel adadni mindaddig, míg az építés bevégződik.

Vladislaus Dei Gratiâ Hungariae, Bohemiae Rex etc. Fidelibus nostris Egregiis Stephano Istvánfi de Kis-Aszszonyfalva et Nicolao kapolnai Comi-

¹⁾ Az eredetiben így: „*exponen*“ rövidítési jeggyel, a mi „*exponendum*“ is lehet.

²⁾ Szép símitott hártya, rajta a király veres viaszra nyomott pecsété, jobb felén letöredezve. A királyi jegyző a leírásban semmi szabályt nem tartott. A városi levéltárban meg van ez oklevél még egy példányban ugyan ez évről, az elébbivel egyező alakban kiállítva, azon különbséggel, hogy a király neve ebben „*Wladislaus*“ alakban jó elé, t. i. kettős W-vel. Az első okmány levéltári jegye : B. 2, az utósóé B. 3.

tibus Camerarum Salium Nostrarum Transylvaniensium Salutem et Gratiam. Quia nos pro illa devotione nostra, quam erga Gloriosissimam et Beatissimam Virginem Mariam gerimus, et habemus, Religiosis Fratribus ordinis Minorum B. Francisci de observantia nunc in Claustro sub nomine ejusdem Virginis gloriosae in Civitate nostra *kolosvariensi* ab ipsis fundamentis inchoato, nondum tamen perfecto degentibus ad continuationem laborum, aedificiorumque ipsius Claustrum, ac Monasterii ex Camera Nostra Thordensi, de illis Salibus, qui in Curribus hinc inde solent advehi, vulgariter : *Szeke-res Sók* ¹⁾, nuncupatis, *Sales Trecentorum Florenorum Auri*, à modò usque ad consumationem et perfectionem aedificiorum ejus Monasterii, sive Claustrum deputavimus, Praesentibusque deputamus; ideò volumus, et Fidelitatibus Vestris firmiter praecipimus, quatenus à modò deinceps praescriptos Sales Trecentorum Aureorum, ex dicta Camera nostra Thordensi Fratribus S. Francisci ad praescriptum aedificium, et structuram dicti Monasterii, et Claustrum, prout superius declaratum est. infra tempus praemissum perfectae Consumationis laborum ad hujusmodi aedificium necessarium, singulis Annis reddere et sine omni recusa [így] restituere debeatis, et aliud facere nulla ratione praesumatis. Et hoc volumus per futuros etiam Comites Camerarum dictae Camerae Nostrae Thordensis firmiter observari. Datum in Civitate Nostra Cibiniensi in Festo Beati Bartholomaei Apostoli [aug. 24.] Annò Domini Millesimò Quadringentesimò Nonagesimò Quartò. ²⁾

CLXXXIX.

1496.

Kolozsvár birája és tanácsa kéri a szebeni polgármestert, bírót és esküdt polgárokat, hogy a kolozsvári bíró és némely alperes polgárok közt támadt és oda felhívott bizonyos ügyet lás-
sanak el s az ítéletet írják meg.

Amicabili salutatione cum famulatn domini et fautores carissimi Notiflcamus prudenciis vestris — ³⁾ Quod causa inter prudentem Nicolaum pethri alias Judicem nostrum ut actorem ab Vna et poudios — Ciues de Bach ut attractos partibus ab altera per nos sententiata et tandem pro vltronea — Inquisicione per viam appellacionis, vestrarum prudenciarum

¹⁾ Fridvalszkynál : *Só*.

²⁾ Az erdélyi Muzeum kéziratgyűjteményéből. *Jos. C: Kemény*, Collectio Major Manuscriptor. Histor. Tom. VI. 2-ik gyűjtemény 11. szám, — [valószínűen a szerzet leveleiből vett egyszerű másolatról, mi a korral nem egyező orthographiából tűnik ki.]

Látható *Fridvaldszky*-nál is : *Minerologia Magni Principatus Transilv. sat.* 117—118. ll.

³⁾ Ez oklevélben levő vonalak [—] az eredeti íromány egyes sorainak terjedelmét jelölik.

deliberacioni deducta, ad [certum vagy tercium] terminum — videlicet diem tunc proxime ante festum sancti laurencij martiris partibus vtrisque coram v. p. fienda Quare — rogamus v. p. quatenus dictam causam Juxta Ciuitatis vestre Juralegalia discutere fine decissiuo — terminare et tandem solum Sentenciam cause nobis suo modo rescribere uelit et dignemini. Ex *Coloswar* — ipso die sancti oswaldi [aug. 5.] Regis. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Lxxxx vj

Judex Jurati Ciues Ciuitatis *Coluswar*

A kül cím:

Prudentibus et Circumspectis magistro ciuium —

Judicibus Juratisque Ciuibus Cibiniensibus —
dominis et fautoribus nobis sincere dilectis. ¹⁾

CXC.

1496.

Kautusch Mihály kolozsvári elhalt polgár hitvesének, Margit asszonynak, az elaggult szegények szent Erzsébetről nevezett kolozsvári háza javára tett végrendelete.

Nos Johannes Marcus Judex Surrogatus Ceterique Jurati Ciues Ciuitatis *Colosvariensis* Memorie commendamus tenore presencium vniuersis et singulis quibus incunbit. Quod in presenciam nostra comparens Prudens et Circumspectus Jacobus Adam alias hospitalensis Conciuisque Ciuitatis nostre. Nomine et in persona tocius communitatis pauperum et exulum In hospitali Suburbij Ciuitatis nostre degencium et commorancium debita precum instancia literas testimoniales ac priuilegiales dicto hospitali dare et conferre postulans. Super Domum et Curiam Prouidi et Circumspecti condam Michaelis Kawtusch felicis memorie Conciuis Ciuitatis nostre Post fassionem honeste ac virtuose domine Margarethe Reliete iam dicti Michaelis Kautusch. Que non coacta neque compuncta nec aliqua dolositate seducta. Sed libera et spontanea voluntate coram nobis viue uocis oraculo fassa pariter et confessa est in hunc modum. Quod vna dierum adhuc Domino et marito ipsius viuente. videntes et in archano considerantes fecunditate ac solacio prolis carere ac priuatos fore. Vnacum dicto Michaeli Kautusch pye memorie simul consedentes parili ac matura deliberacione prehabita inter se talem vnionem vna pars alteri contulissent fecissent ac votum vouissent. Quod si ipsum Michaeli Kautusch prius quam ipsam dominam Margaretham vxorem suam mori ac de hac luce exui contigerit. Extunc media domus ipsorum. ad dictum Hospitale Suburbij Ciuitatis nostre cedi et deuolui

¹⁾ 8 hüvelyk 5 vonal széles 5 h. hosszú papirosra irt levél, mely fejjér viaszba nyomott kised pecséttel volt megpecsételve; a pecséten három torony s e körirat S. CIVI — — — — VAR †. A szász nemzet levéltárában levő lajstromozatlan eredetiből.

Jure hereditario debeat perpetuis temporibus duraturis, Similiter et e conuerso. Quod si ipsam dominam Margaretham prius quam ipsum Michaellem Kautusch de hac vita egredi contigerit, similiter media pars domus ipsorum ad predictum Hospitale cedi et denolui debeat eciam perpetuis temporibus duraturis. Ita tamen quod pars superuiuens diebus vite sue in pacifico dominio eiusdem domus manere ac perseuerare debeat. Sed mortua eciam parte superuiuente. Dictam domum Michaelis Kautusch Ob laudem ac honorem omnipotentis dei Intemerateque genitricis eius virginis Marie. ac Sancte Elizabeth, dicti pauperes et exules in dicto Hospitali manentes Jure hereditario perpetuis temporibus irrenocabiliter possidere tenere habere vti frui et gaudere. Taxasque Ciuitatis fore solitas soluere et dare. Incolasque in ipsa domo pro utilitate ipsorum pauperum tenere debeant. Dictam eciam Curiam ac domum. Ipsi pauperes aut Hospitalensis pro tempore constitutus aut constituendus. nequaquam vendere neque ab ipso Hospitali alienare debeant neque audeant. Isto cum articulo lympidius declanato expressato pariter et excepto. Quod si dicta domina Margaretha Relicta dicti Michaelis Kautusch ex permissione dei omnipotentis alterum Maritum duxerit ac proles quod procul absit genuerit ac habuerit. Extunc dicta vnio votum ac promissio inter dictos Michaellem Kautusch ac dominam Margaretham facta frustra esse ac pro nichilo habere debeat. Isto eciam adiecto Quod si ipsa domina Margaretha cum altero viro ac marito heredes aut proles non habuerit. Extunc mortua ipsa domina Margareta pretacta vnio votum et conclusio Inter ipsum Michaellem Kautusch et dominam Margaretham facta in suo vigore inuiolabiliter ac inconcusse teneri et seruari. Dictaque domus ipsorum cum omnibus suis pertinencijs Jure hereditario perpetuis temporibus ad Hospitale pertinere ac denolui debeat. Nullo penitus contradictorio apparente. Nos itaque iustis petitionibus dicti Jacobi adam in persona tocus communis pauperum et exulum nobis porrectis fauorabiliter inclinati presentes literas nostras priuilegiales dictis pauperibus in dicto Hospitali degentibus eisdem necessarias Sigilli nostri subappensi munimine roboratas Juxta Ciuitatis nostre legalia Jura et consuetudines duximus concedendas communi iusticia id persuadente. Datum in *Coloszwaz* feria sexta proxima ante festum Natiuitatis cristi. [dec. 20.] Anno domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo Sexto. ¹⁾

¹⁾ A kolozsvári elaggult szegények szent Erzsébetről nevezett háza levéltárában levő eredetiből, mely bőr hártáyára van írva s veres és zöld selyem zsinoron függő pecséttel volt hitelesítve, a mi azonban most nincs meg. [Fasc. A. Nro 2.]

CXCI.

1505.

II. Wladislaw király megparancsolja az erdélyi vajdának, hogy a kolozsváriakat bántalmazó, megverő és károsító nemeseket törvényre maga elébe állítsa s a panaszlóknak törvényes elégtételt szerezzen.

commissio Regie Mattis
in Consilio habita.

Nos Wladislaus Dei Gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Memorie commendamus Tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod fideles Nostri Circumspecti Martinus Zabo. et Johannes similiter Zabo dicti. Ciues Ciuitatis Nostre *Koloswariensis*. in ipsorum ac ceterorum Civium Incolarum, et tocius Communitatis. eiusdem Loci nominibus et in personis Nostram venientes in presenciam, nostre exponere curarunt Maiestati. Qualiter plerique forent Nobiles, ac eciam alterius condicionis Homines illarum parcium Regni Nostri Transsilvanarum, Qui sepe sepius temeritate quadam ducti Domos et Curias dictorum Civium Nostrorum aut alterius eorundem in illa Ciuitate nostra habitas minus iuste et indebite manibus armatis et potenciarijs Invaderent. Quosdam vero ex eisdem Ciuibus nostris de huiusmodi domibus ipsorum extrahentes iuxta ipsorum voluntatem verberarent, et wnerarent. alios eciam interimerent. Nonnullos autem rebus et bonis eorundem despoliarent. Colonos eciam siue Incolas eiusdem Ciuitatis Nostre preter omnem formam decreti consuetudinemque Regni nostri ad bona et possessiones eorundem potencialiter abducerent moraturos multasque alias Insolencias, variaque alia indicibilia dampna. impedimenta. ac eciam minas et desolationes in eadem Ciuitate nostra committerent, et quidem ijdem Cives et Incole eiusdem Ciuitatis nostre *Koloswariensis* talibus tantisque Iniurijs et quotidianis contumelys afficerentur, vt nisi superinde eisdem circa premissa provideremus, ipsa Ciuitas nostra in maiorem et pene extremam desolacionem atque ruinam tenderet. et laberetur, Cum autem Requisiti forent per ipsos exponentes dicti Nobiles aut eciam alterius Condicionis Homines modo premissis huiuscemodi Homicidia damna et impedimenta eisdem inferentes vt coram Fidele nostro Wajyuoda dictarum parcium Regni nostri Transsilvanarum pro premissis eorum Actibus potenciarijs Juri atque Iudicio starent, extunc allegarent quod ipsi in Sede Judiciaria Nobilium Comitatus vel coram Iudicibus ipsorum ordinarijs. Racione euscemodi Homicidy ac aliorum actuum potenciariorum. Si que per ipsos commissa et patrata fuissent Jure requirerentur. sicque tanta subterfugia tantas eciam difficultates in ea re facerent. vt ijdem exponentes post multos Labores fatigasque, et expensas, Huiusmodi justas causas ipsorum contra eos preuia ratione motas et suscitatas necessario coguntur negligere ac dampna eciam et injurias et Homicidia per ipsos patrata et commissa relinquere, Supplicarunt itaque nobis prefati Martinus et Johannes Zabo dicti in ipsorum ut premittitur ac ceterorum Ciuium Incolarum et tocius communitatis dicte

Civitatis nostre *Koloswariensis*. vt eisdem superinde opportune providere. et a talibus impedimentis. et perturbacionibus eorundem eosdem liberare et indempnitati eiusdem Ciuitatis nostre consulere dignaremur, Nos igitur qui ex debito Regiminis nostri officio tenemur cunctos fideles Subditos nostros in tranquilla pace conseruare, ac a talibus indebitis et quidem quottidianis vexacionibus atque impedimentis prout debemus eliberare. Accepta et admissa Supplicacione dictorum exponencium. Nolentes vt ipsa Ciuitas nostra et Incole eiusdem taliter Iniuste et preter Juris ordinem de cetero per quospiam vexentur. seu impediuntur. Id eisdem Ciuibus. Incolis. et toti Communitati dicte Ciuitatis nostre *Koloswariensis* duximus gracie annuendum et concedendum, prout eciam in similibus et alijs casibus. causis et negotijs per Serenissimos condam dominos Mathiam, ac alios Reges Regni Hungarie predecessores scilicet nostros felicium recordacionum mediantibus Literis ipsorum superinde confectis et per Maiestatem nostram eciam eisdem gracie confirmatis dictis exponentibus concessum esse intelligimus, ut ipsi tales Nobiles ac eciam alterius condicionis Homines eisdem exponentibus aut alteri eorundem de cetero huiuscemodi iniurias. dampna. uerberaciones. wlneraciones, et Hominum interempciones, seu domorum Inuasiones spoliaque et quevis mala eisdem committentes et inferentes, Coram fidelibus nostris Spectabili et Magnifico Petro Comite de Bozÿn et de sancto Georgio Iudice Curie nostre Moderno futurisque Waywodis ac Wice waywodis dictarum parcium Regni nostri Transsiluanarum Jure mediante reaquirere, Talesque Nobiles ac eciam alterius condicionis Homines per Literas suas in presentiam eorundem pro premissis actibus potentiarijs in causam convenire valeant. atque possint, Immo annuimus et concedimus presencium per Vigorem, Quo circa Vobis fidelibus nostris prefatis Comiti Petro Comiti de Bozÿn et de sancto Georgio moderno futurisque Waywodis, nec non Wice Waywodis predictarum parcium Regni nostri Transsiluanarum presentibus et futuris presencium noticiam habituris, Harum serie firmissime precipientes committimus et mandamus, vt postquam per ipsos exponentes aut eorundem alterum presencium scilicet ostensores cum presentibus fueritis requisiti mox et incontinenti omnes tales Nobiles ac alterius eciam condicionis Homines et quosvis alios malefactores et Homicidas qui eisdem exponentibus aut alteri eorundem modo premissis huiusmodi indebitas iniurias ac dampna et Homicidia in medio eorundem exponencium iam perpetrassent aut eciam in futurum perpetrarent et committerent per vestras Literas in Vestri presenciam accersiri et conuocari faciatis, quibus vt illi coram Vobis compareant, Jurique et Iudicio vestro in hac parte astare debeant, presentibus firmiter Iniungimus, atque ex parte eorundem dictis exponentibus presencium ut premittitur ostensoribus sine omni superflua dilacione verum et rectum Iudicium debitamque Juris et iusticie Satisfactionem impendere et administrare modis omnibus debeatis et teneamini, Auctoritate Nostra Regia presentibus vobis in hac parte attributa. et iusticia mediantem. Harum nostrarum quibus Secretum Sigillum nostrum quo vt Rex Hungarie vtimur est appensum. vigore et testimonio Literarum mediante, Datum Bude sab-

bato proximo ante festum concepcionis beatissime Marie virginis, [decz. 6.] Anno domini Millesimo Quingentesimo quarto Regnorum nostrorum Hungarie etc. Anno decimo quinto, Bohemie vero tricesimo quinto.¹⁾

CXCII.

1506.

II. Wladislaw király Kolozsvár polgárainak évenként Imre herczeg napján, úgy szintén Judica-vasárnapján országos vásártartási jogot ad.

Co ppria domini Regis

Nos Wladislaus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Memorie commendamus Tenore presencium significantes quibus expedit univrsis, Quod nos tum ad humillime supplicacionis instanciam fidelium nostrorum Circumspectorum Judicis et Juratorum ceterorumque ciuium populorum et Hospitum. ac tocius communitatis Ciuitatis nostre *Koloswariensis* in partibus Regni nostri Transiluanis habite : nostre propterea porrecte Maiestati, Tumque pro vtilitate et comodo earundem parcium nostrarum Transiluanarum : ac Incolarum et Inhabitatorum eiusdem Ciuitatis nostre : ad eandem Ciuitatem nostram *Koloswariensem* : Nundinas liberas seu fora annualia singulis festiuitatibus beati Emerici Ducis : nec non eciam singulis dominicis Judica vocatis : Alÿsque diebus ipsas festiuitates precedentibus et sequentibus : ad id scilicet necessario aptis et sufficientibus : omni Anno : omnino sub Hÿsdem libertatibus et prerogatiuis quibus Nundine libere sew fora annualia aliarum ciuitatum Oppidorum sew. Villarum celebrantur : perpetue celebrari duximus annuendum graciose et concedendun. Immo annuimus et concedimus presencium per vigorem, Absque tamen preiudicio Nundinarum sew fororum annualium liberorum aliorum, Quocirca vos vniuersos et singulos Mercatores Institores et forenses homines : atque viatores quoslibet : serie presencium affidamus certificamus et assecuramus, quatenus : ad predictas Nundinas liberas sew fora annualia : per nos in pretacta Ciuitate nostra *Koloswariensi* modo premissa perpetue celebrari commissas et concessa : cum omnibus Mercimonÿs rebusque et bonis uestris : secure libere et sine omni pauore et formidine rerum et bonorum ac personarum uestrarum veniatis properetis et accedatis : peractisque inibi cunctis negociacionibus vestris : ad propria vel alia que malueritis loca redeatis, Saluis semper rebus et bonis uestris remanentibus atque personis : sub nostra proteccione et tutela speciali. Et Hec volumus per fora et alia loca publica vbi necesse fuerit : palam et manifeste proclamari, presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum Bude die Dominica proxima infra Octauas Visitationis glorio-

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva, s kék, sárga és fejér selyem zsinoron függő pecséttel megerősítve. Kivül régi írással e naiv megjegyzés van rajta : „*Nihil valet.*“ [Fasc. P. Nro 52.]

sissime Marie virginis, [jul. 5.] Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexto, Regnorum nostrorum Hungarie etc. Anno Sedecimo : Bohemie vero Tricesimo Sexto. ¹⁾

CXCIII. a)

1507.

A kádár czéh alaprendszabályai.

Nos Sigismundus Braun Judex vniuersique Jurati consules Ciuitatis *kollusarinnsis* [így] Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire Quod nostri venientes in presenciam Circumspecti viri Valentinus hamer, Petrus leopoldi item alter Petrus kadar ac Andreas Bernharth seniores laudabilis artis Doleatorii Magistri vnacum ceteris eiusdem artis magistris concuiibus nostris exhibuerunt et presentauerunt nobis : quedam Registra super statutis et ordinationibus eiusdem Cehe : Petentes debitacum instancia : ut nos eisdem ordinationes et Statuta de verbo ad verbum in formam privilegij nostri perduceremus et redigificeremus : ut instar aliarum Ciuitatum Regalium pro laudabili Republica conseruare se ualerent atque possent Quorum registorum ut prefertur nobis porrectorum tenor sequitur in hec verba, Primo qui cunque in ipsam Ceham sew Confraternitatem artis Doleatorum ingredi voluerit habeatur idoneus honestus et sufficiens a suis Parentibus vtrisque laudabiliter exortus : Annosque sui disciplinatus ab inicio usque finem compleuisse sit repertus Secundo quicunque hominum sew Adolescentum id artificij : studere sew adipisci voluerit : talis in Ceham duos florenos et octo libras cere ac vnam Vrnam vini dare : suoque Magistro a quo ipsam artem didicerit per tres Annos integros cum omni obediencia famulari teneatur, Tercio neuter Doleatoris artificium hoc in ciuitate ista exercere et laborare audeat donec Cehe se conformet. Cum enim talis in ipsam ceham se commendare uoluerit, tres florenos octo libras cere vnum Prandium et duas Vrnas vini offerre debeat et teneatur. Quarto nullus magistrorum dicte artis propter vnum paruulum studentem et alium instar socij laborantem in preiudicium et dampnum aliorum Magistrorum tenere presumat : Illo eciam adiecto ut neuter Magistrorum Vindemiali et Autummali temporibus : homines extraneos Artem ipsam exercere scientibus pro vasis ligandis introducere audeat. Quinto Magistri ipsi cehe vniuersos alios Magistros artis nominate iuxta qualitatem suorum excessuum : puniendi, causas et simplices eorum statuta tangentes inter se diffiniendi : demptis causis que Judicem et Juratos huius ciuitatis concernerent et qui contra ordinationes et decreta eorum fecerint donec Cehe se conformaret labores interdicendi habeant facultatem. Sexto

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely két rétű regal papirosra van írva s középen a király hiteles nagy pecsétével megerősítve. [Fasc. N. Nro 1.]

quicumque hominum aut huius artis sociorum filium vel Relictam alicuius Magistri sibi matrimonialiter copulauerit similiter et Nati Magistrorum hac arte freti tales vniuersorum Jurium prespecificatorum totaliter liberi sint et habeantur absque Prandio : Septimo Quod Magistri ipsius cehe extraneis hominibus secundum conuentionem cum eis factam pro ligandis ipsorum Vasis liberi sint Octauo Quod postquam tempore Vindemiali Vasa denouo colligata aqua feruenti infusa ad stillacionem summouendam probata fuerint et defectus aliquis in eis notatus : extunc antequam Musto repleta ad melius reformandum Magistro Doleatori maiori pro cautela ostendantur. Nos itaque memorati Iudex et Jurati ciues Attendentes huiusmodi petitiones fore iustas Supplicacionibus memoratorum Magistrorum Doleatorum inclinati Articulos prescriptos cum tota serie declarata : ac uniuersas constitutiones eorundem : admisimus : approbauimus et confirmauimus : ymmo approbamus et ratificamus Ita tamen decernentes nec aliud habere volentes : ut dictorum Doleatorum quisquis septem antiqua vasa colligare : ambabus [így] finibus neuē [?] ytrisquefundis omni diligencia teneatur, profloreno vno eciam Vasorum si in fundis ut collaterio aut alyis indignis locis nova ligna imposuerit : de sex particulis mereatur hanc septimam floreni partem Iniungimus insuper eisdem diligenciam in laboribus apponere : ut si ex incuria vasa quoruncunque repleta stillauerint : Talis Magister quociens opportunum fuerit precipue a Vindemio [így] usque festum Beati Martini pro emendandis vasis per aduocationem accedere teneatur . Alioquin si dampnum euenerit id exoluere tenebitur : In quorum omnium singulorum premissorum presentes has nras sigillo ciuitatis nostre maiori et Autentico sub appresso consignatas prelibatis Magistris Artis Doleatorum duximus concedendas. Datum *kolloswar* prefata Sexta feria proxima ante Reminiscere [febr. 23.] Anno domini Millesimo Quingentesimo Septimo. ¹⁾

CXCHL. b)

1457.

Az elébbi czéhszabályok pontokra osztott német szövege.

Abschrift

eynes ehrsamen Rats Brieffs, der königlichen stad *Clauszenbürg*, gegeben den ehrsamen Meystern der Bidner Zech.

Im iar 1457. ²⁾

Wir Sigmúnd Braún Richter, vnd alle geschworen Ratherrn der Stad *Clauszenbürg*, Wir thún Zú wissen yederman, gegenwertigen vnd zúkünfftigen durch diszen vnszern brieff, Wie das für vns kommen szeyn disze für-

¹⁾ A kádár czéh leveles ládájában levő eredetiből.

²⁾ A kádár czéh ládájában levő eredetiben is ez évre van téve, de hogy

szichtige Manne, Velten Hamer. Piter Lipelt. Piter Bidner vnd Endres Bernert, die ehrliche meyster, vnd eltesten der bidner Zech, mit szampt andern meystern des szelbigen Handwerckes, vnszern mitbürgern, vnd haben vns gelangt vnd fűrgelacht ettliche register vber jre szatzűngen vnd ordnűngen der szelbigen jrer Zech : vnd szie han mit billigem anhalten gebeten, Das wir die szelbige jre szatzűngen. vnd ordnűngen, von wort zű wort, in eyn form vnd gestalt eynes freybriffeß wolten bringen vnd uerfassen lassen: Auff das szie nach dem exempel anderer kűnigklicher Stett, nach lűblicher statordnűng szich aűch kűnden erhalten. Welche fűrgemalte register vnd artikel, szo vns gelangt worden szeyn also vnd mit diszen wortten laűten.

Zűm ersten. Das wer da in die Bidner Zech vnd brűderschafft eyntreten wil, das der szelbige dűglich, ehrlich vnd genűgczam szeyn szol, vnd szol von beűden eltern ehlich vnd lűblich geborn szeyn. Vnd er szol szeyne lehr iar uon anfang bis Zűm end gantz aűsgedűnt vnd erfűlt haben.

Zum andern. Es szol eyn iglich iunger geszell, der dis Handwerck lernen vnd erlangen wil, in die Zech geben zween gűlden, acht pfűnd wachs, und eyn eymmer weyn. Vnd er szol szeynem lehrmeiszter dreű gantze iar, mit aller gehorsamkeűt dienen.

Zűm dritten. Es szol das handwerck keyn bidner in diszer Stad arbeűten vnd űben, alleyne denn er habe szich zű vor mit der Zechen verglichen. Wenn aber szolcher szich in die Zech eyn grűssen wol, szo szol er zű erlegen schűldig szeyn, dreű gűlden, acht pfűnd wachs, Eynmahl, vnd zween eymmer weyn.

Zűm Vierten. Es szol aűch keyn meyster des fűrgemalter Handwercks, mehr als eynen lehrknecht, vnd eynen lohknecht, den andern meystern zűm nachtheyl vnd schaden, dűrffen halten. Alhieher aűch Zűgesatzzt, das keyn meyster zű Herbst zeit jrren frembden, szo zűm handwerck etwas kűnnen kűffen zű binden hereyn bringen szol, vnd dűrffe.

Zum fűnfften. das die Zechmeyster, die andere meyster des genanten Handwercks, nach aűsweűsűng jrer feel, straffen szollen : vnd das szie die schlechten szachen, jre szatzűngen betreffend, zwisschen jnen szelber szollen wrtheűlen vnd niderlegen, aűsgenommen die szachen, welche den Richter vnd den Rath diszer Stad angehűren. Vnd szie szollen macht vnd gewalt haben, das szie den, szo wider der Zech szatzűng vnd ordnűng handeln, zűr straff das handwerck szollen legen, szo lang, bis szie szich mit der Zech wider verglűchen.

Zum szechsten. Eyn iglicher diszes handwercks mitgenos, der da eynes Meysters dochter, oder eyne verlasene widwe zűr ehe nimpt : dazű aűch alle meyster szűne, szo diszes handwercks szeyn, vnd gehalten werden, alleyne das meyster mahl aűsgenommen.

Zum Sibendten. das die Meyster diszer Zech, mit den frembden freű szollen szeyn, wie szie mit jnen des bindlons halben eyns werden kűnnen.

Zum achten. das wenn man die newgebünden kúeffen im herbst beschwelt, vnd man irhen gebrúch vnd abgang dran spüret, das man als denn szolches beÿ zeÿt zú bessern dem Meÿster anzeÿgen szol, ehe man den most eÿnfüllet.

Darúmb wir fúrgemalten Richter, vnd geschworen Ratherrn, haben acht geben aúff dis anlangen, wie es recht vnd bequém seÿ, vnd haben vns zúr bitt der fúrgemalten Meÿster der Bidner Zech gúetwilligklicht geneÿgt, vnd haben die fúrgeschriben artikel, wie szie noch ordnúng erkleret, mit szampt all jren szatzúngen zúgelassen, bewilliget vnd bekrefftiget : Wie wir szie denn aúch itzt bewilligen vnd bestetigen : Doch diszes alszo verendet, welches wir auch nicht anders haben wollen das eÿn iglich bidner sziben alte kúffen, mit allem fleÿs, auch an allen beÿden bódemen, vmb eÿnen gúlden binden szol. So man aber new stúch, oder am bodem, oder an der szeÿten eÿnszetzen szol : szo szol er von szechs stúcken, das szibent theÿl eÿnes gúldens Verdient haben.

Vber dis lassen wir jnen, dasz szie mit der arbeÿt fleÿssig szeyn szollen : So aber dúrch vnfleÿsz ÿemand jrchen [így] kúff rinnen würde : szo szol der meÿster, der die kúff gebunden hat, verpflicht szeÿn, wen er gerúffen wird, das er behend hingehen szol, vnd den abgang bessern, Nemlich vom herbest fort, bis aúff Martiny. Anders, geschicht jrchen [így] schaden, szo szol der meÿster den szelbigen zú bezalen schuldig seÿn.

Diszen dingen allen meÿnigklich zú gláuben vnd bestedigúng, haben wir diszen vnszern brieff den fúrgemalten Meÿstern der bidner Zech zt gestellet, vnd vnszer gross vnd krefftig stadszigel dran gehangen : Geschen zú *Cláuszenbúrg*, am freÿtag in der ersten fastwochen, Im Jar, Thaúszent, vierhúndert, vnd sziben vnd fúffzig. ¹⁾

CXCIV.

1507.

A takács czéh alaprendszabályai.

Nos Sigismundus Braun iudex vniuersi q jurati Consules Ciuitatis *Koloswariensis* : ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum volumus peruenire serie : Quod nostri venientibus in presenciam : Circumspectis Magistris Confraternitatis sew Cehe Artis Linificÿ vniuersis que ciuibus nostris : nobis que debita cum instancia supplicantibus : ut nos eos quemlibet et eorum more aliarum Ciuitatum Regalium : quo se tenere laudabiliter possint et regere graciosius conseruare : iuxta per eos nobis in scriptis porrectos articulos dignemur : quorum articulorum : Primus est Quod nullus hominum extra Ceham ipsorum magistrorum Linificum : utri-

¹⁾ A kádár czéh leveles ládájában levő hitelesítetlen eredetiből.

usque sexus : nisi id artificy realiter didicisset : hic aut alibi ubi observacio et Cehe constitucio foret : laborare possit ac ualeat : Secundus Articulus Si quis in ipsam Ceham dicte Artis magistrorum uoluerit ingredi : talis habeatur idoneus et honestus a suis Parentibus utrisque exortus super quo et lras afferat : Annos que sui disciplinatus : ab inicio usque finem compleuisse sit receptus et sui introitu in ceham flor. tres : Cere Libras quatuor cum vno prandio dare debeat et teneatur Tercius Articulus Si quispiam adolescentum id Artificy studere uoluerit talis flor. duos et quatuor libras cere ac vnam Vnam vini in Ceham dare : suo que Magistro a quo ipsam didicerit Artem tribus annis sese sequentibus fideliter famulari teneatur. Quartus articulus Si quispiam Artis prefate Sociorum filiam Cujuspiam Magistri istius artis matrimonio sibi copulauerit : talis mediam ceham tenebitur dare : Si uero eius artis Magistri filius : eiusdem artis Magistri filiam duxerit talis a contribucione praefata sit omnino liber absque prandio : et si quispiam ex filys Magistrorum alias extra ciuitatem istam nupserit et reuersus artificium hic exercere voluerit : totum ius cehe deponere tenebitur : Quintus Articulus quicumque Magistrorum Cehe statuta transgredereetur tali per magistrum cehe labor interdicatur, quousque se cehe iterum conformet. Sextus Articulus mortuo quopiam ex Magistris : eius relicta frui potest artificio quoad vixerit nisi duxerit alterius artis quempiam alium quo facto labore priuetur. Septimus Articulus : Magistri Artis prefate obligati sint : eorum bene conspiciere labores Magistrorum : ut debito modo perficiantur : et negligentes secundum excessum puniri debeant. Nos itaque iudex et ciues iurati : uolentes huiusmodi constitutionum : ordinationes perpetuo fore ualidas : Articulos prescriptos admisimus : approbauimus et ratificauimus : ymo approbamus et ratificamus : ita tamen : Quod prelibati Magistri artis Linificy nullas nouas constituciones preter hactenus obseruatas : de thele Texture scilicet pretio : inuenire debeant : ualeant atque possint : Harum nostrarum quibus sigillum ciuitatis nostre maius et Authenticum est sub appensum Testimonio literarum mediante. Datum *kolloswar* prefata sexta feria proxima ante Dominicam Reminiscere [febr. 23.] Anno a Natiuitate domini Millesimo Quingentesimo Septimo.¹⁾

CXCV.

1508.

II. Wladislaw király parancslevele az erdélyi nemesekekhez az iránt, hogy Kolozsvár városába és a szászok közé menekült jobbágyaikat onnan visszavinni többé ne merészeljék.

C^o ppria dni Reg.

Wladislaus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris Magnificis ac Egregys et Nobilibus Vniuersitati Nobilium parcium Regni

¹⁾ A takács czéh ladjában levő hártyára irt s zöld és veres selyem zsinoron függő pecséttel erősített eredetiből.

nostri Transsiluanarum. Salutem et gratiam. Quamuis superioribus temporibus, ad supplicationem et intercessionem uestram, annueramus vobis si bene recordamur. Vt illos Colonos et Jobagiones vestros, si qui a sex retro-actis annis in medium Saxonum nostrorum aut alia bona nostra istie habita moraturi aduenissent, reducere et ad pristina eorum habitacula collocare possetis. Vosque iam de medio Fidelium Ciuium nostrorum *Coloswariensium*, certum eciam numerum talium colonorum exceperitis, et ad bona uestra reduceritis, Supplicaueritisque nobis nuper tempore felicis coronacionis Serenissimi Principis et domini domini Lodouici Regis filij nostri charissimi, medio Nunciorum et Oratorum Vestrorum. vt eos quoque qui adhuc reducendi, restarent pari modo reducere possetis, de quo nos licet vobis relacionem eciam optatam dederimus et fecerimus, Considerantes tamen postea, tantam desolacionem ipsius Ciuitatis nostre in perpetuam ruinam eiusdem uergere, eiuscemodique desolacionem Ciuitatis nostre, non tam Incolis ipsius, quantum [így] huic Regno et maxime partibus illis, que ex municionibus talium Ciuitatum maxime conseruari opportuno tempore possunt, fore nociuam et incommodam, contenti quidem sumus de his colonis, qui vt prefertur per vos iam de predictis bonis nostris reducti, ad bona Vestra sunt. Volumus tamen vt illi qui adhuc reducendi essent, preujs ex causis deinceps, non reducantur, Requirimus itaque fidelitates uestras. Eisdem omnino committentes. Vt illis colonis vestris quos iam vt prefertur reduxistis contenti esse et manere debeatis et plures de medio ipsorum Ciuium, aut aliorum bonorum nostrorum, deinceps non reducatís, neque propterea eosdem vel ipsorum alterum; in rebus uel personis turbare sew dampnificare presumatis, Secus non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude In festo beati Johannis baptiste. [jun. 24.] Anno domini Millesimo Quingentesimo octauo. ¹⁾

CXCVI.

1510.

Szabó Ambrus, vétségeiért elboesátott kolozsvári bírónak a plebánia mellett levő házáat
Csiszár János az előbbi adósságainak kifizetése által megszerzi.

Nos Michael Litteratus Judex : Juratique ciues ciuitatis *Kolloswariensis* : Damus pro memoria quibus expedit per presentes vniuersis, Quod coram nobis personaliter constitutis Prudente et Circumspecto viro Michaelé Regeny Ciue nobis coniurato : tam quam principali ac Honesta domina Anastasia Conhabitatrice nostra : ceterisque creditoribus Ambrosy zabo nostri in medio quondam commorantis : Item Sancti Michaelis archangeli

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely regál papirosra volt írva nyíltlevél alakban s belől a szokott helyen rányomott királyi pecséttel megerősítve. A pecsét ép, a papiros meg van szakadozva. [Fasc. I. Nro 38.]

parrochialis Ecclesie nostre, et Claustri beate Marie Virginis fratrum ordinis Minoris in prefata *Kolloswar* fundati : Vitrici exposuerunt Quod Domus dicti Ambrosy Zabo in Theatro Ciuitatis existens atque fundata Curie Domus Plebani contigua : dietim magis ac magis desolaretur : et ita quidem : ut eandem iam nemo inhabitare : nisi reformaretur. posset, Et si in tempore vendicioni non exponeretur : neque creditoribus ipsis : sed neque prefatis Ecclesiis : per Honestam Dominam Agnetem carnalem prenominatam Ambrosy zabo Matrem : legata : Tercialitatem videlicet ipsius Domus iure hereditario ipsam concernentem : soluere et expedire possent : quoquomodo Tandem intellecta ipsius Ambrosy Zabo morte : Domum ipsam Provido viro Johanni Chyzar commansori nostro pro florenis Centum et Quinquaginta vendidissent, Quod scilicet idem Johannes Chyzar ipsam Centum et Quinquaginta florenorum summam : creditoribus sepefati Ambrosy zabo : et Ecclesie prefatis solueret ac experiret, Qui coram nobis hic infrascriptis Creditoribus : Credita sua iure consecutis : hoc ordine successiue satisfecit, Primo soluit suprafatis Michaeli Regeny florenos Decem : et Domine Anastasie florenos viginti octo : Item Anthonio vitripari Waradini commoranti : Nepoti quondam Stephani vitriparis concuiis nostri Soceri ambrosy zabo ; florenos viginti sex : in sortem quorundam octoginta florenorum ab ipso Stephano vitripari Socero suo mutuatore Similiter Benedicto Litterato Adolescenti : filio quondam Benedicti fromel nominati ; de Alsothothfalw Nepoti iam nominati Stephani vitriparis florenos viginti sex : similiter in dictorum octoginta florenorum sortem : Item Mathie Sartori post cessori quondam Michaelis Porkolab concuiis nostri florenos septem : Item Petro Kys ciue nostro Jurato florenos quinque : Item iuxta Testamentariam dispositionem prelibate quondam Domine Agnetis genitricis antelati Ambrosy zabo : pro Tercialitate Domus Ecclesiis Sancti Michaelis et beate Marie Virginis ordinis fratrum Minorum soluit florenos Quinquaginta Cuius Solucionis pretexto singuli creditores predicti : eundem Johannem Chyzar : liberum quittum et absolutum pronunciarunt ac commiserunt : Domum prefatam perpetuo sibi et suis heredibus ac posteritatibus vniuersis : cum singulis Juribus suis dantes atque appropriantes : Ac contra quoslibet competitores Juridice defendere ac protegere assummentes In cuius testimonium presentes sigillo nostro maiori et Autentico sub appenso duximus concedendas, Datum *Kolloswar* prefata Secunda feria proxima post festum Sacratissimi Corporis X-sti [máj. 31.] Anno Natiuitatis Domini Millesimo Quingentesimo Decimo.¹⁾

¹⁾ A szabó czéh levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s a város veres és zöld zsinoron függő nagyobb pecsétével megerősítve.

CXCVII.

1510.

Szabó Lőrincztől és nejétől Zan Veronikától a szabók szent Mihály-egyházban levő minden szentekről nevezett társulata kápolnájának ajándékozott mészárszékéről költ ajándéklevél.

Nos Michael Litteratus Judex : Juratique Ciues Ciuitatis *Kolloswariensis* : Memorie damus Quibus expedit per presentes vniuersis, Quod Coram nobis personaliter constituto : Circumspecto viro Laurencio Sartore: alias peck cognominato concieue nostro : una cum Honesta Domina Veronica filia quondam prudentis viri pie reminiscencie Martini Zan nominati concieuis similiter nostri : Vxore sua legitima : Qui sponte vnanimiter viueuocis ministerio retulerunt hoc modo : Quod tum ipsi temporum angustias : morborum Langores variorum : repentinamque mortem ex hys prouenientem : animo metiti essent pietatis sue beneficia Locum usque egritudinis differre nolentes que rationem obnubilaret adeo : ut non solum Rerum temporalium uerum eciam et sui ipsius cogeret obliuisci, Volentes igitur animabus suis, parentum et suorum predecessorum : pio subuencionis adminiculo subuenire : spontanea voluntate : Macellum quoddam medium : quod a prefato quondam Martino Zan : patre scilicet antefate Domine Veronice : super ipsos successorio iure : iuxta legem et consuetudinem huius Ciuitatis condescendisset quintum in ordine : ad Ecclesiam Sancti Michaelis Archangeli : et Theatri forum versus locatum : Altari omnium Sanctorum : Confraternitati Sartorum prouisioni ac cure assignatum ac deputatum : perpetuo et irreuocabiler . donassent : appropriassent ac ascripissent : ymo : donarunt : appropriarunt ac ascripserunt pleno iure : ut ipsa fraternitas per amplius ipsius medy Macelli prouentibus pro vsu dicti altaris : vti debeat : valeat ac frui et ab ipso altari nequaquam uendi seu alienari perpetuis futuris temporibus : Pro cuius testimonio presentes literas nostras : fraternitate dicti altaris Omnium Sanctorum instante : Sigillo Ciuitatis nostre maiori et autentico sub appenso : duximus concedendum : Datum *Kolosuar* prefata : Sexta feria proxima ante festum beati Johannis Natiuitatis [junius 19.] Anno Domini Millesimo Quingentesimo Decimo. ¹⁾

CXCVIII.

1510.

II. Wladislaw király boznyi és szent-györgyi Péter gróf vajdának megparancsolta, hogy katonáinak a kolozsváriak megsarczolását, javaik elvételét sat. meg ne engedje; a Bánffy János által elvett jókat : pénzt, barmot sat., azon polgároknak visszaadassa.

Wladislaus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. fideli nostro Spectabili et Magnifico Comiti Petro Comiti de Bozÿn et de Sancto Georgio

¹⁾ A szabó czéh levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s a város veres zsinoron függő nagyobb pecsétével megerősítve.

Judici curie nostre et waywode nostro Transsiluano nec non Siculorum Comiti : Salutem et gratiam : Grauem querelam fidelium nostrorum : prudentum et circumsectorum Judicis et Juratorum ciuium et tocius communitatis ciuitatis nostre *Coloswariensis* coram nobis despositam accepimus continentem Quod dum et quociescumque vos siue Gentes vestre in ipsa, Ciuitate nostra condescensum faceretis extunc in ingressu vestro ad illam : ciues ipsos nostros ad Hospitalitatem quamdam trium dierum vobis et familie vestre fiendam ad quam tempore aliorum waywodarum minime astricti fuisse dicuntur : quamque non sine grauibz eorum expensis et sumptibus expedire habuerunt : Hactenus torsissetis et compulissetis vinaque ac fena et quevis alia victualia eorum eodem Gentes vestre creberrime absque omni solucione vi auferrent : diuersasque violencias et dampna ciuibz nostris inferrent : Sicuti etiam nuper duos ex conciuibz ipsorum icibus Sagittarum noctis in silencio sauciassent : qui suscepto vulnere post paucos tandem dies morte obijssent. Insuper inhibitionem quamdam superioribus diebus contra Jura et libertates ciuium ipsorum nostrorum istic in Transsiluania fecissetis ne scilicet quippiam eorum pecudes et animalia alias expellere solita exinde abigere et expellere deberet. Ad quod custodes etiam viarum Homines nostros deputassetis, qui nuper certos equos ipsorum ciuium nostrorum quos ydem ex Transsiluania pro libertate eorum expellere habuerunt : in libera via violenter abstulerunt : et rursum hys diebus quibus ciues ipsi nostri ad hoc Regnum nostrum Hungarie certos porcos et pecora expellere habuissent : ydem Homines vestri animalia huiusmodi eadem violencia et temeritate ab eis abstulissent : ex quibus pro arbitrio ipsorum quot voluerunt restituerunt. Insuper Egregius Johannes Banffy ab uno conciuie ipsorum quinquaginta florenos et unum equum ab alio vero decem Boues, a tercio siquidem equos duos quinquaginta florenos valentes : a quarto denique certos porcos viginti sex florenos valentes similiter violenter recepit : allegando id ex voluntate et speciali commissione vestra fecisse : preterea : quamvis per hec tempora homines et familiares vestri certa arma eorum ipsis ciuibz nostris pignori obligauerint : Tamen vos nescitur qua ratione omnia huiusmodi arma ipsis familiaribus vestris : ultra tot et varia quidem dampna : oppressionesque et iniurias eisdem civibus nostris per vos et familiares atque Gentes vestras inflictas et irrogatas absque omni solucione per eosdem ciues nostros vi restitui fecissetis : et taliter eos eiusmodi et continuis quidem oppressionibus et dampnis afficeretis : ut iam ad extremam quasi devenisse dicuntur inopiam : quibus nisi per nos de opportuno remedio provideatur cogerentur : ob crebros insultus variasque et intollerabiles violencias vestrorum : ex illa Ciuitate nostra sese alio moraturos conferre : Quam rem nolentes diucius subtycere atque obaudire, proindeque Ciuitatem ipsam nostram in maiorem deueniri desolacionem. Accepta igitur et intellecta supplicacione eorundem Ciuium nostrorum nobis superinde porrecta : volumus et mandamus fidelitati vestre harum serie firmissime : quatenus, statim visis presentibus : predicta dampna et res pecudesque eorundem Ciuium nostrorum per ipsos homines et Gentes

vestras quam eciam per prefatum Johannem Banffÿ modo premissis oblatas et receptas eisdem Ciuibus nostris integre et sine omni difficultate reddi et restitui facere et eos superinde omnino contentare modis omnibus debeatis : nec de cetero ipsos ad hospitalitatem huiusmodi tempore vestri illo ingressus cogere siue victualia aliqua ab eis vi auferre : ipsosque contra Jura et libertates ipsorum prescripta turbare molestare siue opprimere nulla ratione presummatis : Nam alioquin certi estote : quod ipsos Ciues nostros in dampna manere nulla ratione paciemur, sed illis superinde de opportuno remedio et condigna satisfaccione providere cogemur. Aliud igitur nullo modo facere presummatis, presentibus perlectis exhibenti restitutis : Datum in castro nostro Thatha feria quinta proxima ante festum Natiuitatis b. Johannis Baptiste [jun. 20.] Anno Domini Millesimo quingentesimo decimo.

Kevéssel alább :

*Ad Relaonem Reuerendi dni Francisci Vardaÿ Electi Ecclesie
Vacuens. Thesaur. Regie Mattis. ¹⁾*

CXCIX.

1510.

II. Wladislaw az erdélyi vajdák Kolozsváratt mulató seregeinek a sarczolást megtiltja, s rendeli, hogy a katonaság vett élelmi czikkeit a polgároknak fizesse meg.

Nos Wladislaus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Memorie commendamus Tenore presencium significantes quibus expedit uniuersis, Quod Fideles nostri Prudentes et circumspecti Matheus Chanÿ et Martinus de Peel ciues ciuitatis nostre *Kolosuariensis* nostram venientes in presenciam in suis ac Judicis et Juratorum Ciuium et tocius Communitatis eiusdem ciuitatis nostre *Kolosuariensis* personis, Maiestati nostre exponere curarunt in hunc modum, Quod quamvis ipsi hac libertatis prerogatiua ipsis a diuis Regibus Hungarie nostris scilicet predecessoribus concessa inter cetera ab antiquo semper vsi fuerint et gravis, vt dum et quotienscunque Wajwode nostri Transsiluani pro tempore constituti in ipsa ciuitate nostra cum eorum Gentibus condescensum facerent : et quamdiu istie immorarent, extunc ipsi et eorum Gentes proprijs eorum expensis viuere. Nec aliquid rerum et victualium preter eorundem ciuium nostrorum voluntatem sine condigna solutione vi auferre et recipere, aut cuiquam ipsorum ciuium et Inhabitarum dicte ciuitatis nostre violenciam siue damnum vel Injuriam aliquam inferre debuerint. Id quod ex literis eciam et privilegÿs ipsorum ciuium nostrorum per eosdem predecessores nostros ipsis concessis et coram nobis in specie productis clarius conspeximus. Tamen modernus Wajwoda noster, non curata huiusmodi antiqua consuetudine et libertate ipsorum ciuium

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely papirosra van írva, s középén belől papírral takart, veres viaszba nyomott pecséttel megpecsételve, a mi azonban ma le van töredeazve és papirosostól együtt hiányzik. [Fasc. H. Nro 11.]

nostrorum, dum et quocienscunque in dicta ciuitate nostra condescensum faceret, extunc inter ceteras violencias iniurias et damnorum eisdem ciuibus nostris per Gentes suas illaciones, rerumque et Bonorum eorundem ablaciones. tempore sui ad ipsam ciuitatem nostram ingressus. ad Hospitalitatem quandam trium dierum sibi et familie sue per eosdem ciues nostros fiendam, non sine maximis eorum sumptibus et expensis : ad quam tempore aliorum Wayvodarum nusquam alias astricti fuisse dicuntur, cogeret et compelleret, per quod ydem ciues nostri in eorum vetustis libertatibus grauiter opprimerentur : et adeo quidem damnificarentur et grauarentur : ut nisi eis superinde per nos opportune provideretur libertasque ipsa eisdem de cetero inconcusse obseruaretur, dicta ciuitas nostra iam propediem in extremam deuentura esset desolacionem, prout iam in maiori parte deuenisse eciam dicitur, Vnde Statuimus a modo ciues ipsos nostros per ipsum modernum et futuros eciam Wayvodas nostros contra prescriptam eorum libertatem impediendos et damnificandos minime esse, Quo circa vobis fidelibus nostris Spectabili et Magnifico Petro Comiti de Bozÿn et de sancto Georgio Iudicurie nostre et Wayuode nostro Transsiluano et Siculorum Nostrorum comiti moderno. futurisque Wayvodis parcium Regni nostri Transsilvanarum, harum serie Strictissime committimus et mandamus, quatenus dum et quando ac quocienscunque a modo deinceps, predictam ciuitatem nostram ingrediemini, extunc ibidem cum familia et Gentibus Vestris, proprijs expensis viuere, atque omnium rerum et victualium condigna precia persolvere et persolui facere. nec a ciuibus et Inhabitoribus eius loci, aliquid vi auferre, ipsosque cives nostros ad Hospitalitatem siue pensionem aliquam contra premissa Jura et consuetudinem ipsorum vetustam, artare et compellere, uel eis injuriam aliquam istie inferre et irrogare. Gentibusque Vestris inferri et irrogari permittere, nullo unquam tempore presumatis, nec sitis ausi modo aliquali : Gracie nostre sub obtentu. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in castro nostro Thata feria quinta proxima ante festum Natiuitatis Beati Johannis Baptiste, [jun. 20.] Anno Domini Millesimo Quingentesimo decimo Regnorum nostrorum Hungariae etc. Anno Vigesimo, Bohemie vero Quadragesimo.

Ad Relacionem Reverendi Domini
Francisci Vardaÿ Electi Ecclesie
Vacuens. Thezaur. Regie Matt. ¹⁾

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s közből a szokott helyen veres viaszszal megpecsételve; a pecsét letöredezett. Kivül a parancslevél írója által e van írva : „*Mandatum Regium, ne quid violenter et contra Præiudicium Ciuitatis Wayuode huius Regni facere presumant.*“ [Fasc. P. Nro 41.]

CC.

1512.

Zápolya János erdélyi vajda a Szabó Ambrus kolozsvári volt s vétségeiért önként számki-
vetésbe ment bíró javainak a városi hatóság általi eladatása ügyét kiküldött bíróság által
megvizsgáltatta, helyesen történtnek találta, s nejének Mártha asszonynak örök hallgatást
parancsolt.

Nos Michael Litteratus Judex Juratique Cives Ciuitatis *Kolloswarien-*
sis, Memorie commendamus quibus expedit per presentes vniuersis, Quod
cum Honesta domina Martha relictæ Circumspecti viri Ambrosy Zabo dicti,
quondam Iudicis nostri : ob certa delicta de medio nostri profugi : unacum
filio suo Emerico quem post ipsius Ambrosy Zabo, ab hinc discessum : et
contracta debita atque cum Domino suo exposita peperisset coram nobis
fuisset constituta, singulasque Hereditates iam nominati Ambrosy domini
sui per Creditores iure consecutas, atque propterea venditas, Domum scilicet
Habitationis sue, quam Fraternitas Sartorum pro sustentacione Altaris
eiusdem, Omnium sanctorum, iuxta continencias aliarum literarum nostrarum
emisset, Item Vineas. Allodium, pro se et filio suo prefato Emerico rehabere
voulisset, Magnificumque atque Spectabilem Dominum Johannem de Zapo-
lia : comitem perpetuum terre Scepusiensis Waynuodam Transsiluanie et
Siculorum Comitem pluries ea re flexis genibus supplicando inquietasset,
Iudicium et Justiciam super nouo expostulando, Idemque Magnus domi-
nus Wayuoda : Egregios ac Nobiles Franciscum Harrazthÿ : Johannem
Thornay : et Paulum de Thomor pro recognoscenda huiusmodi causa specia-
liter delegasset ; Ipsique coram nobis et tota communitate Ciuitatis nostre :
hac cum causa conuocate, seriem eius cause : cum ex literis : tum alys eu-
identissimis documentis, prefatas scilicet Hereditates rite : et legitime fuisse
venditas : atque prelibati Ambrosÿ Zabo Creditoribus iuris ordine admini-
stratas percepissent atque intellexissent, Singulos Creditores ipsius Ambrosÿ
et quibus Hereditates in sortem debitorum assignate fuissent : uel uendite,
erga prememoratam dominam Martham : eiusque filium : Emericum utpote
post perpetratum in medio nostri facinus, progenitum Liberos quittos : et
plane expeditos pronunciarunt, Literas ipsas nostras super huiusmodi solu-
cione hereditatumque vendicione datas atque concessas, ratificantes atque
approbantes ipsique Domine Marthe eiusque filio Emerico in hac causa
deinceps perpetuum silencium imponentes. In cuius Testimonium presentes
Sigillo Civitatis nostre maiori sub appenso communiri fecimus. Datum *Kol-*
loswar prefata Secunda feria proxima Ante Festum beate Margarethe Vir-
ginis et Martiris [jan. 27.] Anno Domini Millesimo Quingentesimo Duo-
decimo. ¹⁾

¹⁾ A szabó czéh leveles ládájában levő eredetiðől, mely hártýára van írva s
a város fekete és sárga selyem zsinoron függő pecsétével megerősítve.

CCI.

1512.

A fazakasok alapezéhszabályai.

Nos Michael Literatus Judex, Juratique Ciues, Ciuitatis *Kolloswariensis* : Memorie commendamus quibus expedit, per presentes uniuersis : Quod cum in Consistorio nostri Consulatus pro Rebus publicis de terminandis pariter consedissemus. Comparuerunt coram nobis Solertes ac Prouidi Viri Artis Figuline Magistri Commansores nostri Exhibuerunt ac presentauerunt nobis Cedam [így] papiream, qua certi Articuli super Ordinacionibus, seu Confraternitatis ipsorum conscripti continebantur, Petentes nos debita cum instancia, ut legy perduceremus, et redigi faceremus. Nos attendentes Supplicationem huiusmodi fore justam, et Consonam rationi, eandem de Jure Statuimus Amplecti. Cuius Registri Articuli Sequuntur in hunc modum *Primus Articulus* Nullus infamis, nisi a parentibus utrisque Legitimo thoro progenitus. in ipsam Ceham, Seu fraternitatem recipi debeat, et apud Magistros Suos Annos Erudicionis, complevisse sit repertus. *Secundus* Neuter Magistrorum, preter unum Famulum, pretio conductum, et Adolescentem discipulum tenere audeat. Nisi Singuli Magistri provisi essent famulo et discipulo, Adolescentes extunc tenere Famulos, quotquot maluerit, possit *Tercius Articulus* Famuli aduene nullas [így] hospicio possint [így] descendere, nisi apud Magistrum Cehe qui eos Ordinare habebit Magistris iis, ubi fuerit visum Necesse. et si in Civitate tantum famulus Unicus esset, Ille Magistro egrotanti, si quis pro tunc foret ordinari debebit pro sustentacione sua. *Quartus Articulus* Juniores Magistri duo singulis festiuitatibus : in vesperis Matutinis, Missa summa etc. penes Altare servire tenebuntur, sub pena unius libre cere. *Quintus Articulus* Juniores magistri Ceham seu Confraternitatem ingredi volentes florenos tres deponere, et tres Libras Cere Magistris eciam obligati sint Prandium unum cum quatuor Edulis seu fereulis, et vino cibero [?] disponere, Et si quispiam Magistrorum verbis contumeliosis in congregatione alium afficeret, pena sint quatuor Libre Cere, *Sextus Articulus* Delato in Civitatem Litthargiro nemo magistrorum soli sibimet, sed ceteros Magistros participes efficiat si vero Magistrorum quispiam illud occulte emeret, tali auferri totaliter debeat, et pecunia pretium scilicet non restitui nisi personaliter aliunde adduceret; etiam magistrorum aliquis Si adeo pauper esset ut partem Suam persolvere nequiret, extunc de pecuniis Cehe tantum mutui, ad unum tantum mensem persolvendum Concedatur. *Septimus Articulus* Si magistrorum quispiam opera Figulina Litthargirita Falsificaret utpote Amphoras, quae in artificio tantum Litthargiro essent delibuta intrinsecus vero non, talis Magister convictus sit in Decem Libris Cere, *Octavus* Siquis Magistrorum super Fornace facienda conventionem fecisset et alius in ejus laborem Se ingereret talis magister interceptiens laborem alterius pecunia ipsa pretio scilicet sit privatus, nisi qui prior Con-

ventionem fecisset. intra Septimanam, Laborem continuare Seu perficere non curaret. *Novus Articulus* Si quispiam ex Magistris, ad venundandum laborem suum in forum deferret et huiusmodi labor defectuosus esset, si jussu Magistri Cehe Domum non reportaret pena sit Cere Libra *Decimus* Si Magistrorum quispiam, Famulum alterius abalienaret seu seduceret pena sit sex Libre Cere, similiter qui famulum, de Civitate invidie Causa ablegaret, puniatur in Decem Libris *Duodecimus* Si ex magistris quispiam Laborem in forum delatum deposuerit, et alter ex Magistris de loco amoveret, punitus sit in sex Libris Cere. Item Adolescens qui Causa Informationis alicui Magistro adjungi voluerit, hunc Magister Cehe conveniendus, ubi fuerit visum, Magistro commendare debebit. Item existens extra Ceham Fornaces novas, cum cacabis novis seu todulis erigere non audeat. Item Singuli Magistri in exequiis pro funere conducendo sub pena duarum Cere Librarum adesse teneantur. *Ultimus Articulus* quicumque Magistrorum prefatos non observaret Articulos toties quoties id transgrederetur Magistri Cehe Instrumenta quibus laborem exerceret ex officina potestatem habeant auferendi, donec ad observationem eorundem compellatur, In cuius firmitatem ac robur, presentes Sigillo Ciuitatis Nostre maiori, et Authentico sub appenso suprafatis Magistris Artis Figuline duximus concedendas. Datum *Koloswar* prefato, Ipso Die Apparitionis Beati Michaelis Archangeli [majus 8.] Anno a Nativitate Domini, Millesimo Quingentesimo Duodecimo. ¹⁾

CCII.

1512.

II. Wladislaw király a szomszéd falvakbeli nemesség erőszakoskodásainak meggátlása végett a kolozsváriak törvényszéki vér-díját (homagium) 200 forintban állítja meg.

Co ppria Dni Regis

Nos Wladislaus Dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presencium Significantes quibus expedit Vniuersis, Quod fideles nostri prudentes et circumspecti Michael literatus, Judex, ac Martinus Eppel, et Laurencius Beck, Jurati Ciues, Ciuitatis nostre *Koloswariensis*, ipsorum ac tocius communitatis eiusdem Ciuitatis nostre nominibus, et in personis, nostrum accedentes in conspectum, lamentabiliter nobis exposuerunt, qualiter grauibz et intollerabilibus Iniurijs et oppressionibus, per Nobiles eidem Ciuitati vicinos, et eciam alios indigne sepe numero afficerentur, adeo ut nonnunquam vix eciam periculum personarum suarum euitare possent, et plerumque eciam interficerentur, Id vero impune et sine villa animaduersione ydem Nobiles in eos tanquam vilis et abiecte alicuius condicionis homines perpetrarent. Et maxime ea fiducia ducti, quod homa-

¹⁾ A fazakas czéh leveles ládájában levő hártýára irt s veres selyem zsinoron függő pecséttel megerősített eredetiből.

gium eorundem Ciuium nostrorum non maius esset, quam alterius cuiuscunque humilis et vilis rustici, Supplices igitur Maiestati nostre ydem ciues nostri, vt eos nostra Regia auctoritate a tali oppressione protegere dignaremur, Nos igitur qui ipsos Ciues nostros, manutenere et conseruare tenemur, quo omnibus eos opprimendi occasio ac licencia adimatur, et tales violenti ab eorum oppressione se se de cetero magis contineant, Ipsos Ciues et Ciuitatem nostram *Kolosuariensem*, hac et tali munere ac libertatis prerogatiua, exornandos, hancque immunitatem dandam eisdem duximus. Quod videlicet uniuscuiusque ipsorum Ciuium et Colonorum atque inhabitatorum ipsius Ciuitatis nostre *Kolosuariensis*, tam intra muros quam extra, in suburbys commorantium et existencium, presencium Scilicet ¹⁾ futurorum, ad instar Ciuium nostrorum Budensium, homagium ducentorum florenorum sit, et existat, Ita vt quodocunque et quocienscunque de cetero de homagio ipsorum Ciuium nostrorum, aut alterius eorum, lis aut casa aliqua usquam emerget, et ad Solucionem huiusmodi homagij deuentum in Jure fuerit, eisdem Ciuibus nostris *Kolosuariensibus*, aut eorum alteri cuius Scilicet intererit, non sicuti alijs communis et vilis Status et condicionis rusticis, sed tanquam Ciuibus nostris Budensibus hoc ipso priuilegio a vetustis temporibus gaudentibus semper deinceps ac in perpetuum tam intra quam extra Iudicium, pro homagio eorum, ducenti floreni, Vbiuis absque omni excepcione cauillatione adinventoque villo colore, adiudicentur decernanturque, ac decerni cum effectu debeant soluendi, parique in hoc priuilegio et Immunitate cum prefatis Ciuibus nostris Budensibus ijdem *Kolosuarienses*, absque vlla quorumpiam contradiccione perpetuo uti frui et gaudere possint et valeant, Immo exornamus damusque et concedimus presencium per Vigorem, Quo circa Vobis fidelibus nostris Reuerendissimo in X-sto patri, domino Thome item Sancti Martini in Montibus, Sancte Romane Ecclesie presbitero Cardinali Strigoniensi, ac Patriarche Constantinopolitano Summo et Secretario Cancellario nostro, ac futuro personalis prasencie nostre locumtenenti, Item Spectabilibus et Magnificis Emerico de Peren perpetuo Comiti Abawyariensi ac Regni nostri Hungarie Palatino, et Iudici comanorum nostrorum, etc. nec non comiti Petro de Bozyn : et de Sancto Georgio Iudici Curie nostre vestrosque in Iudicatu vices gerentibus modernis scilicet et futuris, Preterea Spectabili similiter et Magnifico Johanni de Zapolya perpetuo Comiti Scepusiensi, ac Waywode parcium Regni nostri Transsiluanarum et Siculorum nostrorum Comiti, eisdemque Vicewaywodis presentibus scilicet et futuris, nec non Egregijs Magistris Prothonotarjjs ac comitibus et Vicecomitibus et Iudicibus Nobilium quorumcunque Comitatum, cunctis eciam alijs Regni nostri huius, et tam parcium predictarum Transsiluanarum, quam eciam aliarum eidem subiectarum, Iudicibus et Justiciarijs, Ecclesiasticis scilicet et Secularibus, presentibus vt prefertur et futuris, presentes visuris harum Serie firmiter mandamus, quatenus dum et quodocunque vt premittitur aliqua lis et causa pretextu huiusmodi homagij dictorum ciuium

¹⁾ ,et' — ki van hagyva.

nostrorum *Koloswariensium*, aut alterius eorum, coram vobis vel altero vestrum de cetero emerget et movebitur, eisdem ciuibus aut illi ex eis, cuius interesse videbitur, contra quoscunque et cuiuscunque Status condicionis et linguagij existant, pro homagio eorum, iuxta huiusmodi nostram graciousam eisdem ciuibus datam libertatem, ad instar ut prefertur Ciuium nostrorum Budensium, ducentos florenos, semper adiudicare, persoluendosque irremisibiliter decernere modis omnibus debeatis et teneamini, Et aliud nullo modo facere presumatis. Presentes vero quas Secreto Sigillo nostro, quo ut Rex Hungarie vtimur communiri fecimus, post earum lecturam, semper reddi volumus presentanti, Datum Bude In festo Beati Laurencij Martiris. [aug. 10.] Anno domini Millesimo Quingentesimo duodecimo Regnorum nostrorum Hungarie anno vigesimo tercio Bohemie vero Quadragesimo tercio.¹⁾

CCIII.

1513—1519.

II. Wladislaw királynak a kolozsvári szőcsök javára a bőrök vásárlását illetőleg külsők ellenében adott kedvezménye.

Mi Lazlo Kiralj, Magiarorzagnak, Chehorzagnak Kirallia. Az mi hiueinknek minden rendbelieknek, Kalmarohnak, Kereskedeo Aros embereknek, mind Magiar orzagban, Moldouaban, Hauaselfoldeben leueoknek : Annak felette minden tiztartoknak, es factoroknak, mind Zebenben, es egieb helieken leueoknek, ielen ualoknak es keuetkezendeoknek, keozonetunket es kegielmynket. Az mi hiueinknek, az Zeocs Mestereknek kepekben, kik Zebenben es egieb városokban, falukban, es Erdeliben laknak ereos panaz jw̃t mi eleonkben. hogi noha eo nekiek regteol foguan illien zabadsagok es zokasok uolt uolna, hogi senki az kalmarok uagi Kereskedeo emberek keozw̃l hanem csak zinte eo magok az Zeocsok uehetnenek barani beoreoket es egieb fele allatoknak, kiualtkeppen vadaknak niers beorejt mellieket meg ki nem miueltének volna, azokat senki Erdelibe meg ne uehetne, es onnat mas orzagba ki ne uihetne, se ki ne uitethetne : Mindazaltal uolnanak nemeli kalmarok kik ez fele niers es kimiueletlen beoreoket uennenek, es azokat zekereken, lo terehben Erdelibeol mas orzagokra nagi sokat kiuitetnenek. Azonkeppen volnanak oli tiztartok is, kik effele beoreoket, kiualtkeppen vad beoreoket, azokat az zeotseok keozibe nem bocsatanak hogi uigiek eo nekiek es az eo regi zabadsagoknak zokasoknak karara es fogiatkozasara Melibeol keonieoregeottenek minekünk, hogi az meg neuezet dolgokra lenne conduiseleswnk. Miert hogi penig mi nem akarunk hogi az eo regi zabadsagokban az zeocsmesterek megbanttassanak, haggiuk es parancholliuk

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s veres, sárga és zöld zsinoron függő pecséttel megerősítve. Kivül : *„Lecta, folio V. LXXV. Anno aut. 1512.“* Minden a legszebb és legépebb ma is. [Fasc. H. Nro 2.]

mindeneknek ereossen, ez mi leuelwnkben, hagi mostantol fogua ennek Vtanna senki tw keozzwlletek az eo regi zabadsagok es zokasok ellen, effele niers beoreoket Erdelibe meg ne uehessen, se azokat idegen hatarra ki ne vigie, se ki ne vitesse, se Veres toronnal el ne foglalhassa, hanem affele beoreoket csak az zeocseok Uehessenek meg es Viuessenek ki : Es az kik az fele beoreoket hoznanak, bekeuel es minden foglalas nelkwl az zeocseok keozibe bocsassatok hagi Viuessenek : Mert ha kwleomben chelekettek, meghattuk, es zabadsagot attunk ere, hagi az mi hiueink az Zebeni polgarmester es egieb varosokbeli Birak es Polgarok Erdeliben ahul tudniillik ez mi parancholatunkat vakmereosegbeol meg nem tartanak, es az zeocs Mesterek keozwl valakit ez eo zabadsagokban meghaboritanak azok ellen eoket az birák es polgarok eoket [így] megotalmazzak es twnektek semmiképpen effele booreoket venni auagi ki uinni ne engeggienek, Hagi ha penig valamellyeknel az mi parancholatunk ellen es az zeocseok zabadsaga ellen effele niers beoreoket talalnanak az Birak azokat eluehessek, es ket rezit annak annak az zeocseoknak melliet Istenes es eo helire keolcsenek, keotelesek legienek adnia, harmad rezit pedig eo magoknak tarchak, Az mi Kiraly meltosagunk, es ez mi leuelwnknek erejenel.

Mi annak okaert Laios Kiraly, az mi Attiankuak megnevezet leuelet, mindenekben erejeben hagjuan, meg uytuan, es egiebeknek igassaga meg maraduan, megis ereosituen, tunektek mi hiueinknek nem csak kalmaroknak, Arosoknak es tiztartoknak hanem akarmi rendbeli es allapatbeli embeereknek Egihazi rendiknek, Nemese, nemteleneknek, akar hul Erdeliben, kiualtképpen Zebenben, Brassoban, Segeswarat, Meggiesen ¹⁾ *Coloswarat* es Enieden leveo embereknek, kik ez leuelet lattiak, haggiuk es parancholyuk hagi ennek utanna senki keozzwlletek, se barani beort, roka es nest beort vagi akarmi nemew beoreoket, nierseket, kiket ki nem miueltene, se hagi se meg ne uegietek, el ne foglalliatok, se Moldouaba vagi Hauaselfeoldebe ki ne vigietek ki se vitessetek : Mert ez leuelwnk erejenel haggiuk es hatalmat adunk minden Polgar Mestereknek, biraknak, polgaroknak, akar meli kolchos es mezeo varosbelieknek, falubeliaknek, hagi az mi Attiank leueleben meg nevezet bwntetes zerent mindent meg bwntethessenek valakik ez ellen cselekedn merezlenenek. ²⁾

¹⁾ Az eredetiben Besztercze és Szászsebes is említve van.

²⁾ A szöcs czéh birtokában levő eredetiből, mely, úgy látszik, egykoru fordítás, de hitelesítetlen. A levél hátára balfelől ez van írva : *„Ez az László Király Privilegiumának, melyet Lajos király is megerősített az Kaptalanból kikölt Párjának magyarázatja.”* Alól jobbra ez : *„A mely függő pecsétü Privilegiumos levélből ez a levél magyar nyelvre fordíttatott, annak ereje a szász városokra és Enyedre is szolgál, az pecsét fedelén ilyen jegye cagyon Ő.”* E kiváltságlevelet eredetileg a szebenieknek adta Wladislaw király Budán szent Lőrincz vértanu estéjén [in vigilia aug. 9. 1513.] megerősítette II. Lajos király szintén Budán 1519. Invocavit vasárnap után negyedik napon [márcz. 16.]; átírta a kolozsmonostori konvent 1519. Sz. Imre herczeg napja után legközelebbi vasárnapon. Az átírat hártára van írva zöldes sárga selyem zsinoron függő pecséttel megerősítve — kérték Enyedy Antal és Kys Mihály szöcs mesterek.

En ez oklevelet magyar nyelvi ritkaság- [curiosum]ként közlöm.

CCIV.

1513—1517.

Raphael, cardinalis püspök és több társainak búcsu- illetőleg bünbocsánati levele azok részére, kik a kolozsvári szentegyház feldíszítésére segéd-kezet nyújtnak.

R A P H A E L ¹⁾

Franciscus Tiburtiu-Epi Franciscus t--sanctor. Johannes et Paul [tit. Pa-
machi ²⁾]

Sixtus tt sancti Petri de [ad ³⁾] Vincula Antonius tt sancti Vitalis

sancti Nicolai in Carcere tulliano et Sigismundus sancte Marie no — [ve ⁴⁾]

Cardinalis Vniuersis et singulis xsti fidelibus pates lras inspectu

ad opera caritatis inducimur tanto salubrius animar. suar. saluti cons

de Kolosuar Alben. Transiluan. dioc in qua ut accepimus quedam

congruis frequentetur honoribus et a Xsti fidelibus iugiter ueneretur ac n

maniteneatur[így]neon libris calicibus luminaribus ornamentis ecclesiasti-

muniatur. Vt que xsti fideles ipsi eo libentius deuocionis causa confluan

ac munitionem hmdi manus promptius porrigant adiutrices quo ex

Nos Cardinales prefati uidelicet quilt nrm per se supplicationibus d

humiliter porrectis inclinati De omnipotentis dei nri btor. P

xstri fidelibus utriusque sexus uere penitentibus et confessis qui dictam

sancti Rochi Resurrectionis dominice et penthecostes nec

festiuitatibus et diebus a primis Vesperis usque ad Secundas V

manus porrexerint adiutrices pro singulis festiuitatibus et Diebus q

in dno relaxamus pntibus perpetuis futuris temporibus duraturis

appensiene muniri Dat. Rome in domibus Nris Anno a Natiui

Mensis Marty pontificat sanctissimi in Xsto pris et dni Nri diui Leo

Jo de Cing ⁵⁾

A Saluins ⁶⁾

¹⁾ Kéken és veresen festett nagy góth betűvel írva.

²⁾ N. tisztt. Czinár Mór úr utánjegyzése.

³⁾ Az eredetiben „de“, n. tisztt. Czinár M. úr javítása szerint : ad.

⁴⁾ N. tisztt. Cz. M. úr utánjegyzése.

⁵⁾ Több szótag olvashatlan, íme hasonmása :



⁶⁾ Ez oklevél hosszával keresztbe fogott nagy ívalaku bártyára van írva ; meg van a kádár czéh leveles ládájában. A nagy tudományu Czinár Mór úr szives meghatározása szerint e búcsuokmány X. Leo alatt költ, a ki megválasztatott 1513. márczius 15.. meghalt dec. 1. 1517. [Calendar. Historico-Christianum Medii et Novi Aevi A. J. Weidenbach, Regensburg 1855. 22. l.]

A búcsuoklevelet kiállító cardinálisok és püspökök közül Raphael [Sansoni Riarius] püspök cardinalis, dekán és pápai kincstárnok volt, megholt 1521. Sixtus

CCV.

1514.

II. Wladislaw király a Kolozsváratt emberi emlékezetet meghaladó idő óta tartatni szokott hétfői heti-vásár mellé még a csütörtököt adja.

Cossio ppra Dni Regis.

Nos Wladislaus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presencium Significantes quibus expedit uniuersis, Quod nos cum ad humillime Supplicacionis instanciam, fidelium nostrorum uniuersorum ciuium ciuitatis nostre *Koloswariensis*, per eos Maiestati nostre propterea factam, Tum vero volentes ipsam ciuitatem nostram, populorum et Incolarum multitudine decorari, opibusque adaugeri, ad eandem ipsam ciuitatem nostram, forum Ebdomadale liberum, non obsante foro ebdomadali, quod in eadem ciuitate, ab antiquo singulis ferÿs quintis celebrare solet, singulis diebus ferÿs Secundis, in qualibet ebdomada, omnino sub hÿsdem libertatibus et prerogatiuis, quibus fora ebdomadalia more aliarum ciuitatum nostrarum sew oppidorum celebrantur, perpetue celebrari duximus annuendum et graciosè concedendum. absque tamen preiudicio fororum liberarum ciuitatum, oppidorum sew villarum, alorum quorumcunque, Immo annuimus et concedimus presencium per vigorem, Quocirca vos uniuersos et singulos mercatores institores et forenses homines atque viatores quoslibet serie presencium affidamus certificamusque et assecuramus, quatinus [igy] ad predictum forum ebdomadale liberum, per nos modo premissis In dicta civitate nostra *Koloswariensi* concessum cum omnibus mercancÿs, Rebusque et bonis uestris, secure et libere, ac sine omni pauore et formidine, rerum et bonorum, ac personarum uestrarum, ueniatís properetis et accedatis, peractisque inibi cunctis negociacionibus uestris, ad propria vel ad alia, que malueritis, loca redeatis, salvis semper bonis uestris atque personis, sub nostra proteccionè et tutela speciali, et hec volumus per fora et alia loca publica, ubi necesse fuerit, palam et manifeste proclamari, presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum Bude feria quarta proxima post festum Ascensionis Domini, [máj. 28.] Anno eiusdem Millesimo Quingentesimo decimo quarto, Regnorum nostrorum Hungarie etc. Anno vigesimo quarto, Bohemie vero Quadragesimo quarto ¹⁾.

card. pápai alcancellár, megholt 1517-n; Antal [Ferrarius Savonensis] cardinalis, Zsigmond diaconus cardinalis [H. S. Mariae novae.]

Az alól balfelől levő két aláírás talán a kiadóé és valamely irnoké.

A pápa beigtatása és Sixtus halála összevetéséből ez oklevél kelte 1513—1517-re tehető.

[Nagytiszteletű Czínár Mór pannonhegyi apát úrnak 1866-n nov. 27. t. t. Wass József akkor kolozscári kir. lyceumi tanár és könyvtárnok úrhoz írt leveléből.]

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely kétrétű regál papirosra van írva s alól a király ver s viaszba nyomott pecsétével megerősítve, jobbról az ív alsó szögletén : „*Michael Kesserw*“ [Fasc. N. N-ro 3.]

CCVI.

1514—1582—1642.

A timárok czéh-szabályzata.

NOS GEORGIUS

RAKOCI DEI gratia Princeps Transsylvaniae partium regni Hungariae Dominus et SICVLORVM Comes. Memoriae commendamus tenore paaesentium significantes, quibus expedit vniuersis. Quod pro parte, et in personis Circumspectorum vniuersorum Magistrorum Cehae Coriarior. in Ciuitate nostra *Colosuar* degentium exhibitae sunt nobis, et praesentatae quaedam Litterae Prudentum et Circumspectorum quondam Antonÿ Ferenczi, protunc Primarii Georgÿ Hertel Regÿ Judicum, Stephani Pulacher, Michaelis Berzete, Caspari Herczegh, Valentini Colosuari Gregorÿ Bonczidai Petri Munich, Gregorÿ Bornemisza, Francisci Keomiues Joannis Man, Andreae eotueos Michaelis Lederer Juratorum Ciuium et Senatorum Ciuitatis eiusdem *Colosuariensis* in pergameno, patenter confectae, et emanatae, sigilloque Ciuitatis eiusdem authentico, impendenti, et cera rubra impressiue communitae et roboratae, Priuilegiales, atque Cehales: quibus mediantibus ydem Con-Judices, ac Jurati Ciues, Senatoresque dictae Ciuitatis nostrae *Colosuar*, tam pro publico commodo promouendo, deuittandisque priuatis detrimentis, atque adeo vt eadem ratione Coriarys quoque bene consulerent sicque tam publicum exinde quam priuatum Coriarior. commodum promouerent, certos articulos, vna cum Jure Cehae ipsis Coriariorum eorumque Successoribus vniuersis dedisse, et concessisse dignoscebantur tenoris infrascripti Supplices nobis humilime vt nos easdem litteras omniaque et singula, in eisdem contenta, ratas, gratas, et accepta habentes, praesentibus literis nostris, uerbotenus inseri, et inscribi facere, ac pro eisdem Magistris Coriarys, eorumque successorum vniuersorum perpetuo valituras gratiose confirmare dignaremur Quarum quidem litterarum tenor talis est: Nos Antonius Ferenczi Primarius Gregorius Hertel Regius Judices, Stephanus Pulacher Michael Berzethe, Caspar Herczegh, Valentinus Colosuari, Gregorius Bonczidai, Petrus Munich Gregorius Bornemisza, Franciscus Keomiues, Joannes Man, Aedreas eotueos Michael Lederer Jurati Ciues et Senatores Ciuitatis *Colosuariensis* Memoriae commendamus tenore praesentium Significantes quibus expedit vniuersis Quod Circumspecti Valentinus Veber, Lucas Kelp Mathias Midueser Magistri Cehae artis Corrigitoriae, nostram personaliter uenientes in praesentiam nobis significare curauerunt, Quomodo temporibus dudum praeteritis Prudentes Circumspecti Judices iuratique Ciues huius Ciuitatis maiores vczet et Praedecessores nostri sanctissimae memoriae, diploma quoddam, seu literas Priuilegiales authenticas super quibusdam articulis pro firmitudine, et conseruatione Cehae ipsorum benigne contulissent, quibus quidem literis, et earum autoritate hactenus tam Ceham ipsorum quam alia necessaria adminicula, in medium

huius Ciuitatis conferri solita feliciter rexissent. Verum cum tempore, et status regni quia mutatus esset, et peregrini labores, maxime vero Turcici, in detrimentum artis ipsorum, unde non parua incommoda ipsos consequerentur, inferri consueuissent, Postularunt a nobis debita cum instantia, quatenus nos eosdem eiusmodi defectibus leuaremus, et de opportuno remedio, eisdem superinde providere, literasque ipsorum Priuilegiales transumi facere defectus quorum Articulorum emendare et supplere proque ipsis et posteris haeredibusque ac successoribus ipsorum perpetuo duraturas benigne confirmare vellemus Quarum quidem literarum tenor sequitur in hunc modum. Nos Michael Regheni, Iudex caeterique ciues Jurati Ciuitatis *Colosuariensis*, Memoriae commendamus volumusque ad vniuersorum notitiam tam praesentium quam futurorum harum serie peruenire Quod Prouidi et honesti viri Joannes Martinus, Valentinus et Dominicus artis Corrigiatorum Magistri Conciues nostri, in persona totius Contubernij artis ipsorum Corrigiatorum in vna uocis consonancia, vniusque voluntatis producerunt et exhibuerunt nobis quandam schedam seu chartam papyream certis articulis conscriptam super quadam dispositione vnione et defectu, [?] inter ipsos Magistros, ac Ceham ipsorum mutuo factis, Petentes nos debita cum instantia, vt ipsam dispositionem ratam, gratam, et acceptam haberemus literisque nostris, de verbo ad verbum priuilegialiter inscribi facientes ac eosdem articulos, et omnia in eis contenta, pro ipsis Magistris Conciuibusque nostris super premissis ipsorum perpetuo valituras conferre, atque confirmare dignaremur. Nos igitur praedictis artis Corrigiatorum Magistris, super praemissis ipsorum dispositione, vnione, et defectibus de remedio cupientes providere oportuno, ut ipsi, eorumdemque successores in victualibus suis maius percipiant incrementum, et exinde vberiores seruitior. et honorum fructus regiae proueniant Maiestati. His igitur permoti rationibus tales pro ipsis Magistris fecimus seu ordinauimus Constitutiones infra-scriptas perpetuo duraturas. Item si quis ad Ceham, et in medium ipsorum Magistrorum Corrigiatorum intrare voluerit, extunc talis praesentatis literis suae genealogiae aut probae nationis, et etiam completionem annorum disciplinae suae prius pro Ceha dare debet florenos auri quinque Pro cisione [?] magisterij, si ignorauerit, florenos quatuor, et pro prandio, ne aggrauetur magnis sumptibus florenos tres, et libras cerae octo. Item quicumque Magistrorum aliquem iuuenem causa eruditionis suscipere velit, extunc Magister Cehae, cum vno alio Magistro illius susceptionis praesens sit. At Iuuenis depositis ad Ceham quatuor florenis et quatuor libris Cerae, suo Magistro annos quatuor integros seruire teneatur habito insuper fideiussore. Item cuiuscunque Magistri Corrigiatorum filius, eiusdem artis filiam matrimonialiter duxerit, talis ab omni solutione Cehae sit exemptus. Item cuiuscunque Magistri Corrigiatorum filius aut filia statum acceptauerit coniugalem idem a solutione Cehae sit quittus, loco tamen Prandij ad Ceham teneatur florenos tres. Item si viduae infra anni spacium aliquem socium, uel virum duxerint, a reliqua solutione sint exemptae, attamen pro aequiualente prandij dent ad Ceham florenos tres et si post elapsum annum

immaritata permanserit labores non audeat Corrigatorum exercere Iuuenis etiam apud talem viduam repertus, per Magistrum Cehae, ad alium Magistrum locari debet, ad tempus completionis disciplinae suae, Item si quis mercatorum chamos aut ferrea Instrumenta aut alias attinentias ad labores Magistrorum Corrigatorum pertinentes ad hanc Ciuitatem causa uendendi importauerit, extunc nullus Magistrorum res illas tantum pro se emere sed pro tota Ceha, et diuisione singulorum Magistrorum quantum quis accipere voluerit, debeat. Item si quis Magistrorum inuentus fuerit, pro se tantum res et attinentias emisse talis ad poenam in Ceham quatuor libras cerae dare teneatur. Magister vero Cehae huiusmodi res emptas iuxta necessitatem singulis Magistris diuidere debet eo facto, Item dum singuli Magistri de rebus et attinentiis quibuscunque ad ipsorum artificium pertinentibus, pro eorum laboribus sufficientia habuerint extunc quilibet Magistrorum quantum voluerit liberam emendi habeat facultatem. Item si quis hominum extra Ceham existentium aliquas res seu attinentias ad laborem Magistrorum Corrigatorum pertinentium causa lucri emerit id quoque ad notitiam magistrorum deuentum fuerit, extunc Magistri huiusmodi labores et res a tali emptore accipere et sibi pecuniam restituere debeant eo facto. Item nullus hominum extra Ceham ipsorum existentium audeat labores magistrorum Corrigatorum laborare; Et si quis extraneorum labores ad Ciuitatem importaret, extunc ipsi Magistri huiusmodi labores, a talibus accipiendi habeant facultatem, et consulatui pro tempore constituto praesentare exceptis tamen laboribus Turcarum, ex corio bagaria confectis quos videlicet Magistri nostri Corrigores conficere uel non possent, uel non solerent, item frenis aeneis, bullis, monilibus, et fibulis artificiose et polite confectis et elaboratis, et paruis cingulis aeneis uel plumbeis campanulis affixis praeter hos uero nullos alios labores quispian inferre uel uenui exponere audeat, sub poena praedecarata Item si quis Magistrorum in aliquo falso labore repertus fuerit, extunc huiusmodi labores Magister Cehae cum alijs Magistris accipere debet. Item quilibet Magistrorum vnum socium vnum Iuuenem appreciatum et vnum iuuenem artem illam discentem tenendi habeat facultatem, et cum omnes Magistri de sociorum et iuuenum seruitute artis eorum satis habuerint, extunc quilibet Magistrorum quotquot seruos tenere voluerit, liber sit. Item si quis Magistrorum seruum, aut iuuenem alicuius Magistri abalienauerit, in illaque seductione compertus fuerit, ille pro poena, ad Ceham florenum unum dare teneatur. Item quicumque Magistrorum uerbis uel factis alteri uerecundiam vbiunque locorum fecerit, comprobabileque fuerit extunc paenam per Magistros secundum exigentiam delicti sibi impositam talis sustinere debet. Item nemo Magistrorum artis Sellatoriae, ad artificium artis corrigiatorum se ingerat, sed cum ipsi eorum sellas uendiderint extunc ipsi Magistri artis Corrigatorum omnia attinentia sellarum dare, et laborare debeant. Item si quando aliquis Magistrorum Corrigatorum propter excessum aliquem condemnatus aliquid Cehae obligaretur, talis quoque Cehae soluere uel satisfacere recusaret, extunc Magister Cehae

accepta a Iudice licentia, pro huiusmodi debitis a tali pignus recipere possit atque valeat. Nos itaque petitionibus praenominatorum Magistrorum uelut Juri consonis inclinati tam pro vtilitate Ciuitatis nostrae, quam etiam ipsorum Magistrorum commodo ob respectum Tenorem praenominatorum Articulorum praesentibus literis nostris priuilegialibus de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali insertos, quoad omnes eorum continentias acceptamus, approbamus, et ratificamus. Ac insuper eosdem et omnia in eis contenta, pro dictis Magistris perpetuo valituros confirmamus, praesentis scripti nostri [?] In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes nostras Priuilegiales litteras sigillo nostro maiori authentico, et subappenso munimine roboratas eisdem duximus concedendas. Datum ex nostro Consistorio feria sexta proxima, ante festum sanctarum vndecim millium virginum, [oct. 16.] Anno Millesimo Quingentesimo decimo quinto. Nos igitur praescripti Iudices et Senatores, praememorum Magistrorum Corrigiariorum supplici petitione inclinati Tum etiam vtilitati et in publicis oneribus tollerandis eisdem consulere ac prouidere volentes praescriptas literas ac omnia et singula in eisdem contenta, ratas gratas et accepta habentes et in eo, quo necesse fuit, emendantes ac defectus certorum articulorum accurata meditatione ac solerti perpensione supplentes, et restituentes praesentibus demum literis nostris Priuilegialibus fideliter inseri facientes antefatis Magistris Corrigiarÿs, successoribusque eorum perpetuo valituras benigne confirmamus. Harum nostrarum maiori authenticique et impendentis sigilli munimine roboratarum vigore, et testimonio literarum Datum ex domo nostra Senatoriali et Consistoriali feria secunda proxima post festum Epiphaniar. [jan. 7.] Domini Anno eiusdem Millesimo Quingentesimo Octogesimo Secundo, et a parte dextra subscriptum erat, Lucas Trausznnerus Notarius in praemissis. Nos itaque praemissa supplicatione pro parte et in personis dictorum Magistrorum Cehae Coriariorum in praefata Ciuitate nostra *Colosuariensi* degentium et commorantium nobis modo praemisso facta, fauenter exaudita et admissa praescriptas litteras non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio, et suspicione carentes praesentibus literis nostris, de verbo ad verbum sine diminutione et augmento variationeque aliquali insertas et inscriptas quoad omnes earum continentias clausulas, articulos, et puncta, eatenus quatenus eadem rite et legitime sunt emanatae, viribusque earum ueritas suffragatur, ratas, gratas, et accepta habentes approbauimus, ratificauimus, ac pro eisdem magistris Coriariis eorumque Successoribus vniuersis perpetuo valituras gratiose confirmauimus, ita tamen vt eiusmodi labores suos ex bene praeparato corio, et secundum artem ipsorum bene et recte conficiant, hocque pacto confectos labores non triplo, et duplo sed iusto competentique precio vendere teneantur, Annuentes et concedentes vt ipsi Coriariÿ Successoresque eorum vniuersi instar aliorum artificum Mechanicorum Cehistarum vbiuis, et in quibuscunque Ciuitatibus oppidis villis et possessionibus, intra ambitum regni nostri Transilvaniae existentibus ad uenundandum praeparatos et confectos, uenum exponere eosdem-

que in quibusuis Nundinis sine omni renitentia et perturbatione diuendere possint, et valeant saluis Priuilegiis reliquorum artificum Cehistar. permanentibus prout acceptamus, approbamus, ratificamus et confirmamus, annuimusque et concedimus harum nostrarum pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratarum, vigore et testimonio literarum mediante, Datum in Ciuitate nostra Alba Julia die Vndecima Mensis Julij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Secundo.

Georgius Rakoczi mpr.

Joannes Szalárdy Vice Secretar mpr. ¹⁾.

CCVII.

1514.

II. Wladislaw király az eddigiek mellé a szombati hetivásár-tartási jogot adja.

C^o propria Dⁿⁱ Regis.

Nos Wladislaus Dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit Vniuersis, Quod Nos cum ad, humillime, supplicacionis instanciam fidelium nostrorum universorum Ciuium Ciuitatis nostre *Coloswariensis* per eos maiestati nostre propterea factam, Tum uero volentes ipsam Ciuitatem nostram populorum et incolarum multitudine decorari, opibusque adaugeri; ad eandem Ciuitatem nostram forum Ebdomadale liberum, non obstantibus foris Ebdomadalibus. que in eadem Ciuitate ab antiquo singulis ferijs secundis et quintis celebrari solet, Singulis item Diebus Sabbatis in qualibet Ebdomada omnino sub ysdem libertatibus et prorogativis [így] quibus fora Ebdomadalia more aliarum Ciuitatum nostrarum seu Oppidorum celebrantur perpetue celebrari duximus annuendum et graciose concedendum absque tamen preiudicio fororum liberarum Ciuitatum Oppidorum et Villarum, aliarum quarumcunque, Immo annuimus et concedimus presencium per vigorem, Quo circa vos universos et Singulos Mercatores et institores ac forenses homines atque viatores quoslibet serie presencium affidamus, certificamus, et assecuramus, quatenus ad predictum forum Ebdomadale liberum per Nos modo premissis in dicta Ciuitate nostra *Coloswariensi*. singulis ut prefertur diebus Sabbatis concessum cum omnibus mercancijs rebusque et bonis uestris secure et libere ac sine omni pavore et formidine rerum et bonorum ac personarum uestrarum ueniat, properetis et accedatis, peractisque inibi cunctis negociacionibus uestris ad propria uel ad alia que malueritis loca redeatis, Salvis semper bonis uestris et personis sub nostra protectione et

¹⁾ A szijgyártó czéh leveles ládájában levő hártýára irt s függő pecséttel megerősített eredetiből.

tutela Speciali, Et hec volumus per fora et alia loca publica ubi necesse fuerit. palam et manifeste proclamari, Presentibus perlectis Exhibenti restitutis, Datum Bude in festo Sancti Andree apostoli. [novemb. 30.] Anno Domini Millesimo Quingentesimo Decimo quarto ¹⁾.

CCVIII.

1514—1557.

A kolozsávi i bíró és tanács Izabella királyné parancslevele következtében kikeresi s kiadja a város levéltárából II. Wladislaw király azon kedvezmény-levelét, melyben a henteseknek és külső mészárosoknak megengedte, hogy szombat napokon Kolozsvárra húst vigyenek be és ott árulhassanak.

Nos Stephanus Barath Judex Antonius Wyczeý Regius Judex, Stephanus Szram, Ladislaus Kalmar, Hyeronimus Eppel, Georgius Thwry, Laurentius fylsthyk, Petrus Azthalos, Antonius Herczegh, Michael Porkolab, Petrus Eppel, Joannes Kereszthzegy et Georgius Bestherczey Ciues Jurati ciuitatis *Coloswariensis* Memorie commendamus per presentes Quod nos litteras Serenissime domine domine Ysabelle dei gracia Regine Hungarie, dalmacie, Croacie etc. domine nostre clementissime Requisitorias nobis preceptorie sonantes et directas Summa cum reuerencia recepimus in hec Verba Ysabella dei gracia Regina Hungarie dalmacie Croacie etc. fidelibus nostris prudentibus et Circumspectis Iudici ac Juratis ciuibz ciuitatis nostre *Coloswar* Salutem et gratiam Ex Supplicatione fidelium nostrorum Circumspectorum Martini Balog, Benedicti Henthler, Nicolai Bottha, Mathie Mezaros, Andree Korodý, Gregorý Zekel, Simonis Thoth, Martini Henthler, Georgy Baka, Antoný Weres, Nicolai Sonkolyos Mathie Zegedý dominici fekethe Jacobi Wayda, Joannis Baka ac aliorum lanionum Henthler appellatorum, In prefata Ciuitate nostra *Coloswar* commorancium Maiestati nostre facta accepimus Quomodo ipsi certas litteras priuilegiales, aliasque Serenissimorum quondam principum Regum Hungarie, et presertim Wladislai Regis Super certis quibusdam libertatibus ipsorum confectas in consistorio vestro haberent Quibus ipsi pro defensione iurium suorum ad presens summe indigerent essentque necessary: Qui cum equalia onera Vobiscum in omnibus ferant, Nolumus eosque in antiquis ipsorum libertatibus et consuetudinibus opprimi, Quin imo vt ipsi quoque instar aliorum fidelium nostrorum inter vos viuere possint, pro eo fidelitatibus Vestris harum seri Mandamus firmiter Quatinus acceptis presentibus et premissis sic se habentibus prescriptas litteras Serenissimorum principum Regum Hungarie Signanter vero Wladislai Regis ipsis supplicantibus, vt iura et libertates ipsorum ex hys cognoscere possint, aut in specie aut exemplum earundem sub sigillo Ciuitatis Vestre dare et concedere modumque et ordi-

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely két rétü regál papirosra van írva, s közből a király hiteles nagyobb peccsétével megerősítve. [Fasc. N. Nro 2.]

nem Bonum tandem illis prescribere debeatis. Vt et ipsi inter alios fideles nostros honeste viuere artemque ipsorum libere exercere possint et valeant, Secus nullomodo facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutus datum in oppido nostro Thorda in festo Visitacionis Virginis gloriose, Anno domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Septimo, Nos igitur mandato serenissime Reginalis Maiestatis in omnibus vt tenemur obtemperare cupientes vniuersas litteras et queque litteralia instrumenta in domo Consistorij nostri more solito per nos reposita diligenter reuoluentes Nichilominus inter easdem Reiuuenimus litteras serenissimi olim Wladislai Regis patenter in papiro simplici confectas ac sigillo eiusdem Regio obsignatas, hunc tenorem in se continentes. Wladislaus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris prudentibus et Circumspectis Iudici et Juratis ceterisque vniuersis ciuibus et incolis Ciuittatis nostre *Colosuariensis* Salutem et gratiam Quum, omnis confraternitas et collegium quodcunque presertim artificum et Mechanicorum a communitate eius loci ubi resident dependere et ad communem adque publicam eiusmodi loci vtilitatem et profectum dirigi et disponi debeat. Sane nos licet hys superioribus temporibus ad instantissimas preces et supplicationes Magistrorum carnificum istie in medio uestri residencium frequentes in eo litteras nostras dederimus vt diebus publici fori quod singulis septimanis istie in medio Vestri celebrari consuevit, forenses et extranei carnifices cum induccione carniū questum et vsum prefatorum Magistrorum Carnificum in confraternitate existencium impedire non possent, Mandauerimusque vobis sepius vt ipsos eosdem Magistros carnifices istie residentes in talibus iuribus quibus se se semper vsos fuisse et esse asserebant *protegere et conseruare deberetis*, Tamen quia intellegimus [így] nunc et certo edocti sumus huiusmodi inhibicionem carnificum extraneorum et forensium ac carniū diebus ad hoc statutis non induccionem toti communitati uestre et omnibus incolis, Immo eciam alys omnibus ad ipsam Ciuitatem nostram pro tempore confluentibus Valde nociuam esse Magnam item penuriam, earum rerum ex hoc quotidie. generari adeo vt plerumque summa esset istie caristia carniū et presertim eo tempore quo aut congregacio Nobilium illius Regni nostri istie fieret aut alique gentes illo condescenderent non medioeris in huiusmodi victualibus defectus istie esset, Nos igitur hys et alijs rationibus consideratis, maxime vero quia fidelis quoque noster Spectabilis et Magnificus Joannes de Zapolya perpetuus comes Scepusiensis et Wayuoda noster illarum parcium et Capitaneus noster generalis istie in Transsylvania pro debito sui officij existens pro maiori parte temporum istie in medio uestri cum suis gentibus residere solet. Et insuper Regnicole quoque eorundem parcium sepenumero istie conuentum et congregacionem inter se facere habeant, Nolentes per Inhibicionem prefatorum carnificum extraneorum et induccionis carniū defectum et penuriam in eis Rebus fieri, Deceuiumus et volumus omnino, Vt ydem carnifices forenses et extranei Sabbatis quoque diebus Singulis Septimanis Eque Vt alys diebus fori publici eiusdem Ciuittatis nostre huiusmodi carnes venales istuc importare et libere uendere et uendicioni exponere secure et sine Villo

quorumpiam impedimento pro utilitate et commodo publico omnium uestrum et eciam aliorum illuc confluencium semper possint et valeant non obstante in hac parte contradiccione ipsius confraternitatis dictorum Magistrorum Carnificum. Quocirca fidelitati uestre harum serie firmiter mandamus, Vt a modo deinceps prefatos forenses et extraneos Carnifices et Macellarios preuys ex causis Singulis Sabbatis diebus in qualibet vt prefertur ebdomada ad ipsam Ciuitatem nostram *Coloswariensem* uenire et eosdem huiusmodi carnes et alias res eorum et ipso quoque die Sabbati Sienti alys diebus predictis consuetis fori publici libere uendere permittere et permitti facere modis omnibus debeatis et teneamini, Et aliud nullo modo presumatis, presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum Bude in festo Beati Andree Apostoli. [nov. 30.] Anno domini Millesimo Quingentesimo decimo quarto, Quia prescriptas litteras dicti domini Wladislai Regis dictos Lanios Henthler concernere agnouimus Ideo continenciam earundem de uerbo ad uerbum sine diminucione atque variacione aliquali presentibus litteris nostris inscribi fecimus et nichilominus transumptum earundem dictis laniatoribus iurium suorum ad cautelam duximus dandum et concedendum Comuni iusticia et mandato Reginalis Maiestatis Id suadente. Datum in Ciuitate Regali *Coloswariensi* feria Sexta proxima post festum Beate Marie Magdalene [jul. 27.] Anno domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Septimo ¹⁾).

CCIX.

1515.

II. Wladislaw király Kolozsvár bíráját és polgárait mentté teszi a felelősségtől azon káro-kért, melyeket a városba szép szin alatt bekéredzett, s ott rablásra vetemedett paraszt lázadó-kapitány és társai a nemesség javaiban tettek.

Wladislaus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Fideli nostro Spectabili et Magnifico Johanni de Zapolya perpetuo Comiti Scepusiensi, ac Waywode parcium Regni nostri Transsiluanarum, et Comiti Siculorum nostrorum, nec non Capitaneo nostro, Affini nobis sincere dilecto, Eiusdemque vicewaywodis, ac officialibus et locumtenentibus, cunctis eciam alys officialibus, et Subditis nostris, presentibus, et futuris, presentes Visuris, Salutem et Graciam, Expositum extitit Maiestati nostre in personis fidelium nostrorum, prudentum et circumspectorum Andree Kalmar, Judi-

¹⁾ A mézsaéros czéh levéltárában levő eredetiből, mely nyílt alakban kettős regál papirosra van írva s a város nagyobb pecsétével megerősítve; a viaszot papiros takarja. Ez a pecsét a második időszakbeli, melyet én láttam; a czímerben az oszlopok alsó részei keskenyek, felfelé kiszélesedők, mind három bástyatorony közepén kettéké ablakhely s az első időbelinél sokkal szabályosabb metszés; amaz egészen durva mű, a bástyák felső részei keskenyek s aláfelé kiszélesednek. [Látható a RAJZOK illető tábláján].

eis Anni proxime preteriti, ceterorumque vniuersorum Ciuium, et Incolarum Ciuitatis nostre *Kolosvariensis*, Quod quum Estate proxime preterita, Rustici et plebee condicionis Homines, ubique ferme per totum hoc Regnum nostrum, sub nomine Cruciate, contra nos et hoc ipsum Regnum, et ad delendam universam Nobilitatem insurrexissent, plurima et horrenda mala hincinde exercentes, et perpetrantes, nonnulli tandem Capitanei ipsorum Rusticorum, qui uersus Transsylvaniam insurrexerant, cum ingenti Copia suorum complicum, prope Ciuitatem nostram *Kolosvariensem*, Castrametati fuerant, Quos cum ipse Andreas Kalmar tamquam Iudex ob fidelitatem Maiestati nostre et sacre Corone nostre debitam, ad eandem Ciuitatem nostram intrare vetaret, prefati Capitanei postularunt cum paucis duntaxat suorum intromitti, Quamobrem idem Iudex habito superinde cum toto consulatu eiusdem Ciuitatis nostre maturo consilio, quo magis a rabie et sinistris conatibus ipsorum popularium Ciuitatem ipsam preseruare et tutari possent, Visum eis fuerat Capitaneum eorundem Cruciferorum cum exigua comitiua ad ipsam Ciuitatem intromittere, Qui cum ingressi fuissent, temeritate sumpta excitataque Sedicione, tandem certa Bona Nobilium, que ydem metu periculi intulerant, ab hys apud quorum manus reposita erant et locata, vi extorsissent et depredati fuissent, et inter sese sortiti, Quibus ydem Iudex et Cives, timentes ne Ciuitas ipsa tota in predam a communi populo conuerteretur, Aljs eciam Bonis et salutaribus respectibus resistere protunc quidem noluerunt, uerum paucis post diebus refrigerato et sedato aliquantisper furore ipso populari, quesitaque aliqua occasione et opportunitate Eosdem Cruciferos, puta principaliorem Capitaneum eorum cum viginti duobus servitoribus ipsius captiuari fecit, Quos tandem ad manus Vestras tradidit, publico supplicio exterminandos, qui mox merita eciam morte preempti esse dicuntur, Licet igitur idem Iudex et Cives nostri ea que fidei et fidelitatis eorum nobis et sacre Corone nostre debite [igy] sunt, et in hoc et aljs omnibus accionibus eorum egerint, et inter alia integritatis eorum indicia proclamari eciam fecerint, quod nullus omnino de medio eorum in auxilium ipsius Rusticane plebis accurrere auderet, Nunc tamen Nobiles ipsi quorum ut prefertur bona premissio modo casu in Ciuitate nostra per ipsos malefactores sunt dispersa et ablata, qui quidem Nobiles sex numero aut septem sunt, pretextu huiusmodi direpcionis et ablacionis Bonorum, Eosdem Andream Kalmar protunc ut prefertur Iudicem, et Ceteros ciues eiusdem Ciuitatis nostre, molestare et inquietare cepissent, uellentque, propterea eosdem ac personas et res eorum arestare, Cum tamen prout ex premissis elucet, non culpa, neque vicio aut negligencia ipsorum, Iudicis et Ciuium nostrorum, depredacio prescripto facta extitit, non enim ad depredacionem faciendam, sed ad preseruandam Ciuitatem a tumultu et periculo, Capitaneus prefatus cum paucissimis suis intromissus fuerat, qui taman post modum modo premissio penam sui sceleris subierunt, His igitur omnibus consideratis, et maxime quia ydem Cives nostri, fideles semper se se nobis et predecessoribus nostris, diuiscendam Regibus, Hungarie diue memorie, sacreque Corone nostre exhibue-


runt, multaque et varia onera penes fidelitatem eorum sustinuerunt, prout eo ipso quoque tempore tumultuacionis Rusticorum magna et incredibilia, vt intelligimus dampna, maxime in abaccione omnium pecorum et armentorum suorum, in valore aliquot forte milium florenorum perceperunt, Accedente insuper ad hec, Supplicacione eciam humillima nonnullorum fidelium nostrorum, per eos Maiestati nostre superinde facta, Eosdem Andream Kalmar, protunc Judicem et ceteros ciues, ac Communitatem dicte Ciuitatis nostre *Kolosvariensis*, de et super huiusmodi rebus et Bonis, per prefatos Cruciferos siue Malefactores modo premissis depredatis, et ablatis, rebus premissis modo stantibus et se habentibus, et in quantum ut premititur depredacio ipsa de voluntate et commissione ipsorum Ciuium, non est perpetrata, Bonaque ipsa ablata, in manibus eorundem Ciuium, aut vsquam alias ¹⁾ in ipsa Ciuitate nostra non sunt, ordinationique Regnicolarum nostrorum super rectificandis eiusmodi hincinde illatis dampnis edite, derogare id non videbitur, quietos et expeditos, atque ab omnium et quorumlibet impeticione et perturbacione, securos et liberos, Regia nostra auctoritate, reddendos et pronunciandos duximus, Immo reddimus et pronunciamus presencium per Vigorem, Quocirca, fidelitatem Vestram requirimus et hortamur, eidemque eciam omnino committimus et mandamus, vt a modo deinceps prefatos Andream Kalmar, Judicem Anni preteriti ceterosque ciues et Incolas prefate Ciuitatis nostre *Kolosvariensis* ratione premissorum, in personis aut rebus et Bonis eorum, ad instanciam quorumpiam, nemini [így] prorsus impedire molestare aut inquietare permittere, neque permitti facere, sed eosdem contra quoscunque, previa racione ipsos turbare volentes, tueri protegere ac defendere, ac indempnes conservare debeatis et teneamini, Auctoritate nostra presentibus Vobis in hac parte attributa mediante, Secus non factururus, presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum posony feria secunda proxima ante festum Ascensionis domini, [május 16.] Anno eiusdem Millesimo Quingentesimo Decimo quinto
Relacio uenerabilis Francisci
Prepositi Transsilvanens. Secretar.
R. Mattis ²⁾.

CCX.

1515.

A szekér-csinálók czéh szabályai.

Nos Michael Regeny Iudex ceterique ciues Jurati ciuitatis *Kolosvariensis* Memorie commendamus Tenore presencium significantes Quibus

¹⁾ Én így olvastam, íme hasonmása : 

²⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely ívalaku regál papirosra van írva s közből a szokott helyen megpecsételve, [Fasc. P. N-ro 42.]; közölte Nagy-Ajtai Kovács István, Magyar Tud. Társ. Évkönyvei VIII. köt. Budán 1860. 20.-22 ll.

expedit vniuersis Quod uenientes coram nobis prouidi ac honesti Cristianus Jacobus Nicolaus et vrbanus curripari magistri atque electi in eorum ac aliorum curriparorum magistrorum hic in nostra ciuitate conmorancium personis, pari voluntate vnusque uiue uocis consonancia exhibuerunt nobis quandam cartam papyream Certis articulis Conscriptam Super quadam dispositione unionisque Inter ipsos magistros facte, [que clarius infra patebunt] petentes nos debitacum instancia vt ipsam dispositionem gratam ratam et acceptam habentes litteris quoque nostris priuilegialibus de uerbo ad uerbum sine diminucione et augmento aliquali inscribi facientes ac eosdem articulos et omnia in illis contenta dictis magistris Curriparis eorundemque successoribus perpetuo valituras conferre dignaremur: Quorum articulorum primus Si quis magister Chehe aliquem magistrum vocari faceret aut per se vocaret, et nisi talis absque rationabili excusacione uenire nollet, teneatur ad cheham soluere libras cere sex, Item, Si qui Tempore congregationis magistrorum alter alterum magistrum mentiri diceret, extunc talis tot libras cere ad cheham quod [így] magistri sunt soluere teneatur, Item, Si quis magistrorum alterius magistri laborem aduenis hominibus vituperaret, extunc talis Ceram pro vno floreno ad cheham dare sit astrictus Item Quicumque magistrorum emerit uel uenderit contra consuetudinem chehe Id quoque per duos homines probabile fuerit: extunc talis secundum excessum suum puniri debet. Item Nemo magistrorum audeat famulo alicui nisi pro vigintiquinque rotis soluere vnum florenum Si aliquis Secus fecerit talis pro pena vnum florerum soluere teneatur, Item Si aliquis magistrorum ligna emeret et alter magister partem ligni habere vellet tunc talis teneatur partem de illo ligno dare magistro. Item Si aliquis magistrorum alterius magistri famulum absque scitu domini sui quomodocumque alienaret, illud quoque probabile foret: extunc talis magister In pena totius regni puniatur que pena facit florenos quatuor Item Si aliquis famulorum licenciam abeundi a domino suo habere vult extunc talis teneatur Domino suo ante Quatuordecem diebus discessum suum notificare et si aliquis secus fecerit talis in Zec [így] labores exercere non audeat nisi Bona libertate domini sui qui scilicet talem liberum pronunciauerit, Item Nullus famulorum laborandi facultatem habeat nisi annos sui discipline Integre compleuerit et insuper litteras a suo magistro habuerit, Si uero aliquis magistrorum talem teneret, extunc talis magister teneatur pro pena soluere florenos quatuor. Item Quicumque artem Curruparum adiscere cupit extunc Iuuenis talis ad Cheham teneatur deponere florenos quatuor uel pignus tantum valoris seu fideiussores. Item Si quanto aliquis magister Ex hac vita decederet, extunc vxor relicta talis magistri vltra medium annum famulum tenere non valeat neque possit. Si autem filys suis mediam cheham tenere velit, extunc ipsa teneatur ad cheham quolibet festo corporis cristi vnam libram cere. Item Si filius alicuius magistri post obitum sui patris vnam mediam Rotam preperare sciuerit talis exemptus et quittus ab annis sue discipline sit. Item Nemo Magistrorum audeat sub pena vnus floreni suos labores alicuiquam arroganter impendere aut eciam aliorum

magistrorum labores alienare. Item Si aliquis magisterium velit suscipere aut magistrum efficere, [így] in hoc regno eciam vbicunque, et talis annos sui discipline In villa aut oppido uel extra cheham compleuisset, extunc talis debet pecuniam suam deponere chehe ad quam locus ille pertinet supplere disciplinam suam Tandem se de nouo conformari magistris illis vbi moram trahere pretendit. Item magister habens Juuenem ad istam artem sit liber ad vnum duntaxat annum famulum conuentum tenere et non vltra sub graui pena. Item Si quis famulorum effici magister cupit extunc talis antequam vxorem duxerit uel sibi aliquam desponsauerit, teneatur de nouo facere vnum Currum uehementem Illo adiecto quod eciam talis Chehe omnimodam Satisfactionem prius impendat. Nos itaque petitionem prenominatorum magistrorum Juri consonam agnoscentes Tum pro vtilitate nostre ciuitatis quum ipsorum magistrorum commodo tenorem prescriptorum articulorum presentibus nostris litteris priuilegialibus de uerbo ad uerbum sine diminucione et augmento aliquali quoad omnes earundem Clausulas et illarum continencias inseri fecimus Illos quoque acceptauimus approbauimus et ratificauimus. Immo acceptamus approbamus et perpetuo valituros confirmamus presentis scripti nostri [?] In cuius Rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes nostras litteras priuilegiales pendentis et autentici sigilli ciuitatis nostre munimine roboratas dandas duximus et concedendas : datum feria quinta proxima ante festum Sancti Thome apostoli [decz. 17.] Anno eiusdem Millesimo Quingentesimo decimo quinto. —

Johannes Isaak Notar sst ¹⁾.

CCXI.

1516.

Az arany művesek czéhszabályai.

Nos Georgius Markus Judex ceterique Cives Jurati civitatis *Kolosvar* Memorie commendamus tenore presencium Significantes quibus incumbit Universis Quod nostri venientes in presenciam Circumspecti viri laudabilis artis auri fabrilis Magistri Laurentius Blasius Jurati Cives et Johannes Zemer ac Stephanus Gemes pretacte Civitatis Nostre in persona totius chehe ipsorum magistrorum aurificum tam hic quam in aliis civitatibus regalibus tocius Regni Hungarie et signanter vero harum Transylvanarum parcium pro laudabili Republica a dudum usque huc observatam, et temporibus futuris Indempniter observandam preservarunt nobis quantam scedam papiream super certis Decretis, Satutis ac ordinacionibus eorundem : quibus ipsi sese ob communem Reipublice nostre utilitatem ac honorem, pari for-

¹⁾ A szekércsináló czéh ládájában levő hártýára irt s veres és zöld selyem zsinoron függő pecséttel erősített eredetiből.

miter conformare deliberauerunt, petentes nos debita cum Instancia ut nos easdem ordinationes et Statuta, de verbo ad verbum in formam nostri privilegii redigi faceremus, ut ipsi magistri instar aliarum civitatum regalium, ex auro et argento fini labores quoscumque exercere valeant atque possint. Quorum articulorum est Primus Quod nullus infamatus sive fidefragus in ipsam cheham artis pretacte aurefabrilis recipi possit nisi Idoneus et honestus, ab utrisque parentibus legitime procreatus — annos sue discipline juxta ipsius chehe antiquam Consuetudinem ac apud magistros suos universos fideliter in servitute seviens sit repertus, *Item* Duo magistri de ipsorum medio fideliter et consciencie argenteria ex auro et argento confecta sive conficienda conspiciant ne aliquod prejudicium aut dampnum ex laboribus argenteriorum, in decus civitatis nostre aut magistrorum quoquomodo generetur, *Item* nullus magistrorum falsos florenos deaurare sive aliquomodo reformare audeat, nec particulas siue scissuras de florenis abscisas emere audeat vel eciam talia attemptari facere aut exercere. *Item* nullus auri fabrorum extra Cheham ultra quindecim dierum spacium artem auri fabrillem laborare audeat. donec se chehe ipsorum ac legi consvetudinique conformaverit, *Item* Nemo magistrorum aurum vel argentum furto ablatum per modum spoli receptum quoquomodo scienter emere audeat, sed talia argenteria attenta consideracione conspiciant ut temporum in decursu et loco se offerente ipsa argenteria, per malefactorem ipsis vendita, per avisamenta Judici Civitatis publicari faciant. *Item* nullus a modo deinceps audeat aurum vel argentum filatum sive textum aut alterius cuiuscunque speciei conflare, nisi qui per ipsos magistros aurificos ad hoc electus et deputatus fuerit, Ita tamen quod talis conflator prius Juramentum fidelitatis Consulatu prestare teneatur : attenteque Idem aspiciat si qu forsani sibi furtim ablatum aliquid conflare portaretur ut Judici Civitatis publicet, Si vero aliquis preter Juratum illum aliquod aurum vel argentum pro precio alicui conflaret, Idque probabile foret, extunc medietas illius conflati in usum Altaris Sancti Elegy Confessoris : reliqua vero medietas Consulatu pro tempore constituto cedat. *Item* Si quis aurifabrilis Magisterium consequi pretendit, extunc talis anteaquam uxorem duxerit ex propriis suis sumptibus in Signum Magisterii sui debet prius facere Calicem unum : arma in annulo sculpta et lapidem in annulo ligare. *Item* Magistri Chehe debeant et teneantur probare singulos labores, ex auro et argento hic in Civitate nostra factos et cum sufficientis laboris cognoscerent extunc huiusmodi labores signeto eorum privato consignare debent. *Volumus* preterea et firmiter Stabilimus observandos omnes articulos prescriptos necnon universos et Singulos in annotatorum Magistrorum libris conscriptos et habitos, quod omnes eorum Continentias more ad instar aliarum Civitatum regalium fideliter et inconcesse observari. Nos igitur predictos articulos ipsius Chehe aurifabrilis quod singulas constitutiones eorundem vigore presencium admisimus, approbamus et ratificamus a modo deinceps etiam in nostra Civitate observandas esse admittimus et volumus perpetuis temporibus communi Justicia honore et utilitate svadente ; Nulli ergo Magistrorum ac famulorum liceat hanc paginam nostre

admissionis infringere vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, extunc sepefati Magistri chehe tales Contrafacientes juxta vim, formam et continentiam Decreti ipsorum pena debita et consveta punire omnimodam habeant potestatem antoritate nostra ipsis hac in parte attributa mediante : In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes nostras literas privilegiales, Sigilli nostri majoris autentici et subappensi sepefatis Magistris artis aurifabrilis duximus concedendas. Datum ex Consistorio Nostro Feria Secunda proxima post Dominicam oculi. [febr. 25.] Anno ejusdem Millesimo Quingentesimo Sedecimo.

Johannes Isaak notar. m. pr ¹⁾

CCXII.

1516.

II. Lajos király parancslevele Zápolya János erdélyi vajdához az iránt, hogy a kolozsvári polgárokat a Kolozs- és Dobokavármegyében levő nemesség üldözése ellen védelmezze.

Ludouicus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Fideli nostro Spectabili et Magnifico Joanni de Zapolya comiti perpetuo Scepusiensi Waywode nostro Transsiluanensi et Siculorum nostrorum comiti etc. Eiusque vice vajnodis, Salutem et Graciam. Exposuerunt Maiestati nostre fideles nostri prudentes et circumspecti Judex et Jurati ceterique cives civitatis nostre *Koloswariensis*, Qualiter licet ipsi tempore preterite Sedicionis Rusticorum. in fidelitate nobis debita probe perstiterint. et sediciosi Hominibus non modo non adhererint, sed se illis pocius pro tuenda Nobilitate, in quam illi conspirauerant, opposuerint, et contra illos non sine gravi eorum damno, ac periculo decertauerint, Preterea in argumentum evidencius fidelitatis et constancie eorum. omnes illos, qui de ipsorum medio partes ipsorum tumultuancium sequuti [így] participesque scelerum eorum reperti fuissent, captos ad manus Egregy Joannis Thornallya, puniendos, et meritis penis multandos, tradiderint, plerosque eciam Nobiles, de Rusticorum captiuitate eliberauerint, Tamen Nobiles comitatum Zolnok mediocris et *Coloswariensis* ²⁾ non aduertentes fidelitatem et constanciam eorundem exponencium et pericula, que pro Nobilitate subierunt et passi sunt, varys oppressionibus, Injurys et damnis. Nullo habito delectu aut respectu, eosdem exponentes perinde ac infideles punire damnificare et eosdem pro resarciendis damnis, que ipsis Nobilibus, malefactores, peruersique ac sediciosi. tuuc intulissent grauiter taxare contenderent, Allegantes ipsos exponentes. omnium malorum per Rusticos patratorum. et damnorum eisdem Nobilibus illatorum.

¹⁾ Hártyára írott eredetije a czéh ládájában, a városnak kék és sárga selyem zsinoron függő pecsétével erősítve. A mellékletben levő 1516-ki pecsét erről van levéve. [Látható a RAJZOK külön kötete illető tábláján.]

²⁾ A *Comitatus Colosvariensis* szó-alakot itt látom először előfordulni.

autores fuisse. Supplicauerunt itaque Maiestati nostre ydem exponentes. vt adhibito remedio oportuno. quieti ac honestati eorum consulere dignamur. Offerentes se ad omnia Justa semper paratos et administraturos omnem Justiciam de his. siqui in medio eorum. culpabiles inuenirentur, modo penam malorum. boni et iusti Homines. subire non cogerentur. quorum Supplicatio. cum nobis iusta esse uideatur. utpote eorum qui soli Justicie innituntur, Mandauimus, per alias literas nostras prefatis Nobilibus. Comitatum Zolnok mediocris et *Coloswariensis*. ut ab eorum persecucione, et illegitima oppressione desistant. et ad aliquam Solucionem cogere non audeant, Qui si fecerint. bene quidem, Alioquin volumus et fidelitati Vestre harum Serie firmiter mandamus, quatenus. acceptis presentibus. prefatos exponentes, a molestacione, et illegitima impeticione, prefatorum Nobilium defendere. protegere. et manutenere. modis omnibus debeatis et teneamini. Autoritate nostra regia presentibus vobis in hac parte attributa mediante, Quod si quipiam eorum damnificatum ¹⁾ per ipsos causaretur, via Juris, et non facti cum illis procedat. De quibus omnibus. si tales reperientur, Ipsimet exponentes, ad omnem Satisfaccionem Jure mediante impendendam se se ultro offerunt, Secus igitur non facturi, presentibus perlectis, exhibenti restitutis, Datum Bude feria quinta proxima ante festum Beatorum viti et modesti martirum, [jun. 11.] Anno domini Millesimo Quingentesimo Decimo sexto.

Commissio ppra Dni Regis ²⁾

CCXIII.

1517.

II. Lajos király Kolozsvár polgárait s lakóit a következő szent Márton-napig, míg jelesen kezdődött várát teljesen felépíti, a királyi adó fizetése alól felmenti.

C^o ppria dni Regis.

Ludouicus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Fideli nostro Venerabili Paulo de Warda preposito Ecclesie Sancti Sigismundi Thesaurario nostro moderno, futuris eciam Thesaurariis nostris eorundemque factoribus et officialibus quibusuis Salutem et gratiam, Superiori anno concesseramus fidelibus nostris prudentibus et circumspectis Judici et Juratis ceterisque civibus et Universitati Incolarum Ciuitatis nostre *Coloswariensis*,

¹⁾ Nagy-Ajtai Kovács István alább idézett művében: *damnificacione*-nek olvasta. Melyik jó, nem tudom — tiszta értelme egyiknek sincs. Lásd hasonmását:

damnificacione

²⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely regál papirosra van írva s közbül a király pecsétével megpecsételve; [Fasc. P. Nro 43.] közölte Nagy-Ajtai Kovács István, Magyar Tudós Társaság Évkönyvei, VIII. köt. Budán. 1860. 22—23. ll.

certis et racionabilibus ex causis, et presertim ut ipsi castrum in ipsa ciuitate nostra nouiter inceptum continuare et tandem finire possint, Hanc gratiam, ut ipsi ab omni et qualibet solucione taxarum nostrarum, tam scilicet ordinariarum quam extraordinarium, nobis ex ipsa Ciuitate nostra et Ciuibus provenire debentium usque ad festum Beati Martini Episcopi et confessoris proxime venturum exempti suppertatque haberentur : verum quia ex relacione nonnullorum fidelium nostrorum accepimus, Laborem ipsius Castri inceptum esse Egregium, et ipsis Ciuibus nostris valde ponderosum, Ob hoc nos eisdem Ciuibus nostris ut ipsi huiusmodi opus inceptam commodius consumare valeant, premissas eorum libertates, usque ad festum sancti Georgy proxime vunturum prolongauimus, ipsosque Ciues nostros infra id temporis spacium, ab omni solucione Taxarum nostrarum, tam scilicet ordinariarum quam extraordinariarum eximendos duximus et supportandos, Immo eximimus et supportamus presencium per vigorem : Quo circa fidelitati vestre harum serie firmiter precipientes mandamus, quatinus, prefatos Cives et Inhabitatores predictae Ciuitatis nostre *Coloswariensis* a modo usque predictum festum Sancti Georgy Martiris, proxime venturum, ad solucionem aliquarum taxarum seu contribucionum nostrarum cogere et compellere, aut propterea eosdem in personis aut rebus et bonis ipsorum impedire, turbare sew damnificare nullo pacto presummatis, Sed eisdem huiusmodi nostram gracious exempcionem, firmiter et Inuiolabiter obseruare, et obseuari facere modis omnibus debeatis et teneamini : Secus non facturi : presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria quarta proxima : post festum Natiuitatis Beatissime Marie virginis. [sept. 11.] Anno domini Millesimo Quingentesimo decimo Septimo. ¹⁾

CCXIV.

1517.

II. Lajos király parancslevele minden erdélyi s különösen a thordai kamara-ispánhoz az iránt, hogy Kolozsvár város polgárait egyiknek vagy másiknak tartozásáért a réveken, s különösen a thordai réven le ne tartóztassák s ne bántalmazzák.

C^o ppria Dⁿⁱ Regis.

Ludouicus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris Egregys : camerarum Salium nostrorum Transsilvaniensium Comitibus : nec non Camerarys et vicecamerarys in camera nostra Thordensi constitutis, Judicibusque vadorum eiusdem camere nostre Thordensis, Salutem et Graciam : Ex querelis et Supplicacione fidelium nostrorum : prudentum et circumspectorum Judicis et Juratorum ceterorumque Ciuium et Inhabitato-

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely egyszerű alakban író-papírosra van írva s középen a király veres viaszba nyomott hiteles pecsétével megpecsételve. Papír, írás, pecsét ép. [Fasc. C. Nro 12.]

rum Ciuitatis nostre *colosvariensis* intelleximus, Qualiter vos ipsos Ciues nostros, pro quibuscunque debitis, eciam minimis, ac pro rebus sepe parui et fere nullius momenti, ad simplicem querelam quorumpiam hominum : simulcum rebus et bonis eorum in vado ipso Thordensi, vos Iudices vadorum sepenumero detinere et arestare consueuissetis, sicque ciues ipsi nostri per vos diversi mode molestarentur et dampnificarentur : cum autem Ciues ipsi nostri *Colosvarienses* habeant suos Iudices ordinarios, qui Iudicium et Justiciam ex parte conciuum suorum, omnibus causantibus administrare secundum eorum privilegia solent et debent propterea vobis prefatis vadorum Iudicibus, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, harum serie firmiter mandamus, quatenus, a modo deinceps, nullus omnino vestrum prefatos ciues nostros, hominesque et familiares aut eciam res et Bona eorum : ad quorumuis instanciam detinere et arestare presumat, neque sit ausus modo aliquali, Si qui enim quitquam [így] accionis uel questionis contra annotatos ciues nostros *colosvarienses*, aut homines et familiares ipsorum habent, vel habuerint : Hy id in presenciam Iudicis et Juratorum ciuium dicte ciuitatis nostre *Colosvariensis* legittime prosequantur, ex parte quorum ipsi omnibus contra ipsos querulantibus meri Juris et Justicie ac debite Satisfaccionis complementum exhibebunt prout dictabit ordo Juris : Vobis vero prefatis Comitibus camerarum Salium nostrorum Transsilvaniensium : necnon camerarÿs et vicecamerarÿs predictae camere nostre Thordensis similiter per presentes mandamus quatenus prefatos ciues et inhabitatores dicte ciuitatis nostre *colosvariensis*, per vadorum camere thordensis Iudices ad quorumuis Instanciam arestari detinerique vel alias vexari ac impediri nullo pacto permittatis : Sed potius eosdem in eorum Juribus et libertatibus tam contra vadorum Iudices, quam contra quosuis alios, tutar et defendere debeatis et teneamini : Secusque facere non presumatis, presentibus perlectis, exhibenti restitutis, datum Bude feria quarta proxima post festum natiuitatis Beatissime Marie Virginis [sept. 14.] Anno dni Millesimo Quingentesimo Decimo Septimo. ¹⁾

CCXV.

1518.

II. Lajos király parancslevele Som Gáspár hívéhez az iránt, hogy Kolozsvár városát 2000 forint királyi adója fizetésére — minthogy azt egyszer már teljesítette — ne kényszerítse.

Co ppria dni Regis

Lodouicus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Fideli nostro Magnifico Gaspare de Som, Salutem et graciam, Quamuis Nos per certas

¹⁾ Kétrétüleg fogott papirosra írva s megerősítve a király pecsétével, mely papírral takart veres viaszra van nyomva. Látható a városi levéltárban [Fasc. AA. Nro 8. alatt.]

litteras nostras, super quibusdam duobus Milibus florenis, adhuc tempore paterne Maiestatis, a te contractis, et leuatis taliter Se assecurandum duxerimus, certificauerimusque, ut illa tibi per Ciues nostros *Colosuarienses*, ex censibus, seu taxis ipsorum ordinarijs et extraordinarijs exolui debeant, Tamen quia sicuti nunc percepimus prefati Ciues dicte Ciuitatis nostre *Colosuariensis* taxam ac census eorundem tam presentis quam futuri anni, et ut certo intelleximus Jam diu antea nobis integre persoluerunt et restituerunt, prout litere expeditorie ipsis superinde date aperte id testantur. Ideo ipsos Ciues nostros *Colosuarienses* duppliciter, ad solucionem dictorum Censuum nostrorum cogere aut compelli facere non possumus, Quare mandamus fidelitati tue harum serie firmiter, quatinus [így] acceptis presentibus, prefatos Ciues, et Incolas dicte Ciuitatis nostre *Colosuariensis*, aut eorum alterum, Racione huiusmodi duorum Milium florenorum nullomodo impediās, neque turbes, nec per te nec per tuos, predictam namque pecuniarum summam tibi debitam, ex alijs nostris prouentibus, cum tempore tibi reddendam curabimus, Secus igitur facere non ausurus presentibus perfectis exhibenti restitutus, Datum Bude dominico die proximo, ante festum purificationis Virginis Marie, [jan. 31.] Anno domini Millesimo Quingentesimo decimo octauo. ¹⁾

CCXVI.

1519.

II. Lajos király elismerése arról, hogy Kolozsvár az ő szükségére 500 forintot adott miért is a királyi rendes és rendkívüli adótól szent Márton-napig felmenti.

Nos Ludouicus Dei Gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Recognoscimus per presentes litteras nostras. Quod nos fideles nostros Prudentes et Circumspectos Judicem et Juratos ceterosque ciues civitatis nostre *Colosuariensis* His diebus ad hoc coegimus et arctavimus. ut nobis ad presentes necessitates nostras et Regni nostri certam Taxam extraordinariam, et ultra hoc etiam Taxam eorum ordinariam sen censum festi Sancti Martini proxime venturi nobis ad requisicionem et compulsionem nostram ydem ciues nostri ex nunc persoluerunt et restituerunt. Que quidem Taxe ambe ordinaria scilicet futura, et presens extraordinaria simul computande faciunt florenos quingentos, super quorum persolucione eosdem cives nostros quietos et expeditos reddidimus: Assecurantes eosdem et certificantes. Quod usque premissum tempus festi scilicet beati Martini Episcopi ab eisdem nullam Taxam, neque ordinariam neque extraordinariam peti sew exigere faciemus Sed eosdem infra hoc temporis spacium in libertate conservari faciemus:

¹⁾ A városi levéltárban levő eredetiből, mely egyszerű alakban regál papirosra van írva, s a király veres viaszba nyomott pecsétével megerősítve. Papír, írás, pecsét ép. [Fasc. C. Nro 13.]

Immo certificamus et assecuramus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante : Datum Bude feria Quinta proxima post festum beati Valentini martyris. [febr. 18.] Anno Domini Millesimo, Quingentesimo Decimo Nono. ¹⁾

CCXVII.

1519.

II. Lajos király megnyugtátja Kolozsvár városát 500 forintot tevő, mostani rendkívüli és következő rendes adójuk befizetéséről, s igéri, hogy 1521. ápril 24-ig sem rendes, sem rendkívüli adók fizetésére nem kényszeríti.

Nos Ludovicus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Recognoscimus per presentes, litteras nostras. Quod fideles nostri, Prudentes et Circumspecti, Iudex et Jurati ceterique Ciues. Ciuitatis nostre *Colosvariensis* in sortem et ad Racionem futuri Census ipsorum. Ordinary nobis de ipsorum medio. Antiquo Jure prouenientis ac presentis Taxe extraordinarie ad eosdem imposite, dederunt et exoluerunt, nobis florenos Quingentos, super quibus eosdem quittos et expeditos reddidimus. promittendo eisdem insuper Quod vsque festum Beati Georgy martiris Anni Millesimi Quingentesimi Vigesimali primi, ad Nullam ordinary nec Extraordinary, census solucionem ipsos compellemus. aut compelli faciemus. Sed liberos interim relinquemus. Imo reddimus et promittimus. harum nostrarum vigore et testimonio, litterarum mediante. Datum Bude in festo omnium sanctorum, [nov. 1.] Anno domini Millesimo Quingentesimo Decimo Nono.

Relacio Magnifici Domini Benedicti de Bathian Thesaurary Regie Maiestatis.

Alatt : *Relacio Thesaurary*. Nagy, veres viaszba nyomott pecsét; az oklevél eredetije a magy. tud. Akad. irat-tárában.

Ráth K. ²⁾

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely regál papirosra van írva, közből pecséttel megerősítve, jobb felől : R[elati]o venerabilis domini Pauli ppositi sancti

— *) Thesaurarius Reg. kívül : Fasc. C. Nro 19.

*) Egy szó kiolvashatlan, hasonmása ez :

²⁾ Hazai Okmánytár, II. kötet 1865. a 413. lapról.

CCXVIII.

1520.

II. Lajos király a bőkészítő vargákra nézve Besztercze, Brassó, Szeben és Kolozsvár városokban bizonyos szabályrendet állít meg.

Nos Ludouicus Dei Gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Memorie Commendamus per presentes, Quod Cum superioribus Annis quedam differencia et causa inter Magistros Sutores ciuitatis nostre Bistriciensis ab vna ac Magistros cerdones eiusdem ciuitatis ab altera partibus, ex parte et ratione dealbacionis et laboracionis cutium sive coriorum orta et suscitata, primum per Judicem et Juratos ciues dietie ciuitatis Bistriciensis ac deinde per consulatum cibiniensem et tandem per Magistrum ciuium Iudices et Juratos Seniores Septem Sedium Saxonicalium parcium Regni nostri Transiluanarum adiudicata, et abinde ad instanciam Magistrorum Sutorum per viam apellacionis, ad Maiestatem nostram deducta fuisset. Tunc licet Nos huiusmodi differenciam, ut eidem finem imponeremus, per nonnullos Dominos consiliarios nostros, per nos ad hoc pro Iudicibus deputatos, reuideri et determinari commiserimus, Quia tamen ydem Iudices deputati, inter iudicandum ad quandam difficultatem in literis adiudicatoriis predictorum Magistri Ciuium iudicium et Seniorum ipsarum Septem Sedium, pro parte Magistrorum cerdonum emanatis inciderant, ab hoc ne quid in ea ipsa re, uel inconsulte vel immature transigeretur, Visum fuit prenomiuatis Dominis Consiliarijs Nostris Iudicibus Scilicet per nos deputatis, eciam consensu nostro ad hoc accedente, ut explicande atque apertius deelerande huiusmodi difficultatis gracia, Causa prescripta rursus ad Magistrum ciuium Iudices, Juratos Seniores, ac Consules Septem et duarum Sedium Saxonicalium, nec non ciuitatis Brassouiensis, Bistriciensis et terre Bareza, remitteretur, ita, ut Ipsi causam prescriptam denuo cognoscerent, et tandem explicata premissa difficultate, quicquid ipsis videretur, nobis per eos significari deberet; Cum itaque prenotati Magister Ciuium, Iudices et Seniores, ac Consules Septem et duarum Sedium Saxonicalium, ac Ciuitatis Brassouiensis, Bistriciensis et Terrae Bareza, Causam premissam pro mandato nostro, examinatis compluribus utrinque testibus, iterum discussissent, ac tandem ad Maiestatem nostram declarata sententia, que ipsis in eadem causa videbatur, cum certis eciam adnotatis limitacionibus per litteras Suas transmisissent, et nos sententiam ipsam una cum limitacionibus prenotatis coram nobis, et in Consilio nostro perlegi et exponi iussissemus, et ultra hoc, tam litteras Serenissimi Condam Domini Ladislai Regis, pro parte Sutorum Privilegialiter confectas, quam eciam litteras adiudicatorias predictorum Magistri Ciuium Iudicium et Juratorum Seniorum Septem Sedium pro parte cerdonum Ipsorum emanatas, aliaque omnia utriusque partis iura et rationes singulas, quibus Unaqueque pars causam suam tutari nitebatur, diligentissime exactissimeque, non sine longa disputatione discussissemus, visum, nobis fuit, et ita cum ipsis consiliarijs nostris deliberauimus, decreuimus et determinauimus

mus, Ut Sentencia predictorum Magistri ciuium et Juratorum Seniorum septem Sedium Saxonicalium in Causa parcium predictarum lata, tam secundum literas eorundem adiudicatorias, quam eciam transmissionales Superinde confectas in suo vigore rata et firma maneat, et ab utraque parte inuiolabiter Obseruetur, Que quidem Sentencia in hunc fere modum et Sensum prolata et pronunciata fuisse dignoscebatur, In primis, ut Magistri Sutores, qui secundum priuilegia eorum cutes dealbare ad Usus proprium perse possunt, eciam alia familia, puta Vxoribus, puellis seu Ancillis suis, atque approdianis siue Iuuenibus artem Sutoriam addiscentibus, ad laborandas et dealbandas cutes, ad usum proprium pro parandis calceis, uti possint et valeant, exceptis tamen famulis maioribus artem Sutoriam exercentibus, exceptis eciam filiis eorundem, illis tamen duntaxat, qui forte parentibus in arte Sutoria, pro mercede et precio seruiunt, qui Magistris ipsis Sutoribus, in exercenda ipsa arte Cerdonica Suffragari seruireque non debent :

2. *Item* Vt Sutores ipsi Coniunctim, vel cum vicinis vel fautoribus suis eorum laborare parareque non audeant, Sed solummodo cum prescripta familia et in propria officina, tantum laborent cutium, quantum necessitas uniuscuiusque Magistri ad faciendos calceos expostulat, et id nemini vendant in Cutibus, sed in Calceos conuertant, et ita tandem habeant vendendi facultatem, Que Sentencia extendit se solummodo ad quatuor Ciuitates nostras videlicet Cibiniensem, Bistriciensem, Brassouiensem, et *Coloswariensem*, in quibus Magistri Cerdones maiore numero esse dicuntur, Nam Sutoribus in alijs ciuitatibus, oppidis et Villis per totam Transsiluaniam commorantibus libere permissum est eque Cerdonicam ac Sutoriam artem exercere, cuius quidem Sentencie hoc unum Nos quoque ex Magistrorum Sutorum Priuilegio adiecimus, 3. Vt scilicet illi Magistri Sutores, qui ratione debilitatis visus ex senio artem Sutoriam exercere non possunt, ydem cum Corio nutrire se valeant absque quorum-libet impedimento et contradictione, Quem Articulum Nos ex gracia nostra ampliantes id eisdem sutoribus concessimus, ut ipsi Magistri Sutores hoc modo visu debilitati ad Laborandum corium ultra propriam familiam, videlicet ultra Uxores, filios et Ancillas, ac approdianos, eciam unum maiorem famulum artem Sutoriam exercentem adhibere, et Corium huiusmodi, si in calceos conuertere noluerint, vendere libere possint, cerdonum et aliorum quorumlibet contradictione non obstante, Quam quidem Sentenciam prefatorum Magistri ciuium, Iudicum et Juratorum ac Seniorum, Consulunque Septem et duarum Sedium Saxonicalium, ut pote iustam, et tam pro republica prefatarum Ciuitatumstrarum Cibiniensis, Bistriciensis Brassouiensis ac *Coloswariensis*, quam pro quiete et pace Statuque diuturniore Collegiorum, siue ceharum Sutorum et cerdonum utilem, uua cum clausulis et articulis per nos additis et ampliatis approbauimus ratificauimus. Et quo hec sententia durabilior firmiorque sit partesque ipse illius transgressionem magis diuitare Studeant, hanc penam adiecimus; ut si qua parcium, illam communiter violauerit, in mille florenis conuincatur, si uero aliqua priuata persona de numero et ordine

predictarum parcium huic sentencie ausu temerario contravenerit, et eam transgressus fuerit, talis, talis in Quadraginta florenis vincatur, quorum due partes fisco nostro Regio, Tercia uero pars illi Ciuitati in qua transgressio facta fuerit in eiusdem Ciuitatis municionem, cedat, Immo Deliberamus, decernimus, determinamus, approbamus et ratificamus Harum Nostrarum Secreto Sigillo Nostro, quo ut Rex Hungarie utimur impendenti communitarum vigore et Testimonio litterarum mediante; Datum Bude Sabbato proximo ante Dominicam Judica [márcz. 24.] Anno Domini Millesimo Quingentesimo vigesimo Regnorum nostrorum Hungarie et Bohemie etc. Anno quinto.

Lecta. ¹⁾

CCXIX.

1520.

II. Lajos király engedélyt ad a kolozsvári szent Ferencz-rend szerzeteseinek arra, hogy a nekik atyjától élelmőkre ajándékozott 300 forint áru sőt a thordai sóaknából bármikor és bárhová vámmentesen elvitethessék.

Ludovicus Dei Gratiâ Rex Hungariae et Bohemiae etc. Fidelibus nostris Egregio Georgio de Bottyán Comiti Camerario Salium nostrorum Transylvaniensium nec non universis et singulis Camerariis tam in Transylvania quam in Regno nostro Hungariae constitutis, ipsorumque Officialibus, ac vices gerentibus; item Tributariis, et Teloniatoribus nostris et aliorum quorumcunque cunctis etiam alterius cujusvis Status, et conditionis hominibus, subditis nostris Praesentes visuris salutem et Gratiam! Intelleximus Nos Annô proxime praeterito Fratribus ordinis Minorum Sancti Francisci in Claustro de *kolosvár* degentibus, secundum dotationem eleemosynarum Genitoris nostri piaae memoriae in Camera nostra Thordensi sales trecentorum Florenorum dari et deputari fecisse, qui restituti, propter carentiam inundationis aquarum tunc in hoc Regnum Hungariae educi non potuissent; nè autem hujusmodi sales cum damno ipsorum Fratrum ibi perirent: id eisdem Fratribus duximus concedendum, ut illos liberè valeant atque possint educi facere. Quare Fidelitatibus Vestris harum serie mandamus firmiter, quatenus dum et quando per prefatos Fratres aut homines eorum praesentium Ostensores tempore educationis praedictorum salium, cum praesentibus requisiti fueritis, eosdem cum illis ubique liberè, et sine omni impedimento, nec non tributis ac Telonii solutione dimittere, permittere, et permitti facere, modis omnibus debeatis, Secus facere non praesumatis. Praesent. perlect. exhibent. restitut. Datum Budae Feriâ 6-tâ proximâ ante Dominicam Palmar. [márcz. 27.] Annô Domini Millesimô quingentesimô vigesimô. ²⁾

¹⁾ A timár czéh ládájában levő eredetiről, mely hártýára van írva s zöld sárga, veres selyem zsinoron függő pecséttel megerősítve.

²⁾ Az erdélyi Muzeum kézirat-gyűjteményéből, *Jos. C. Kemény*, Collectio Major.

CCXX.

1521.

Leo pápa megerősíti Jakab kolozsvári plebánusnak a szent Mihály-egyház, s illetőleg annak János nevű mostani plebánusa javára tett végrendeletét.

Leo Episcopus Seruus Seruorum Dei Electis Filijs Judici Ceteris Juratis Uniuersitatis Hominum Opidi *Coloszwariensis* Transiluanie diocesis Salutem et apostolicam benedictionem. Quum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem Officij nostri, ad debitum perducatur effectum Sane pro parte vestra nobis nuper exhibita petitio continebat quod alias Wdalricus Custos et Canonicus Transiluanensis et Johannes Archidiaconus Thilegdiensis ecclesiarum, necnon Michael de Regen Judex ac Andreas Belkarsar et Antonius Nagy Chori parochialis ecclesie sancti Michaelis Opidi et dioc. Transiluanensis predictorum Executores testamenti quondam Jacobi dum Viueret, ipsius ecclesie sancti Michaelis plebani inherendo voluntati ipsius testatoris cum Johanne moderno plebano ipsius ecclesie Sancti Michaelis ad infrascriptas conventionem et concordiam perpetuo valituras deuenerunt, videlicet quod Executores prefati, bona dicti Jacobi tam hereditaria quam etiam prouentus ad se pertinentes videlicet domum paternam ipsius Jacobi omnes vineas hereditarias, et empticias, excepta vinea Hoya nuncupata Jugera terre arabilia, ac Tres partes Quarte decimarum Anni Millesimi quingentesimi quintidecimi tam vini quam bladorum ac fructus vinearum dotis ecclesie sancti Michaelis, ac etiam Ortum paruum emptium, in manibus dicti Johannis moderni Plebani assignarent et traderent prout assignarunt et tradiderunt, cum hoc tamen, quod ipse Johannes modernus et pro tempore existens Plebanus dicte ecclesie pro refrigerio anime dicti Jacobi olim plebani in eadem ecclesia Sancti Michaelis legere perpetuo teneretur et celebrare singulis diebus Missam pro animo eiusdem Jacobi olim Plebani et quod ipse Johannes modernus Plebanus ex pretio bonorum presertim mobilium per ipsum Jacobum relictorum que ad exturiationem ducatorum Ducentorum, et Sexaginta se extendunt, cum voluntate et Consilio Consularis Unam Piscinam, aut alia bona immobilia utilia pro dicta ecclesia Sancti Michaelis ac suo suorumque successorum usu emere teneretur, necnon Convencionem et concordiam huiusmodi vos filij et Judex et Jurati, qui ut asseritis dicte ecclesie patroni estis, approbastis, prout in publicis Instrumentis et litteris patentibus tunc Judicis, et aliorum Juratorum predictorum desuper confectis plenius dicitur contineri. Quo omnia a nobis apostolico petjstis munimine roborari. Nos itaque Vestris in hac parte supplicationibus inclinati Convencionem et concordiam predictas, sicuti rite et prouide facte, et a partibus hinc inde sponte recepte sunt ac in nullius

preiudicium redundant, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocínio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis et communitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice Millesimo Quingentesimo Vicesimo primo. Quarto — — — Kal. — — — aprilis [márcezius 16. és ápril 1. közt.] Pontificatus Nri Anno nono.

St Saluus

F de Vega pro Comptre ¹⁾

CCXXI.

1521.

Mikola István és László szamosfalvi nemesek az atyjok Mikola Ferencz által a szent Domokos-szerzet kolozsvári óvári temploma mellett építtetni kezdett kápolna bevégzésére egy halastót, a dezméri határon egy birtok- és berek-részt ajándékoznak.

„Conventus Monasterii Beate Marie Virginis de Colosmonostra, omnibus Christi fidelibus, presentibus, et futuris, presentes visuris, in Cristo Domino Salutis Largitore salutem. Ad universorum noticiam presencium serie pervenire cupimus: quod Egregii, Stephanus, et Ladislaus Mykola de Zamosfalwa, Egregii quondam Francisci similiter Mykola de Zamosfalwa ab una, neenon Religiosi Viri, Lucas Italici Supprior et Micael [így] Cantor, ambo sacerdotes, fratris ordinis Beati Dominici Confessoris, in claustro Beate Marie Virginis, in Civitate *Coloswár*, intra vetus castrum fundato, degentes, in ipsorum, sed et universorum, fratrum ejusdem ordinis, in dicto claustro degencium, cum sufficientibus procuratoriis literis eorundem, nominibus, et in personis ex aliis partibus, coram nobis personaliter constituti, prefati Stephanus, et Ladislaus Mykola, cunctorum filiorum, fratrumve et consanguineorum eorundem, in subnotandis oneribus, et quibus gravaminibus super se levatis et receptis, spontanea mente confessi sunt in hunc modum: quod quia ipsi revera intellexissent, et veraciter didicissent, quomodo prefatus quondam Franciscus Mykola, Genitor ipsorum, eo adhuc in humanis agente, illam capellam, que ad latus diete Ecclesie Beate Marie Virginis in predicta Civitate *Coloswár*, circa prefatum claustrum fundate, in honore ejusdem Beate Marie Virginis constructa extitit, cum Egregio quondam Joanne Erdély de Somkereke, Seniore, eorum propriis pecuniis et expensis, pariter construi fecissent, ut in universis salutaribus operibus, et

¹⁾ A kolozsvári r. kath. plebánia levéltárában levő eredetiből, mely bőrhártyára van írva, s sárga és veres selyem zsinoron függő pecséttel erősítve, a hártya betűrt részein mindenfelől különböző névaláírások. [1. Fasc. 20. sz. a.]

divinis officiis, in ipsa capella fieri, peragi ordinandis, sub una, et eadem participatione merita obtinerent, haberentque, et consequi mererentur, missas votivas in eadem capella perpetue in salutem animarum suarum celebrandas, celebrari, et peragi facere instituissent, idemque quondam Franciscus Mykola pater eorum, in ejusdem capelle constructionem certam pecunie summam tum dedisset, tumque imposuisset, denique ante ipsius capelle finalem consummacionem vite sue cursum terminasset, nec salutare suos affectus et ordinaciones, quas in ipsa capella fieri intendebat, debito fine determinare potuisset, unde iidem Stephanus, et Ladislaus Mykola, hujusmodi salutaris ordinacionis memores pretactam pecunie summam, ut premittitur, per prenomiatum quondam Patrem eorum in constructione prefate capelle datam, atque expositam, vanam et cassam dilabi permittere nolentes, quin potius in easdem salutare ordinaciones se se ingerere, et immittere, ac in cunctis divinis officiis in eadem capella fieri et peragi jam ordinatis, et per ipsos modo infra declarando ordinandis merita consequi cupientes, iidem Stephanus, et Ladislaus Mykola, quandam unam eorum integram piscinam Naghwewlgytho [Nagy-völgytő] appellatam, intra veras metas possessionum eorundem Stephani et Ladislai Mykola de Zamosfalwa praedicta, et Dezmer vocatarum, in comitatu de Kolos existencium, adjacentem : Item et quandam particulam terre, et medietatem nemoris, duntaxat de territorio predictae possessionis Dezmer excisas, et metaliter distinctas, simul cum cunctis suis proventibus, fructibusque, et utilitatibus, de eisdem piscina, ac particula terre, et medietate nemoris, quomodocunque provenire solitis, et debentibus, prefatis fratribus ordinis Beati Dominici Confessoris indicto clauastro Beate Marie in prefata *Colosvár* fundato, degentibus dedissent donassent et contulissent; imo dederunt, donaverunt et contulerunt, in nostri presencia, jure perpetuo, et irrevocabiliter tenendas possidendas atque habendas; ita ut iidem fratres per dictam piscinam, molendinum [si voluerint] construi faciendo liberam, atque omnimodam habeant potestatis auctoritatem, nullum jus, nullamve juris et dominii proprietatem sibi ipsis, aut ipsorum heredibus reservando; sed totum, et omne jus, omnem etiam juris et dominii proprietatem, quod scilicet et quam iidem hactenus in eisdem piscina, nec non particula terre, et medietate nemoris habuissent, vel quomodolibet se habere sperassent in prelibatos fratres modernos, sed et successores transferendo, pleno jure, tali modo, ut missam alias per prefatum quondam Joannem Erdélii in dicta capella celebrari, et peragi institutam, ipsi fratres, tam successores, quam moderni, in predicto clauastro nunc degentes, et in futurum degendi, dempta prescripta missa, per quondam Johannem Erdélii instituta, unam aliam missam pro defunctis singulis ebdomadis, in dicta capella, perpetuis temporibus celebrare, et nichilominus dies obitus saepefactorum Stephani et Ladislai Mykola filiorum eiam eorundem, in libro ephemeridis, sive calendario eorum inscribere, et anniversario obitus talis inscripti adveniente de eisdem [prout ipsi fratres pro eorum defunctis memoriam facere soliti sunt] in missis et orationibus memoriam facere et peragere teneatur. Ad quae omnia premissa prenominati

fratres Lucas Supprior et Michael Cantor in ipsorum personaliter, sed et aliorum fratrum virtute procuratoria prenarrata, nominibus, et in personis, se se obligaverunt, perpetuo observanda, peragendaque, et perficienda, tali sub obligamine : quod si quipiam fratrum dicti ordinis, modernorum scilicet, et successorum, in premissis oppositum tenerent, aut negligenter, tunc talis apud Xtum, districtum Judicem, superinde se responsurum et rationem daturum nouerit, assumentes nichilominus annotati Stephanus et Ladislaus Mykola memoratos fratres in pacifico dominio prenarratarum piscine, nec non particule terre, et medietatis nemoris, contra quoslibet impeditores, causidicos, et actores tenere et defensare ; ubi vero aliquis filiorum sive fratrum, vel proximorum eorum dictos fratres ordinis Beati Dominici Confessoris de dominio pretitulatarum piscine, ac particule terre, aut medietatis nemoris excludere, et eicere [így] niterentur, aut pretenderet ; ex tunc talis non aliter, nisi persolutis prius eisdem fratribus mille florenis in paratis pecuniis dosdem de dominio earundem eicere, et excludere valeant, atque possint. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentes, et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum feria tertia proxima ante festum purificationis Beatissime Virginis Marie, [jan. 31.] anno Virginei partus ejusdem millesimo quingentesimo vigesimo primo.¹⁾

CCXXII.

1521.

II. Lajos király Kolozsvár polgárait és lakóit a neki előre lefizetett 500 forintért a következő szent Márton-napig rendes és rendkívüli adófizetéstől mentte teszi.

Nos Ludouicus Dei Gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Recognoscimus per presentes Litteras nostras, Quod quamuis fideles nostri prudentes et Circumspecti Judex et Jurati ciues ciuitatis nostre *Coloswar*. vigore litterarumstrarum alias ipsis concessarum. usque ad festum beati Georgy martýris ad Annum proxime futurum. nobis aliquem Censum vel ordinarium vel extraordinarium soluere non fuerunt obligati, eo quod antea illos nobis persoluerint. Tamen his diebus ad mandata nostra. summa huius regni nostri necessitate id exigente. ydem Judex et Jurati predictae Ciuitatis nostre *Coloswar*. in sortem et ad rationem tam Census eorum ordinariý quam taxe extraordinarie. maiestati nostre e medio ipsorum pro futuro Anno Millesimo Quingentesimo Vigesimo Secundo prouenire debencium. pro nunc soluerint nobis in effectu florenos quingentos, super quibus eosdem Judicem et Juratos quietos et expeditos reddidimus et reliquimus. Assecurantes insuper eosdem, quod usque a festo beati Martini episcopi et confessoris

¹⁾ Steph. Kaprinai, Hungaria Diplomatica, Vindobonae MDCCLXVII. I. köt. 31—34. ll.

proxime futuro per Annum integrum nulla penitus solucione eosdem impedimus, nec in aliquo temporum aut rerum euentu seu mutacione impediri quouismodo faciemus. Immo reddimus relinquimus atque assecuramus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, Datum in oppido Erd, feria secunda proxima post festum beati Laurencij Martijris [aug. 14.] Anno Domini Nillesimo Quingentesimo vigesimo primo.

Ppo Reverendi Domini Pauli Episcopi
Vesprimiensis Thesaur. R. Maiestat. ¹⁾

CCXXIII.

1521.

II. Lajos király a törökökhöz szökött s Mahumed vallására tért Ditrich Jakab kolozsvári házáat és javait Kolozsvár városának adományozza.

Co ppa dom. Regis.

Nos Ludouicus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit uniuersis, Quod nos cum ad nonnullorum fidelium nostrorum humillimam supplicacionem : per eos nostre propterea factam Maiestati : Tum vero, attentis et consideratis fidelitate et fidelibus seruicys. fidelium nostrorum prudentum et circumspcctorum, Judicis et Juratorum, ceterorumque ciuium, et tocus communitatis, Ciuitatis nostre *Coloswariensis* per eos sacre primum huius Regni nostri corone, et deinde Maiestati nostre, pro temporum varietate exhibitis et impensis : Totalem porcionem cuiusdam domus : in predicta Ciuitate nostra *Coloswariensi*, in ipso Theatro habite : cui videlicet ab orientali circumspccti Petri Golnar, ab occidentali vero plagis, pariter quondam Petri Kys, domus, dicuntur vicinari, necnon vineas, terras Arabiles, prata, et fenilia : aliaque uniuersa bona, et quaslibet Res, in eadem Ciuitate, ac eius territorio, pertinencysque suis, ubilibet existentes et habita, que alias Jacobi Dedryh, ciuis dicte Ciuitatis prefuissent, sed ex eo, quod Idem Jacobus Dedryh, superioribus annis, dimissa legitima consorte sua, cum Egregio quondam felice Segniensi a Genitore nostro pie recordacionis, in legacione, ad cesarem Thurcorum proficiscente : in Thurciam iuisset. Ibique ab eodem felice furtim abscedens : christi fide abiurata, ad spurcissimam Machometi sectam defecisse, et modoque in Thurcia moram trahere, filio suo unico seducto ad se, dicitur, ad nos consequenterque collacionem nostram Regiam : Juxta antiquam et approbatam dicti Regni nostri consuetudinem, atque legem, rite et legitime deuolute esse perhibentur et redacta, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus : Memorato Judici et

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely regál papirosra van írva, s középen a király pecsétével megerősítve. [Fasc. C. Nro 21.]

Juratis ceterisque ciuibus et toti communitati prescripte Ciuitatis nostre *Coloswariensis* : modernis et futuris : non tamen pro usu ipsorum priuato, sed pro incremento et commodo Reipublice eiusdem Ciuitatis : In quantum ad hoc de Jure admittimur imperpetuum dedimus, donauimus, et contulimus, Immo damus, donamus, et conferimus : harum nostrarum : quas in forma nostri priuilegij redigi faciemus dum nobis in specie fuerint reportate : vigore et testimonio litterarum mediante, Datum Bude, In festo beati Thome apostoli : [decz. 21.] Anno domini Millesimo Quingentesimo vigesimo primo, Regnorum nostrorum Hungarie et Bohemie etc. Anno Sexto. ¹⁾

CCXXIV.

1523.

Thurzó Elek királyi kincstartó és udvarmester megnyugtatta Kolozsvár város biráját és esküdeit a király számára előre befizetett 400 forint átvételéről.

Nos Alexius Thurzo de Bethlenfalwa Thesaurarius et Magister Cubiculorum Regie Maiestatis : Recognoscimus per presentes Quod Prudentes et Circumspecti Judex et Jurati ceterique ciues Ciuitatis *Koloswariensis*, Soluerunt Regie Maiestati in Sortem taxe ipsorum Anni Millesimi Quingentesimi Vigesimali Secundi florenos Quadringentos Super quibus eisdem quietos Reddidimus et expeditos. Immo reddimus et committimus harum nostrarum vigore et Testimonio litterarum mediante, Datum Bude feria Quinta proxima post festum purificationis Beatissime virginis Marie, [febr. 6.] Anno Domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo Tercio.

Alexius Thurzo

The[saurari]us Regius
manu ppa ²⁾

CCXXV.

1523.

II. Lajos király parancslevele Kolozsvár város birájához és esküdt-közönségéhez annak kihirdetése iránt, hogy ezen túl Szebenben is fog pénz veretni, a pénzváltás joga pedig Várdai Pál veszprémi püspöknek és királyi kincstárnoknak van átadva.

C^o ppa domini Regis

Ludouicus Dei Gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Fidelibus nostris Prudentibus et Circumspectis Judici et Juratis ceterisque ciuibus Ciuita-

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely két rétű papirosra van írva s középen belől papirossal borított veres viaszba nyomva a király nagyobb pecsétével megerősítve. Minden ép. [Fasc. D. Nro 20.]

²⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely író papirosra van írva s közbül a kincstárnok magán pecsétével megerősítve. [Fasc. C. Nro 14.]

tis nostre *Koloswariensis*, Salutem et Graciam, Intelligere potestis, Quod posteaquam hoc Regnum nostrum tantam Calamitatem accepit : magno adiumento fuit et ad repellendum hostem et ad tuenda confinia : cusio noue monete : que quidem cusio tanto maiore adiumento esse potuit : quanto copiosius moneta ipsa eudetur : Statuimus igitur hanc Ipsam monetam etiam Cibiñy cudi facere : Quare volumus et fidelitati vestre harum Serie firmissime committimus et mandamus, Quatenus Statim Acceptis praesentibus : publice proclamari et promulgari facere debeatis : ut a modo deinceps nullus omnino Argentum aut antiquas Pecunias vel asparas questus gracia Emere vendere aut cambire audeat : Quoniam quemadmodum administratio ceterorum prouentuum nostrorum, in manibus et facultate fidelis nostri Reverendi Domini Pauli Episcopi Wesprimiensis et Thesaurarÿ nostri est : ita hoc quoque prouisioni sue commisimus, ut ipse tantummodo et post eum Egregÿ Paulus Arthandi et collega suus, quos eudendis pecunÿs prefecimus : aut homines eorum apud quos scilicet Littere ipsius Thesaurarÿ nostri erunt, emere et cambire possint, Aliud igitur facere nulla ratione presumatis, Nam alioquin commisimus prefatis Paulo Arthandi et college suo : eisdemque plenariam atque omnimodam facultatem dedimus : ut ipsi non solum huiusmodi argentum : pecunias antiquas et Asperas : quas alio quam ad cameram nostram uenderent : emerent et cambirent, inquirere Auferreque : Sed Transgressos in personis quoque punire et meritis penis afficere : et omnia Bona auferre hereditatesque eorum pro maiestate nostra occupare possint, et debeant, Datum Posonÿ Sabbatho proximo post festum Beati Martini Episcopi et Confessoris, [novemb. 14.] Anno Domini Millesimo Quingentesimo vigesimo Tercio ¹⁾.

CCXXVI.

1523.

Kolozsvár város birájától és esküdt polgáraitól a fazakasoknak adott czéhszabályok.

Nos Laurencius Bek Judex ceterique Jurati Cives Ciuitatis *Coloswariensis* Memorie commendamus tenore presencium Significantes quibus expedit vniuersis Quod Coram nobis personaliter constituti prouidi viri Magistri Artis figuline nostri conmansores petentes nos debitacum Instancia vt eisdem super conseruacione ipsarum czecharum literas nostras Articulatim dare et concedere dignaremur et alias literas eorundem Augmentaremur [így] Nos itaque petitionibus eorundem tamquam Justis inclinati Juxta consuetudinem Ciuitatis nostre eisdem literas nostras dandas duximus concedendas primus articulus Quod si aliquis famulorum licenciam abeundi a domino suo habere vlt. extunc talis teneatur domino suo ante

¹⁾ A papirosra irt s a király nagy peccsétével hitelesített eredetiből. [Fasc. II. nro 7.]

quattuordecem dies Recessum suum Notificare, Quod si aliquis secus faceret extunc talis In hac ceha labores exercere non audeat Nisi libertate domini sui, qui scilicet talem liberum pronunciauerit Item Si aliquis Socius Magister wlt efici [így] extunc teneatur laborare vnum cantrum In quo vinum propinatur continentem vrnas Nouem unam ollam in quo solent seruare lac Salsatum continentem vrnas quattuor, vnam Maguam ollam ad coquendum continentem vrnas quattuor vnum wlgo *makewrlenth* continentem vrnam vnam pictarium vnum *Rosas*, alium vero pictarium vocatum *czjppellews* Si sic aliquis laborare nesciret extunc teneatur plura addisci uel autem ad ceham florenum vnum dare sit astrictus Item nemo audeat ollas importare ad ciuitatem nisi quis proprijs Manibus laborauerit, ac eciam wltra duodecem horas vendere non audeat Quod Si aliquis post duodecem horas vendere presumpmeret extunc Magistri ceharum habeant potestatis facultatem accipiendi et domino Iudicij portandi, In Cuius Rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras priuilegiales pendentis et autentici Sigilli nostre Ciuitatis Maiori roboratas, dandas duximus concedendas Datum In *Koloswar* feria Sexta ante festum beati Thome Apostoli [decz. 16.] Anno domini Millesimo Quingentesimo vigesimo Tercio ¹⁾.

CCXXVII.

1524—1525.

A kolozsmonostori konvent átírja II. Lajos királytól a szabók javára adott azon kedvezmény-levelet, mely tiltja idegen szabó-műveknek a városba behozását és ott árulását.

Nos Conuentus monasterij Beate Marie Virginis de Kolosmonostra Memorie Commendamus per presentes, Quod prudentes et circumspecti Adrianus et Nicolaus Zabo in Ciuitate *Koloswariensi* comorantes ipsorum ac similiter prudentum et circumspectorum Iudicis et Juratorum ceterorumque ciuium et totius uniuersitatis Incolarum eiusdem ciuitatis *Koloswariensis* Nominibus et in personis Nostri personaliter uenientes in presentiam, Exhibuerunt nobis quasdam literas Serenissimi principis et domini domini Ludouici dei gratia Regis Hungarie et Bohemie etc. domini nostri Naturalis e gratiosissimi patenter in dupplici papiro confectas, petentes nos debita cum Instantia ut Tenorem earundem de uerbo ad uerbum transcribi et transsummi facere, In Transsumptoque Lararum Nostrarum ipsis dare et concedere dignaremur, Quarum tenor talis est Ludouicus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. Fidelibus nostris Spectabili et Magnifici Johanni de Zapolya Comiti perpetuo Terre Scepusiensis Wayuode nostro Transsiluano etc. Siculorum Comiti, ac uice wayuodis eiusdem alysque universis Baronibus, Comitibus, Castellanis Nobilibus, Magistratis Ciuium,

¹⁾ A fazakas czéh leveles ládájában levő hátyára irt s zsinoron függő pecsétel megerősített eredetiből.

Judicibus et Juratis quarumcunque ciuitatum, oppidorum, et villarum partium Regni nostri Transsiluanarum Salutem et grāciam, Questi sunt nobis graui querela Fideles nostri, uniuerse czehe, siue Confraternitates Sartorum Ciuitatem nostram Transsiluanarum, Qualiter essent, plerique forenses et externi Negotiatores, qui contra ueterum ipsorum exponentium libertatem et consuetudinem, uestes Sarcetas et paratas, ex partibus alienis, in Transsiluaniam Inducere et in Maximum damnum ipsorum exponentium uenditioni exponere cepissent, Et quoniam ipsi exponentes semper Ingruentibus Bellorum procellis a suis Confraternitatibus, certum Numerum Militum proprijs sumptibus conducere Bambardas, Ingenia bellica, pulueribus providere, et ferme in singulis Ciuitatibus nostris istarum parcium Turres siue Menia Ciuitatum curare astricti esse asseruntur, Et ob hoc ne in his administrandis deficiant et per extraneos qui modicum aut nihil commodi prestant, in libertatibus suis antiquis opprimantur, uolumus eos ex debito nostri officij tueri, propterea fidelitati uestre et unicuique vestrum harum serie Mandamus firmissime: ut statim acceptis presentibus partim In singulis Ciuitatibus et Oppidis promulgari facere debeatis, ut nullus extranea uestimenta in preiudicium ipsorum exponentium inducere isticque uenui exponere sub amissione eorundem presummat, si quis autem id temere attentare, et se huic nostro mandato opponere audent, Damus uobis et ipsis exponentibus facultatem per presentes, ut huiusmodi extranea uestimenta libere auferre possitis et valeant autoritate nostra presentibus in hac parte concessa, Secus non facturi presentibus perlectis exhibenti Restitutis, Datum Bude in festo Transfiguracionis domini [aug. 6.] Anno eiusdem Millesimo Quingentesimo vigesimo quarto, Nos Itaque peticionibus ipsorum Tanquam iustis et legitimis, Inclinati, Tenorem prescriptarum Literarum Regiarum de uerbo ad uerbum sine diminutione et augmento aliquali variationeque absque omni transcribi et transsummi facientes prefatis Judici et Juratis ceterisque Ciuibus ac Toti uniuersitati Incolarum dicte Ciuitatis *Koloswariensis*, in transsumpto presencium literarum Nostrarum Sigillo nostro consignatarum duximus dandam et concedendam communi Justitia svadente, Datum die Domini proximo post festum Beati Jacobi Apostoli, [jul. 30.] Anno Domini Millesimo Quingentesimo vigesimo quinto ¹⁾).

¹⁾ A szabó czéh levéltárában levő eredetiből, mely hártýára van írva s zöld és veres selyem zsinoron függő pecséttel megerősítve; a mi azonban el levén veszve, nem tudható, melyik korbeli volt.

CCXXVIII.

1524—1527.

Sándor cardinnlis püspöknek és társainak a kolozsvári kádár czéh részére kiadott búesu-, illetőleg bünboesátó-levele, azok javára, a kik buzgók az imádságban, de egyszersmind a kolozsvári szent Mihály-egyház feldíszítésére is áldozatokat tesznek.

ALEXANDER ¹⁾ Ostien A

tt. sancti Johannis ante portam latinam Ludouicus itt. sancte Sabine Scaramu[n]cie tt. Sancti Cir

tt. sancte Marie in Araceli pbrí Innocentius sancte Marie in dompnica et hercules sancte [Agathe ²⁾]

xsti fidelibus presentes litteras inspecturis Salutem in domino sempiternam Quanto frequentius fidelium

igitur Capella seu Altare sancti Martini sita in parochiali ecclesia sancti Michaelis

Societate doliatorum instituta et erecta extitit congruis frequentetur honoribus et a xsti fidelibus

nec non libris calicibus luminaribus ornamentis ecclesiasticis et rebus alys diuino cultui inib

ad eandem et ad reparationem constructionem manutentionem munitionem huiusmodi manus prompt

Nos Cardinales prefati uidelicet quilibet nostrum per se suplicationibus dilectorum nobis in xsto

de Omnipotentis dei misericordia ac beatorum petri et pauli apostolorum eius auctoritatem confisi o

sive Altare in singulis uidelicet Natiuitatis et Resurrectionis domini nostri Jesu xsti sancti

diebus a primis Vesperis usque ad Secundas uesperas inclusiue deuote uisitaauerint a

predictis quibus id fecerint Centum Dies de iniunctis eis penitencys misericorditer in domino

nostras huiusmodi fieri nostrorumque sigillorum iussimus appensione communiri. datum Rome in domibus

Mensis Marty pontificatus sanctissimi in xsto patris domini nostri domini Clementis du

Jul Cecidec ³⁾.

Jo — ⁴⁾ Alter ⁵⁾

¹⁾ Kék és veres nagy új góth betűvel íron.

²⁾ N. t. Czinár M. úr utánjegyzése.

³⁾ E szó többi része olvashatlan.

⁴⁾ Több tag nines e szóból.

⁵⁾ Hosszával keresztbe fogott nagy ívalaku hártýára írt oklevél a kolozsvári kádár czéh leveles ládájában, melynek jobb felén egy tenyérnyi le van vágva. A sorok végén levő vonalak a szóknak a vágás általi megszakadását jelölik.

CCXXIX.

1525.

Mérai Dezső Antal hitvesével Anna asszonynyal együtt Mérában levő birtokuk fele részét a szent Erzsébetről nevezett kolozsvári elaggult szegények házának ajándékozza.

Conuentus Monasterij Beate Marie Virginis de Kolosmonostra. Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium Noticiam habituris Salutem In omnium Saluatore. Ad vniuersitatis uestre harum serie volumus deuenire Noticiam Quod Nobiles Anthonius desew de Mera et domina Anna Consors sua, nostri personaliter venientes in presenciam, Sponte et libere confessi sunt Retuleruntque, In hunc modum, Quomodo ipsi Matura intra seipos, deliberacione, diligentique discussione prehabita considerantes et Animo sepius sedulo Reuoluentes omnia mundi bona, subito ruitura, Nilque ex eis eterna et permansura, volentes Igitur omnibus Rebus mundanis Huiusmodi Transitorijs et caducis Renunciare Seque Totum ad dei Seruicium exhibendum et Salutem, Animarum ipsorum acquirendum dare et Apponere atque in perpetuum dei Seruicium ad Hospitale Ecclesie Sancte Elisabeth vidue, extra muros, Ciuitatis *Koloswariensis* fundate causa mansionis perpetue conferre Idemque Hospitale siue eandem Ecclesiam Juribus ipsorum possessionarijs atque aljs Rebus Infra notandis a deo ipsis collatis predotare, primo directam et equalem medietatem pretacte possessionis Mera vocate, In Comitatu de *Colos* existentis et habite Simul cum cunctis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet Terris Scilicet Arabilibus Cultis et ineultis, Agris, pratis, Campis, pascuis, fenetis, fenilibus, Siluis, Nemoribus, Rubetis, Virgultis, Aquis, flujs, Riuis, Aquarumque decursibus, Molendinis, piscinis, piscaturis, molendinorumque et piscinarum locis, Montibus, Vallibus et vinearum promontorijs, generaliter vero quarumlibet, vtilitatum et pertinenciarum eiusdem integritatibus quouis Nominis vocabulo vocitatis ad eandem de Jure et ab antiquo spectancium pertinereque debencium Molendinum vnum duarum Rotarum Super

Ez oklevél a nagy tudományu *Czinár Mór* úr szíves meghatározása szerint a VII. Kelemen pápa korából való, a ki uralkodott 1523. nov. 19-től 1534. sept. 25-ig, [Calendarium Historico-Christianum Medii et Novi Aevi, A. J. *Weidenbach*, Regensburg 1855. 220. l.] Leo pápa halála után 2-ik évben kezdvén azt. A búcsu-oklevelet adó cardinalisok és püspökök közül az első — úgymond — Sándor[Alexander Ostiensis] cardinalis püspök és dékán, tehát első cardinalis; Lajos [Burbon] 1517. választatott cardinalissá; Scaranuntia [Trivultius, Cardinalis presbiter, titulo S. Cyriaci in Thermis] választ. 1517. Innocentius [Cybus Genuensis] cardinalis diaconussá választ. 1513. Hercules, Rangun gróf, apostoli jegyző, cardinalis diaconussá választ. 1517. meghalt 1527-n. Hercules cardinalis megválasztatása és halála adatai szerint tehát ez oklevél 1524—1527 közt keletkezett.

[Nagy tiszteletű *Czinár Mór* pannonhegyi apát úrnak 1866-n november 24. tisztel. *Was József* akkor kolozsvári királyi lyceumi tanár és könyvtárnok úrhoz írt leveléből.]

fluio Nadas vocato Habitum, vineas quinque, in Territorio et intra Metas dicte possessionis Mera vocate adiacentes Equos redales Sex, Tres autem Succubitales siue Supersessionis aptos Equos equaciales Quadraginta boues Jugales siue Aratro convenientes Sedecim vaccas Maiores sex et Totidem minores, Oves ducentos et Quinquaginta, porcos Maiores cum minoribus Centum et Quinquaginta, Apum aluearia Triginta duo prefate Ecclesie Hospitalis Sancte Elisabeth, atque vsui pauperum In eadem degencium dedissent donassent, Contulissent Inscriptissent et Testamentali legacione simul cum ipsorum personis proprijs perpetuassent Jure perpetuo et Irreuocabili tenenda possidenda pariter et habenda Nullum Jus Nullamve Juris et dominij proprietatem in eisdem Sibiipsis de cetero Reseruantes, Sed totum et omne Jus, omneque Juris et dominij proprietatem in prefatam Ecclesiam Hospitalem Sancte Elisabeth atque vsum perpetuum pauperum [igy] in ea degencium transtulissent Jurique ipsorum ascripsissent, prout dederunt donarunt contulerunt Inscripterunt Testamentali Legacione perpetuarunt transtulerunt et ascripserunt Coram Nobis pleno cum effectu, Tali conditione mediante Quod Si temporum in processu Sepredictum Anthonium desew diuino Nutu ab hac Luce decedere, Domina Anna pretacta consorte sua superuiuente contingeret Ipsaque, in dicto Hospitali manere nollet quomodo Extunc depositis sibi prius et persolutis florenis Sexagintasex ex dicto Hospitali de et ex porcionibus atque Juribus predicti Anthonij Desew pro dote et Rebus parafernalibus eidem prouenire debentibus, Juxta Regni consuetudinem Succedendi tamen et deuoluendi sibi tercialitate Rerum mobilium prescriptarum puta equorum equacialium et aliorum, Bonum eciam vaccarum ouium et porcorum atque Apum, vinearum autem prescriptarum Duas porciones Arabilium Terrarum Jugera sex, Tria ex eis frugibus tria autem pro Auena aut alijs Bladis Seminandis In territorio et metis Jam dicte possessionis Mera In alia autem medietate eiusdem possessionis Mera suam propriam et Hereditariam, necnon porcionem quam Sepredictus Anthonius Desew pecunijs Emerat pro se iterum Rehabendi et quando voluerit disponendi potestatis habeat facultatem, Molendinum eciam prefatum vita sua durante tenere et possidere possit, Ita tamen Quod post mortem suam Idem iterum Ad dictam Ecclesiam atque vsum perpetuum pauperum prefatorum vt premissum est perpetuo Jure deuoluatur et Redundet, Si vero ipsis deo propicio prolium generacio adveniret, aut ipsa domina Anna ex hoc seculo migrante dictus Anthonius desew ab alia consorte per eum copulanda proles generaret, Extunc Idem Anthonius desew Huiusmodi prolibus certa sua vestimenta que voluerit, dare, et legare possit Nil tamen de Bonis Mobilibus et Juribus possessionarijs prescripto eisdem conferre valeat sed eosdem de suis Bonis et Juribus possessionarijs alijs, que habet, contentos reddere Debeat, Hoc denique per expressum declarato, Quod si quispiam fratrum et consanguineorum ipsius Anthonij desew et Nemo alter, predictam Ecclesiam Hospitalem Sancte Elisabeth aut pauperes in ea degentes de dominio dicte Medietatis possessionis pretacte Mera vocate pertinenciarumque et vtilitatum eiusdem eiicere aut excludere Niteretur et vellet

extunc non aliter, Nisi depositis prius eidem Ecclesie et pauperibus in ea degentibus florenis Tribus Millibus Antiquarum monetarum Hungaricalium Bonarum et Argentearum eisdem Ecclesie et pauperibus in ea degentibus per prefatum Anthonium desew Testamentalis Legacionis vinculo presencium per vigorem commissis deputatis et Legatis eiiciendi et excludendi habeat potestatis facultatem, In cuius Rei Memoriam, firmitatemque perpetuam presentes literas nostras pendentis et autentici Sigilli nostri munimine Roboratas duximus dandas et concedendas, Datum feria Sexta proxima ante festum Sancte et Indiuidue Trinitatis, [jun. 6.] Anno Domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo Quinto. ¹⁾

CCXXX.

1526.

X. Leo pápa a kolozsvári plebánus és az oda való szerzet-főnökök közt a halottak eltemetési díjából kinek-kinek járó illetőségi ügyben korábban hozott pápai ítéletnek végrehajtására egyházi biztost küld ki.

Leo episcopus Seruus Seruorum dei dilectis filijs Preposito et Archidiacono de Torda ecclesie Transiluanen. Salutem et apostolicam benedictionem Sua nobis dilectus filius modernus Rector parrochialis ecclesie loci de *Coloswar* Transiluanensis diocesis petitione monstrauit quod licet corpora parrochianorum dicte ecclesie defunctorum apud ecclesiam domus beate Marie ordinis fratrum predicatorum dicti loci sepulturam eligentium antequam ad sepulturam huiusmodi deferantur ad dictam parrochiam ecclesiam ueluti illorum matricem deferri ac ibidem Missa pro defuncto in remedium anime sue celebrari consueuerit fueruntque predictus et alij qui fuerunt pro tempore ipsius ecclesie rectores predecessores Sui in pacifica possessione uel quasi obseruantie consuetudinis huiusmodi a tanto tempore cuius — ²⁾ memoria non existit Quia tamen tempore felicis recordationis Pauli pape ij predecessoris nostri tunc Prior et fratres dicte domus eidem consuetudini temeritate propria contra — ³⁾ corpus cuiusdam parrochiani dicte ecclesie tunc defuncti qui apud ecclesiam dicte domus sepulturam eligerat tunc ad eandem ecclesiam matricem iuxta laudabilem consuetudinem predictam delatum violenter asportare ac parrochianos dicte ecclesie parrochialis ab illius uisitatione diebus Dominicis et festiuis retrahentes eos diebus ipsis temere ad diuina recipere et sacramenta ecclesiastica preter et contra teno-

¹⁾ A szent Erzsébetről nevezett elaggult szegények háza levéltárában levő eredetiből, mely bőrhártyára van írva s fejjér és zöld selyem zsinoron függő viaszpecséttel hitelesítve. [Fasc. A. Nro 5.]

²⁾ Egy szó kívásva.

³⁾ A mondat további része kívásva.

rem Constitutionis a felicis recordationis Bonifatio papa viij predecessore nostro editam que incipit, „*Super cathedram*“ et per pie memorie Clementem papam V etiam predecessorem nostrum in Viennen. Concilio innouatam ac tunc ipsius ecclesie Rectoris uoluntatem exhibere necnon eorundem parrochianorum confessiones audire dictorumque parrochianorum defunctorum corpora apud ecclesiam dicte domus eorum sepulturam non eligentium ecclesiastice sepulture tradere presumpserant et presumebant De funeralibus quoque et relictis per defunctos eosdem etiam apud ecclesiam domus huiusmodi ipsorum sepulturam eligentes Quartam siue Canonicam portionem eidem tunc Rectori a prefatis Priore et fratribus iuxta dictam decretalem debitam sibi exhibere recusabant Idem tunc Rector Priorem et fratres predictos super hoc petendo eos condemnari et compelli ad desistendum a uiolentijs et alijs premissis necnon dandum et soluendum sibi Quartam siue portionem huiusmodi coram tunc Vicario Venerabilis fratris nostri Episcopi Transiluanen. in spiritualibus generali traxit in causam et idem Vicarius in ea rite procedens diffinitiuam pro eodem tunc Rectore et contra tunc Priorem et fratres predictos sententiam que postea nulla saltem legitima prouocatione suspensa in rem transiuit iudicatam promulgauit Et deinde premissis dicto Paulo predecessori pro parte eiusdem tunc Rectoris parrochialis ecclesie huiusmodi expositis ac eidem humiliter supplicato ut sententiam predictam faceret robur obtinere debite firmitatis idem Paulus predecessor preposito et Archidiacono de Torda ecclesie Transiluanensis eorum proprijs nominibus non expressis cum clausula quod si non ambo eis exequendis possent interesse alter eorum ea nihilominus exequeretur suis litteris dedit in mandatis ut sententiam diffinitiuam predictam sicut iuste prolata erat facerent eius auctoritate appellatione postposita firmiter obseruari prout in eiusdem litteris plenius continetur — — — — — ¹⁾ subiungebat nostri in prepositura et Archidiaconatu de Torda dicte ecclesie Transiluan. predecessores ad ex — — — — — ²⁾ processerunt nosque propter obitum dicti patris predessoris ne integra dubitetis ad illarum executionem posse procedere pro parte dicti moderni Rectoris nobis fuit humiliter supplicatum ut dictam sententiam robur faceremus firmitatis debitum obtinere et Executoriales litteras ut moris est desuper decerni necnon expensas forsitan condemnatus que taxate non sunt taxari mandare dignaremur Quocirca discretioni uestre per apostolica scripta mandamus quatenus si uocatis priore et fratribus dicte domus et alijs qui fuerint euocandi de sententia et re iudicata huiusmodi nobis legitime constiterit eandem sententiam sicut rite prolata est faciatis auctoritate nostra appellatione remota firmiter obseruari Executorialesque litteras uti moris est desuper decernatis ac expensas condemnatas que taxate non sint prouida moderatione taxare curetis Et si taxationem huiusmodi per nos fieri contigerit de expensis pariter etiam moderno Rectori debitam satisfactionem per censuram ecclesiasticam appellatione remota

¹⁾ Nehány szó ki van vásva.

²⁾ Több szó ki van vásva.

faciatis impendi Quod si non Ambo hys exequendis potueritis interesse alter uestrum ea nihilominus exequatur Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo vicesimo — — —
 — — Sexto — Kalen. Aprilis [márcz. 27.] Pontificatus — — — nostri
 — — Anno — — Octauo — Aloisius ¹⁾

CCXXXI.

1527.

János király tiltó rendelete idegen szabó-műveknek Kolozsvár városába be nem hozhatása iránt.

Com ppa dni Regis

Joannes dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie Croacie, etc. Fidelibus nostris Spectabili et Magnifico Petro de Peren Waywode nostro Transsiluano et Siculorum Comiti, ac Vicewaywodis eiusdem Alÿsque vniuersis Baronibus Comitibus Castellanis Nobilibus Magistris ciuium Judicibus et Juratis, quorumcunque Ciuitatum Oppidorum et Villarum parcium Regni nostri Transsiluanarum, Salutem et gratiam, Exposuerunt nobis graui cum querela fideles nostri vniuerse Cehe siue confraternitates Sartorum Ciuitatum nostrarum Transsiluanarum, Qualiter essent plerique forenses et extranei negociatores, Qui contra ueterem ipsorum, exponentium libertatem et consuetudinem, vestes, saretas et paratas ex partibus alienis in Transsiluaniam inducere, et in maximum dampnum ipsorum exponencium vendicioni exponere cepissent, Nolumus itaque ipsos per quempiam contra libertates eorum antiquas [si et in quantum hactenus huiusmodi libertate iuxta indulta diuorum Regum Hungarie predecessorum nostrorum vsi sunt] opprimi; Sed eos ex debito regiminis nostri, officio, tueri, propterea fidelitati vestre, et unicuique vestrum harum serie mandamus firmissime, vt statim acceptis presentibus, et premissis sic se habentibus passim in singulis Ciuitatibus et Oppidis promulgari facere debeatis, vt nullus extranea vestimenta in preiudicium ipsorum exponencium inducere isticque vendicioni exponere sub ammissione eorundem presumat, Si quis autem id temere attentare et se huic nostro mandato opponere auderet, Damus vobis et ipsis exponentibus facultatem per presentes vt huiusmodi extranea vestimenta libere auferre possitis et valeant auctoritate nostra, presentibus in hac parte concessa,

¹⁾ A kolozsvári római kathol. plebánia levéltárában levő eredetiből, mely bőr hártýára van írva s egyszerű spárgán függő pecséttel volt erősítve, a mi azonban ma nincs meg; a hártýa szögletein kívül-belől a cardinalisok aláírásai; hátán e megjegyzés: *nem rank nezeo leud'*, a mi unitárius megjegyzés és kétségtelenül mutatja, hogy ez okmány — egykor az unitárius hitvallásuak birtokában volt. [Fasc. 1. Nro 21.]

Secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis Datum Bude Sabbato proximo ante festum Pasche [ápril 12.] Anno domini Millesimo Quingentesimo vigesimo Septimo.¹⁾

CCXXXII.

1527.

János királynak Kolozsvár hűségét magasztaló királyi levele, melyben annak hozzá való ragaszkodásáért 300 forint évi királyi adóját elengedi, e felett neki pénzváltási és pénzverési jogot ad.

Co ppa Dni Regis

Nos Joannes Dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Memorie commendamus Tenore Presentium significantes. Quibus expedit Uniuersis, Quod Nos cum alias sepe, Tum vero in presenciam, sedulo ac diligenter considerassemus, quam ob causam. Inter alias virtutes, que principales dicuntur, ipsa fides, que una virtutum est, primum, Laudis Locum. primamque commendacionem apud Mortales meruerit facile Nobis eam consideracionem declaravit. presencium rerum Status et condicio, Cum enim superioribus Temporibus. Serenissimo principe quondam Domino Ludouico Rege. felicis memorie. honesta Morte pro hac patria. in Bello contra Thureos Nominis Xstiani perpetuos hostes absumpto, uno voto, unaque voluntate prelatorum Baronum ac Nobilium Regni huius nostri Hungarie, in Regem electi ac coronati fuisset, fuerunt plerique, qui priuata comoda bono publico posthabuerunt, atque pretulerunt, Nam Ferdinandum Regem Bohemie externum et Alienigenam. contra fidem statutaque Regni, ac Maiorum suorum Sanciones in hoc Regnum armato exercitu Induxerunt, eidemque quo maxima Calamitate eos. qui faccioni sue non adhererent, afficeret, auxilium prebuerunt. Qui Armis suis diffidens. cum precio et promissionibus, cepisset fideles subditos nostros Oppugnare, perpauci admodum Reperti sunt, Quibus fides ac Integritas pecunia carior esset, quique Honorem, ac Honestum pro turpi Lucro non contempnerent. In qua hominum perfidia ac prodicione, Nosque coacti, hosti venienti Locum dare. Cum In partes has Regni nostri Transsilvanie, ad ea scilicet Loca, Que Beneficys nostris. et Juramento suo nobis obnoxia erant. et ob hoc fideliora credita, peruenissemus, Inuenimus et Illas eadem perfidia flagrare et Inquinatas esse, Nam Ciuitates pene omnes Saxonum, Nobiliumque nonnulli, ac Siculorum aliqua pars, fide et fidelitate relicta, faccioni Germanice Adheserat, et erecta ceruice contra Nos, auctoritatemque nostram, multa nequiter et perfide agebat. Soli ciues et Incole Ciuitatis huius nostre *Colosvariensis*. inter omnes Ciui-

¹⁾ A szabó ezéh leveles ládjában levő eredetiből, maly hártýára van írva, s a király nagyobb rányomott pecsétével megpecsételve. [Fasc. sub. A. Nro 6.]

tates Saxonum Inuenti sunt. Qui non precio, non promissis, non persuasionibus, non motu, non denique ullo calamitatis terrore. Que ab aduersarijs Magnifice spargebantur, a vera fide abduci potuerunt, Sed memores sui Juramenti, Memores Integritatis ac constancie, Nos tanquam verum Regem, et dominum suum recognouerunt, Ciuibusque pocioribus nobis obuiam Missis portisque Ciuitatis sue patefactis, omni Honore ac Humanitate, prout debebant exceperunt, unde nobis ipsa experientia patuit. quam accepta debeat esse principibus suorum subditorum fides, et quanto rarior in Rebus aduersis inueniatur, eo sit inter alias Animi dotes excellenciori Loco habenda, Sed ut Talibus Tantisque meritis suis, prefati Ciues et Incole ac Inhabitatores *Colosvarienses*. et presentes fruantur. et apud posteros Seruate fidei commendacionem mereantur. Deliberauimus nos quoque eos aliquo munificencie nostre Regie dono prosequi. Quo apud omnes pateat. Quod premium. quamque Laudem, seruata Subditorum apud suum principem fides mereatur, Sane igitur. Cum alias In Ciuitate nostra Cibiniensi Auri permutacio. Que Cementum appellatur, monetarumque Aurearum, ac Argentearum cusio, ex instituto Regum Hungarie, predecessorum nostrorum hactenus habita fuerit, cusionem et mutacionem eandem ex ipsa Ciuitate Cibiniensi propterea Quod eadem, neglecta fide et fidelitate. quam nobis Sacro Sancte pollicita erat. Secunda post Ciuitatem Brassouiensem faccioni Germanice adhesit. et oratorem ipsius Ferdinandi Regis Inimici nostri. consensu omnium Ciuium et Incolarum Intromisit. eiusque Instinctu et persuasionibus, contra ius Arma summere ac multa inconueniencia moliri non dubitauit, auferendam, et in dictam Ciuitatem *Colosvariensem*. uti fidelem et ab omnibus Regibus Hungarie Benemeritam, transferendam duximus. preterea ut ydem Ciues et Incole virtutum suarum premio affecti, ad maiora fidelitatis facinora possent suo exemplo posteros suos allicere. eosdem ac heredes. posteritatesque suas uniuersas, a solucione Illorum Trecentorum florenorum quos annuatim nobis et Fisco nostro Regio soluere tenebantur, perpetuo, eximendos duximus. et supportandos. Immo auferimus eandem permutacionem auri, siue Cimentum, Cusionemque monetarum et in dictam Ciuitatem *Colosvariensem* Transferimus, ciuesque et Incolas eiusdem a Solucione dictorum Trecentorum florenorum perpetuo eximimus, et supportamus, harum nostrarum vigore et Testimonio Literarum mediante, Datum in prenotata Ciuitate nostra *Colosvariensi* in festo Beatorum Simonis et Jude Apostolorum [octob. 28.] Anno Domini, Millesimo Quingentesimo Vigesimo Septimo; Regnorum nostrorum predictorum Anno primo.

Joannes Rex

Manu ppa ¹⁾

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely regál papírosra van írva s rányomott pecséttel erősítve. [Fasc. C. Nro 15.]

CCXXXIV.

1529.

János király a rá Gerendi Márton és Péter hűtlenségi büntetésök ezimén szállott Magyar- és Oláh-Bányabükk és Szent-Márton falvakat Kolozsvár városának adományozza.

C^o ppria domini Regis.

Nos Joannes dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes. Quibus expedit Vniuersis. Quod nos consyderantes in animoque nostro Renoluentes. fidem constanciam. ac fidelium seruiciorum gratissima. cumulataque merita fidelium nostrorum prudentum et circumspectorum. Judicis. Juratorum. ceterorumque ciuium et Inhabitorum. Ciuitatis nostre *Kolosuariensis*. Que ipsi Maiestati nostre. Superiori tempore. cum ab hoste nostro Ferdinando Iniuste persequeremur. nobis in medio ipsorum per certos dies agentibus. cum summa fidelitatis constancia exhibuerunt et Impenderunt. Horum Igitur intuitu volentes Nos eosdem ciues nostros. gracia et liberalitate nostra Regia prosequi. Totales possessiones. Maghÿar Banÿa Bÿkÿ. et olah Banya Bÿkÿ, in de Kolos. ac Zenthmarthon vocatas in de Thorda comitatibus parcium Regni nostri transsiluanarum existentes et habitas. Que Nicolai Petri et Martini de Gerend prefuissent. Sed ex eo quod ipsi Immemores fidei et fidelitatis ipsorum. Qua nobis uero legitimoque et coronato Regi Hungarie astricti erant. contra publicam constitutionem tocius Regni nostri Hungarie. Ferdinando. nostro eiusdemque Regni nostri Hungariae. publico hosti adhe- sisse. partesque eiusdem fouisse. et multa perperam egisse per hoc que Notam perpetue Infidelitatis ac crimen lese nostre Maiestatis palam Incurrisse dinoscuntur. ad Sacram dicti Regni nostri Hungarie coronam consequenterque collacionem nostram Regiam Juxta antiquam et approbatam eiusdem Regni nostri consuetudinem atque legem. Rite et legitime deuolute esse perhibentur et Redacte. Simul cum cunctis suis Vtilitatibus et pertinentiis quibuslibet. Terris scilicet arabilibus. cultis. et incultis. Agris. pratis pascuis. campis. fenetis. Siluis. Nemoribus. Montibus. Vallibus Vineis. Vinearumque promonthorys. Aquis. fluuÿs. piscinis. piscaturis aquarumque decursibus. Molendinis et eorundem locis. Generaliter vero. quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quouis Nominis Vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis existentes et premissis sic ut prefertur se habentibus. Memorare Ciuitati nostre *Kolosuariensi* et per consequens Iudici et Juratis ceterisque ciuibus et inhabitatoribus eiusdem Ciuitatis nostre ipsorumque heredibus et posteritatibus Vniuersis dedimus donauimus et contulimus. Immo damus donamus et conferimus Jure perpetuo et Irrevocabiliter tenendas possidendas pariter et habendas Saluo Jure alieno harum nostrarum Vigore et testimonio litterarum mediante Quas in formam nostri privilegÿ Redigi faciemus dum nobis in specie fuerint

Reportate Datum in Ciuitate nostra Lÿppa secundo die festi Diuisionis Apostolorum [jul. 15.] Anno domini Millesimo Quingentesimo vigesimo nono Regnorum vero nostrorum Anno tercio.¹⁾

CCXXXV.

1531.

Gesztrágyi Ábrahám mérái birtokos oda való Istenkelety nevű erdeje egy részét a szent Miklósról nevezett odavaló egyháznak ajándékozta.

Nos Conventus Monasterij Beate Marie Virginis de Kolos Monosthra Memorie commendamus per presentes, Quod Nobilis Abraham Gezthragy de Mera, Nostri personaliter veniens in presenciam, sponte et libere Confessus est, retulitque in hunc Modum, Quomodo ipse matura in se deliberacione prehabita diligenter et sepius animo revoluendo omnia Mundi Bona esse Transitoria, nichilque eorum, nisi que in dej et Sanctorum Eius, laudem transferuntur Duratura esse, volens Igitur sue et omnium suorum saluti consulere quandam partem Silue sue in Territorio possessionis Mera, vocate predictae Istenkylthÿ vocate in Comitatu de Kolos existentis a parte cuiusdam territorij medues vocati, Ibidim habiti, sitam et adiacentem Simul cum cunctis utilitatibus, prouentibus, et Emolumentis Ecclesie parochialj Beati Nicolaj Episcopj, et Confessoris in prefata possessione Mera vocata, habite dedisset, donasset, et contulisset Jure perpetuo et Irrevocabilj tenen. possiden. pariter et haben. nullum Jus nullamve Juris et Dominij proprietatem prefatus Abraham Gezthragy sibi ipsi de cetero in eadem reservan., sed totum et omne Jus, omnemque Juris et dominij proprietatem in prefatam Ecclesiam Beati Nicolaj transtulisset, Jurique ipsius ascripsisset, imo dedit donauit, contulit, transtulit, et ascripsit coram Nobis pleno cum effectu eo modo, ut si quispiam Fratrum vel consangvineorum suorum, predictam Silue partem, ad se redimere vellet, extunc non aliter nisi depositi prius et prefate Ecclesie Beati Nicolaj plenarie persolutis viginti quinque flor. paratis in pecunijs, ad se redimendi habeat potestatis facultatem. Harum Nostrarum vigore et testimonio Litterarum mediante. Datum feria quinta proxima Ante festum Beati Georgij martiris [ápril 19.] Anno Domini Millesimo quingentesimo tricesimo primo.²⁾

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely két rétű regál papírosra van írva s középen a király veres viaszba nyomott nagyobb pecsétével megerősítve. Minden ép. [Fasc. D. Nro 23.]

Egy hasonló második példány látható. [D. 21 sz. alatt.]

²⁾ A sz. Erzsébetről nevezett kolozsvári elaggult szegények háza levéltárában levő eredetiből, mely író papírosra van írva s hátlapjára rányomott pecséttel volt hitelesítve. [Fasc. Nro 7.]

CCXXXVI.

1531.

János király maga elébe idézteti Kolozsvár biráját, esküdt és más polgárait azért, hogy ők Statileo püspöknek az igaz dézmát a régi szokás és szabályok szerint megfizetni vonakodnak.

C^o ppa Dni Regis.

Joannes Dei Gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Fidelibus nostris Prudentibus et Circumspectis Judici et Juratis ceterisque Ciuibz Cunitatis nostre *Kolosvariensis*, Salutem et Graciam. Ex relacione fidelis nostri Reuerendi domini Joannis Stutily Episcopi Transsiluanensis, Consiliarij nostri intelleximus, Qualiter vos decimam vinorum istius promontori vestri *Kolosvariensis*, ita redderetis ut ex illo modo restitutionis Decimarum idem dominus Episcopus maximum damnum pateretur, neque enim decime ille restituerentur modo aliarum Cinitatum, et huius Regni nostri Transsiluanensis, neque more Regni Hungarie, Sed cum maxima dissipacione et damno, Vnde Estate preterita fidelis noster Spectabilis et Magnificus Stephanus Bathori ge Somlyo Comes et Waywoda noster Transsiluanus intellecta re prescripsisset literis suis modum et formam reddendarum Decimarum, Quod eciam mandatum Observare recusassetis, Quia vero Maiestatis nostre officij est, tanquam patroni Ecclesiarum similes abusus corrigere, et in melius reformare, ne ex defectu prouentuum cultus diuinus et defensio Regni minueretur, Quare committimus vobis, ut octava die post harum exhibicionem, coram nobis comparere debeatis, reddituri rationem premisorum, et intellecturi mentem nostram in premissis, Qui si non conparueritis, nos tamen in eo ita statuimus, sicut deo et justicie videbitur conuenire, Et aliud non facturi, Presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum Albe Julie die Dominico proximo ante festum Assumpcionis virginis gloriose, [aug. 13.] Anno Domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo primo. ¹⁾

CCXXXVII.

1531.

Magdolna minorita-szerzetbeli testvér, egykor Kőfaragó Györgyné végrendelete a kolozsvári és más helyeken levő szentegyházak és szerzetek javára.

In Nomine Domini Amen, Anno Eiusdem Millesimo Quingentesimo Trigesimo, die Vigesima July, Ego Magdalena Vxor circumspecti condam Georgij lapicide de *Coloswar* Confratrissa fratrum Minorum Claustri Beatiss-

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely papirosra van írva s alól középben a király nagy pecsétével megpecsételve, mi azonban le van töredeзве. [Fasc. DD. Nro 5.]

sime virginis Marie in eadem *Coloswar* fundati Maturo Mecum deliberans consilio, quam vana et quam fallax omnis huius Mundi gloria, Quamque preceps et Incerta omnibus, Mortis hora Ne quid mihi valetudine laboranti ex improvise accadat, vel agonizanti copia loquendi desit, vel [quod Deus avertat] Mentis alienacio subruat. Adhuc in humanis agens, menteque et corpore valens, de omnibus Bonis Mobilibus et Immobilebus Mihi a Deo collatis, dispono, ordino et facio Testamentum, ordine quo sequitur, Hoc addito, quod huic mee Testamentarie dispositioni eciam Testamentum a prefato marito meo [mea spontanea voluntate ad hoc annuente] confectum, Insertum et pro sufficienter expressum decerno.

In primis lego prefatis fratribus Minoribus florenos triginta duos in auro ita quod ipsi celebrent Sepcies septem Missas cum passione, Item [per ¹⁾] Integrum annum qualibet feria Secunda cantent Requiem, et illis diebus, vel alia die dicant vigiliam mortuorum, Item lego Centum florenos ad ornandum Sericum album deauratum wlgo Kamuka, de quo fiat Indumentum Sacerdotale ad Maius Altare claustrij prefati et de Ipsiis C. florenis emantur crux et attinencie ad idem Indumentum XXV. Horum C. florenorum erit de auro, Reliqua pars de Monetis, Item similiter lego Viginti quinque florenos ad vnum Indumentum Altaris, Quod fiat ad dictum Maius altare de alba Kamwka, Item lego florenos Quinque, pro vno alio Indumento Sacerdotalij ad dictam Ecclesiam fratrum Minorum, Quod fiat de Nigro Atlasio wlgo Atlacz, in Memoriam defunctorum. Item similiter lego florenos quinque, quibus ematur kamwka nigra pro Indumento Altaris defunctorum, Quod consistit in dicta Ecclesia fratrum Minorum sine Organo Item lego florenos Sedecim pro Indumento Sacerdotalij ad Capellam Sorrorum Tercij ordinis Beati francisci, quam ego feci fieri Quod quidem fiat de Alba kamwka, Item ad Ecclesiam parochialem Sancti Michaelis, lego florenos decem, vt ematur Alba Kamwka pro Indumento Sacerdotalij, Item Ad vestituras fratrum Minorum Claustrij Beate Virginis memoratj lego florenos Quattuordecim, vt orent pro me et meis defunctis, Quas lego ex illa deuotione, quam ad eorum ordinem habui, vt oracionibus eorum sim commendata, Item sepulturam eligo in iam fato Claustro Beate virginis fratrum Minorum quemadmodum et Maritus meus predecessor, Item pro Trecesima, in Ecclesia parochiali diui Michaelis dicte Ciuitatis, Celebranda, lego florenos Tres, Capellanis Inibi seraientibus existentibus, Item pro Septem Missis in Sacello diue Marie Magdalene in die depositionis funeris mei A predicatori dicte Ecclesie Maioris celebrandis, eidem predicatori lego florenum unum. Item celebri confraternitati societatis Atre Corporis Christi in prefata parochiali Ecclesia constructe que Missa corporis Christi celebranda lego florenum vnum, Item pro deauracione Tabule Omnium Sanctorum in prefata parochiali Ecclesia existentis similiter florenum vnum, Item Altariste Altaris Diui Am[brosij ²⁾] in Ecclesia prenotata parochialj fundati, pro

¹⁾ Szókötési szabály szerint az itt kívásva levő szó ennek látszik.

²⁾ A kívásva levő szótagok így egészíthetők ki.

celebrandis Missis in dicto altari lego denarios Quinquaginta, Item fratribus ordinis predicatorum intra Muros huius Ciuitatis commorantibus, pro XXXXI. Missis celebrandis lego florenos 111j, Item, pauperibus leprosis sed et mala Scabie correptis et infectis, In Hospitalj Sancti Spiritus extra Menia huius Ciuitatis commorantibus, lego denarios Quinquaginta, ita ut Ipsi pauperibus equaliter diuidantur. Item Sanctimonialibus sub habitu Nigro in Claustro sub Inuocacione diui Egidij constructo commorantibus, Omnia mea vestimenta, absque tamen Argenteis Clenody in ipsis vestibus consulis lego, Ita vt vsque ad vigintiquinque Annos singulis Sabbatis diebus et Sanctorum vigilijs Quolibet vespere, in Ecclesia Ipsarum, Salue decantent, Item omnia Suppellectilia Domus mee, Exceptis duntaxat Argentorys lego Sororibus Tercij Ordinis Beati francisci, sub habitu Griseo intra Muros huius Ciuitatis habitantibus ita, vt amictum ex eisdem sibi ipsis disponant, ex quo videlicet amictu Elena Soror ibidem Deo Inuigilans mihi-que speciali Zelo dilecta, vltra Sortem aliarum, Mantellum habeat, Item Tapeta omnia in domo mea existentia ad dictam capellam Sororum de Tercio ordinis [igy] diui francisci lego, Item Vineam in promontorio Sancti Georgij sitam lego Sororibus Sancti Dominici, Item, Domum, Quam Inhabito, totaliter, et ex integro, dictis fratribus Minoribus lego, Item Quattuor Baltea cum suis Bullis, et Coeleraria angentea nouem, et fibulas XVIIj, et pittarium vnum Argentum lego ad sepefatum Claustrum fratrum Minorum, vt ex his fiat calix ad Cultum diuini Obsequij Item Agrum arabilem eum lego Sororibus iam dictis, Sancti francisci, Item ad Conuentum Strigoniensem fratrum Minorum de obseruancia lego florenos Quinque, ad Conuentum Budensem eciam quinque, ad Conuentum Pesthiensem, similiter Quinque, et ad locum de Gyengyes et Beren, Thata et Wysegrad, loca dictorum fratrum, ad singula loca lego florenos Quinque, Item fratribus predicatoribus supra dictis de *Coloswar* [pro¹⁾] Sepcies septem Missis cum passione celebrandis, lego florenos Septem, et pro Triginta Missis, eisdem lego florenos Tres, Item pro voto meo Redim[en²⁾]do, mittatur [unus h³⁾] omo deuotus ad Urbem Romam, cui lego florenos viginti in Auro, et de isto homine prouideat pater Gwardianus de coloswar predicta pro Tempore constitutus⁴⁾], Item ad capellam Sanctorum fabiani et Sebastiani Martirum, apud fratres predicatorum, pro Reformacione Tabule lego florenos 1j. Item ad Capellam Beate virginis extra muros Ciuitatis, Rectori eiusdem Capelle pro Tempore constituto lego florenos Sex, ita, vt per Integrum annum singulis Sabbatis diebus dicat vnam Missam de Beata Virgine, Item ematur Kamwka alba deaurata de qua fiat dalmatica ad Maius altare dictorum fratrum Minorum de *coloswar* Item ad domum Infirmorum eorundem fratrum lego vnam Bonam Mensam cum Cista paratam, Aliam Mensam simpliciorum

¹⁾ A kívásott szó ez lehet.

²⁾ A kívásott szótag ez.

³⁾ A kívásott szó és szótag ez fog lenni.

⁴⁾ A kívásott szótag ez lehet.

lego ad Ecclesiam Sancti [Spiri ¹⁾]tus ad vsum pauper[um Item ²⁾] Ad conuentum Waradiensem lego florenos decem, vt pro anima mea dicant Tringinta Missas et Quinque Missas cum passione, Item domine Magdalene, filie Egregy condam petri desy sorori ordinis sancti dominicj lego vnum vas vini, ad conuentum de Wasarhel fratribus minoribus florenos 11j ad locum de felfalw florenum j ad Thÿws eisdem fratribus fl j ad Karansebes lego florenos 11j ita quod omnes isti fratres dicant Missas aliquas cum passione Item Tres Armillas ad predictam calicem conflandas lego, Item Dÿoniso presbitero et Nicolao presbitero, Qui in Bonezÿda primicias cantauerint, lego singulos Cantaros plumbeos et Scutellas plumbeas, et Cusinos, wlgó Heÿasfewal, Item Ad preparationem dictj calicis florenos X. Item pauperibus honestis et deuotis ad vestituram lego florenos XV. Executores autem horum omnium sint Anthonius Iweges, Andreas Zabo, Anthonius cha[na ³⁾] dy et Benedictus lapicida, ac Agnes Relicta condam Martini patÿkas, Vrsula Relicta Matthei Demeterffy ac Catharina de Chyk Soror Tercy ordinis S francisci, nunc prelata et deinceps alia prelata pro tempore constituta. In Cuius Rei Testimonium presentes litteras duxi emanandas, Datum in edibus meis proprÿs decima nona decembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo primo. ⁴⁾

CCXXXVIII.

1532.

Statileo János erdélyi püspök feddő levele Kolozsvár birájához és esküdt polgáraihoz, hogy kíváncsiság helyett mesterségök után lássanak; most pedig a királynak küldjenek asáfrány áraban 3000 forintot.

Prudentes et Circumspecti Amici nobis dilecti Salutem, Intelligimus vos esse nimis curiosos nouitatum, et Quod Iudex vester non potest interim prandium Sumere donec Intellexerit, quid Regie Maiestati domino nostro clementissimo Coquatur, Et quid Ferdinandus Somniat, Cum Tamen vestri Officy Sit non nouitates Expiscare Sed artes vestras exercere, Et esse contentos de illis nouitatibus quas vel Regia Majestas vobis Significat vel Sui Officiales, Nimia enim Curiositas solet Inijcere Suspicionem, Sed hoc Accipite ut a bono et Amico et vicino, Ceterum statim mittite nobis Tria millia florenorum pro precio Croci; Quia Regia Maiestas Aliud non vult, Et statim mittite, ne cogimini duplum solvere, Et bene valete, Datum in Castro Nostro Gyálw Dominica die proxima post festum omnium Sanctorum [nov. 2.] 1532.

Joannes Stutilius Episcopus Transsiluanus
Consiliarius Regie Majestatis etc. ⁵⁾

¹⁾ A kivásott szótagok így egészíthetők ki.

²⁾ Az elmosult szótag és szó ez lesz.

³⁾ Az elmosult szótag így egészíthető ki.

⁴⁾ Az erdélyi Muzeum birtokában levő eredetiből.

⁵⁾ A papirosra irt eredetiből, melynek czíme : Prudentibus et Circumspectis

CCXXXIX.

1532.

Kolozsvár birája- és esküdt tanácsosaitól az oda való esztergárosoknak adott czéhszabályok.

Quoniam ea que Juris ordine Sunt Ac Reipublice terminantur argumento Litterali testimonio solent conservari, propter commodum et Utilitatem quorumlibet hominum, ratione tranquilli et pacifici Status Universitatis ipsorum tam diuturnum, quam pauperum, Ut eorum profectus Uberiosius [így] augeatur, et salviferum recipiat incrementum, Proinde Nos Stephanus Ethwes Judex ceterorumque Juratorum Consulum Civitatis *Coloswariensis* Universitas ad Universorum notitiam tam praesencium quam futurorum, harum Serie volumus pervenire, Quod nostri conspectus venientes in praesenciam, Circumspecti Andreas Scheurner atque Franciscus Esztergaros Nuncupati conmagistri nostri in suis aliorumque artificy torneatorum magistrorum nominibus et personis exhibuerunt nobis, unam Seadam papiream certos articulos, de et super Statutis, decretis et laborum ordinacionibus, pro honore ac laudabili eorum consvetudine et Utilitate perpetuis futuris temporibus observandis, in se continentem, Quos ipsi ad instar aliarum Ciuitatum Regalium, ejus Artis magistri ob honorem Civitatis nostrae et ipsorum Utilitatem parili Voluntate Unanimiter conservare deliberarunt; petentes Nos debita cum instantia, ut nos ipsas ordinaciones, et Statuta de Verbo ad Verbum in formam privilegy per Sollicitudinem officy solertem ad debitum perduceremus et redigi faceremus effectum, Unde et nos Attendentes petitionem ipsorum, fore justam ac Juri consonam Supplicationibus eorum favorabiliter Inclinati Singulis sequentibus Articulis et clausulis Benignum praebuimus assensum. Quorum tenor Sequitur in hunc modum *Primus Articulus*. Quod In Cheha habeant duos magistros Chehales. In super habeant duos Magistros servitores circum altare ad cultum divinum, Et si quis ipsorum circa Altare inhoneste aut indiscrete servierit vel servicia negligens permitteret, extunc talis teneatur et convineatur ad Cheham libras [így] cere duas. *Item* Quando magister Chehe aliquem Magistrorum vocari fecerit vel per se vocaret et nisi absque rationali recusacione venire nollet, extunc talis teneatur ad Cheham Libras cere duas. *Item* quod in Cheha duos magistros Chehae teneant, unum Hungarum, alterum Saxonem, *Item* nullus magistrorum inter eos artem ipsorum exercere audeat, nisi prius in libro Ciuitatis intitulatus et unus concivium fuerit et Uxorem duxerit alias non. *Item* nullus inter eos magisterium exercere valeat nisi prius aliquid pro artis sue probacione praeparare teneatur absque subsidio et Juvamine alterius magistri, antequam Uxorem duxerit, Qui si secus fecerit convineatur in medio Centenario cere Cheham. *Item* Quando tempore congregationis magistrorum, alter alteri mentiri diceret, extunc talis teneatur et convineatur

ad Cheham libris cere quattuor. *Item* si aliquis famulorum Licentiam Abeundi a domino suo vult habere, extunc talis teneatur domino suo ante quattuordecim Dies recessum suum notificare. Quod si Aliquis secus fecerit extunc talis in hac Cheha laborem exercere ne audeat nisi ex bona libertate domini sui qui post talem liberum pronunciaverit. *Item* Si aliquis magistrorum alterius laborem coram hominibus vituperaverit, extunc talis convincatur ad Cheham cera in valore unius floreni. *Item* Si aliquis magistrorum ligna ad artificium eorum emeret sine scitu magistri Chehe extunc talis convincatur ad Cheham Cera in valore unius floreni, Deinde si aliquis magistrorum partem habere vellet, omnes insimul dividant quibus placeret sed nemo lucrum accipere audeat. *Item* si aliquis magistrorum alterius magistri famulum, absque scitu domini sui quomodocunque alienaret illud quoque probabile foret, extunc talis magister convincatur et puniatur in duobus florenis. *Item* Quicumque artem istam addiscere cupit extunc Juvenis talis ad Cheham teneatur solvere statim et ———¹⁾ florenos duos Annosque discipline sue habeat tres, et nemo magistrorum Secus acceptari audeat, Commansio autem eiusdem fiat coram Cherarum, completis autem Annis solvere teneatur ad Cheham libras cere quattuor. *Item* Si aliquis Magistrorum ex hac vita decederet, extunc Uxor sua Relicta Ultra Annum Unum famulum tenere non valeat. *Item* Quicumque Magistrorum tempore funeris in Offertorio et tempore delacionis funeris ad ecclesiam et funeri sequenti(?) ad domum non interfuerit, talis convincatur ad Cheham libra cere Una. *Item* Si aliquis magister vult effici debet quisque pro artis sue probacione perficere absque Juvamine alterius magistri, et dum illud praesentaverit eo tempore teneatur in prima deliberatione dare fercula duo et unam Urnam Vini. *Item* si aliquis famulorum aut sotiorum in Oppidis ac Villis extraneis laborem exerceret, vel se magistrum faceret Extunc in hac Cheha laborem illis dare nemo audeat, donec Chehe satis fecerit *Item* Si aliquis de medio ipsorum magistrorum falsa Vasa vel labores falsos fecerint vel importaverint vendicionique reposuerint, mox tales magistri Cheharum cum aliis magistris juxta consuetudinem ipsorum habeant potestatem emendi et puniendi, ac eor. falsos labores recipiendi et domino Judici portandi. *Item* si aliquis magister uel socius in locis extraneis laborem exerceret, et aliquem circa se in socium acceperit extra Cheham existentem, puniendus est in uno magisterio. *Item* Nullus magister audeat laborare quicquam nisi magistri in Cheha existentes, sed extra Cheham nemo nisi prius chehe satis fecerit. *Item* Si aliquis magister Ubicunque laborem appropriasset et alter magister laborem ipsius magistri diffamaret, vel ab ipso alienaret, et sibi ipsi usurparet occulto vel manifeste, extunc talis magister ad Cheham solvere teneatur ceram in valore florenorum duorum. *Item* Si aliquis famulorum magister vult effici extunc de Genelogia sua A patre matreque et magistro suo ubi omnes discipline integre compleverit literas portare et habere debeat. In secunda autem deliberatione teneatur solvere quattuor fercula et Unam

¹⁾ Egy szó elkopott.

Urnas Vini ac florenos duos. *Item* nullus extraneorum sit ausus huc in civitatem Vasa artificii eorum importare et venditioni exponere. Qui si hoc attemptarent praefati magistri habeant potestatem hujusmodi Vasa aufferendi et domino Judici portendi. In cujus memoriam firmitatemque perpetuam ipsis magistris torneatorum petentibus presentes Lras Nostras Sigillo civitatis nostre majori et authentico impendente roboratas duximus concedendas. Datum ex Consistorio nostro *Coloswariensi* feria sexta proxima Ante festum Nativitatis domini [dec. 20.] Anno ejusdem Millesimo Quingentesimo Tricesimo Secundo ¹⁾

CCXL.

1533.

Gesztrágyi Ábrahám mérai birtokos Istenkelety nevű erdőjét az oda való szent Miklós-egyháznak ajándékozta.

Mos Conuentus Monasterij Beate Marie Virginis de Kolos Monostra Memorie commendamus per presentes : Quod Nobilis Abraham de Gezthraghy de Mera, coram Nobis personaliter constitutus, sponte et libere confessus est retulitque in hunc modum. Quomodo nimirum ipsa matura intra se deliberacione habita, ob spem et devocionem speciales quas Erga beatum Nicolaum pontificem semper ab antiquis temporibus habuit et gessit habetque de presenti et gerit, Totam Siluam suam Istenkyllythij vocatam in territorio predictae possessionis Mera, in Comitatu de Kolos existentis adiacente simul cum cunctis utilitatibus prouentibus et emolumentis ecclesie parochiali Beati Nicolai Episcopi in prefata possessione Mera habiti, in refrigerium et pro salute anime sue dedisset, donasset, inscripisset et perpetuasset, jure perpetuo et irreuocabili tenendam possidendam pariter et habendam, nullum jus, nullumve juris et dominij proprietatem prefatus Abraham Gezthragy in eadem sibi ipsi de cetero reservando, sed totum et omne Jus, omnemque Juris et dominij proprietatem in prefatam Ecclesiam Beati Nicolaj transtulisset Jurique eiusdem inscripisset, Immo dedit donauit, Inscriptis, Transtulit et ascripsit coram nobis pleno cum effectu, Harum nostrarum vigore et testimonio Litterarum mediante. Datum die Dominico oculj [márcz. 16.] Anno Domini millesimo Quingentesimo Tricesimo Tercio ²⁾

¹⁾ A czéh ládájában levő eredetiből, mely hártýára van írva, alól felhajtva, a város veres zsinoron függő pecsétével megerősítve, kívül rajta ez egykoru írás áll : *„Kupás Czéhnek Articulusi.“*

²⁾ A szent Erzsébetről nevezett kolozsvári elaggult szegények háza levéltárában levő eredetiből, mely író-papírosra van írva s hátlapjára rányomott viaszpecséttel hitelesítve. [Fasc. A. Nro 8.]

CCXLI.

1536.

Kolozsvár birája és esküdt polgárai kéri a szebeni polgármestert, hogy kolozsvári Peuchel András özvegye Mártha asszony oda felebbezett ügyére az árvák érdekében legyenek jóakaró figyelemmel.

Prudens et circumspecte domine Amice nobis honorande, Salutem et Amicie commendacionem honesta domina Martha Relicta prudentis et circumspecti quondam Andree Peuchel olim conciuus nostri habet quandam causam Coram Vniuersitate dominorum Septem et duarum Sedium Saxonicalium, que quidem Causa mediomandati Regie maiestatis Domini Domini nostri naturalis graciosissimi, in conspectum ipsorum dependet maturius discucienda proinde vestram pr tanquam dominum et amicum nobis honorandum rogamus Quatenus Eadem vestra pr Ob Intuitum Amicie nostre et communis Justicie, velit in causa ipsius Auxilio et Juvamine esse vt Bona Pupillorum eiusdem a Parente ipsorum in eos Jure Hereditario deuoluta et condescensa a miseris Orphanis ne alienentur et ne pereant. Cum et absque illis varios habent creditores et priuignos quoque eiusdem quondam Andree Peuchel eos pro debitis infestantes Quicquid ergo vestra pr. penes iusticiam ipsorum fecerit, nos quoque omni Amicia nostra vestre pr. infuturum promereri volumus, Quare et Bene valere optamus, Ex Ciuitate *Koloswariensi* feria Sexta proxima ante festum Beate Elyzabeth vidue anno domini 1536.

Judex et Jurati Ciues
Ciuitatis *Koloswariensis*.

Kivül :

Prudenti et Circumspecto Mathie Armbruster Magistro Ciuium —
Ciuitatis Cibiniensis etc. domino et Amico Nobis honorando ¹⁾

CCXLII.

1537.

Kolozsvár város száz férfainak és egész közönségének első helyhatósági törvényszabályai.

Nos Centum Electi Tota Comunitas Ciuitatis *Koloswariensis* Memoriae Comendamus Per Praesentes Vniuersis Et Singulis quibus Incumbit, Quod Quum nos infra Octauas festi Natalis Domini [dec. 30.] Juxta Consuetudinem Ciuitatis nostre, Quottanuis obseruatam pro Nouo Consulatu eligendo

¹⁾ 8½ hüv. hosszú, 8 hüv. széles papírra irt levél, vízjegye egy mérték, egykor veres viaszszal volt pecsételve, mi ma nincs meg; eredetije a nemes szász nemzet levéltárában a lajstromozatlan irományok között.

in Dome consistorij congregati fuisset, condicionem et Statum huius Ciuitatis nostre in melius reformare intendentes, Quo Eradicatis singulis Controversijs, Inimicijs, ac Simultatibus, Comodum, atque Incrementum susceperet et suo singula ordine dirigerentur, Singulos post sese Sequentes Iudices et Ciues perpetuis futuris temporibus hys infrascriptis articulis onerare decreuimus sub pena in Vltimo articulo explicata. *Quorum primus* Talis est, Quod Domini Iudex, et Jurati in Vigilia Natiuitatis domini, dunc A se ipsis separabuntur, mox numerum Centum electorum ordinent loco illorum, qui Eo anno decesserunt E Viuis, et tandem in festo Beati Stephani prothomartiris, dum Dominus Iudex officium suum in Cimiterio resignabit, mox Campana pulsetur, et domini Centum Electi congregentur in unum, et postquam Dominus Iudex Sigillum deposuerit Mox Demini Centum Electi eodem die interim non exeant, et ne Separentur Ab Inuicem quousque Nouum Elegerint consulatum, Videlicet Iudicem et Juratos, Et Siquis tempore, et die Illa in Electione noui Consulatus presens non fuerit, talis in decem florenis vincatur. Si Se Racionabiliter excusare non poterit, Illi floreni autem ad Necessitatem Ciuitatis exponantur, *Secundus Articulus*, Domini Centum Electi in ipsorum domo Consulatus, Secundum ordinem Sedeant, videlicet unus Saxo penes Hungarum, et Sic consequenter Secundumque Consulatus sedet, *Tertius Articulus* Vt omnes pecunie ex Censu colligende in Consulatum inducatur, et ad Manus Ciuium Dispensatorum assignentur, Vt nullus alter nisi dispensatores ciues dispensent, *Quartus Articulus* Quod Domini Jurati semper Ambo deambulent in censu, Quod Si Socium habere non posset, [így] extunc Notarius Juratus deambulet cum altero eorum Socio carente, postquam vero pecunias reportauerint, Semper Vnus eorum Sigillum suum ad pecunias apponat, deficiente vero Vno ciue, dum Notarius deambulauerit ipse quoque Similiter Sigillum Suum apponat, apud vero Vnum Ciuem pecunie stent sub sigillo, apud alterum vero Regestrum sub Sigillo. *Quintus Articulus* Si contingeret Quod ciuis dispensator Socio caret ut scilicet Socius suus in Aliquibus alys negocijs ciuitatis occupatus esset, extunc domini Iudex et Jurati illico alium Socium tribuant Juratum carenti, Vt Vnus Ciuis Solitarius per se nil dispensare, et exponere valeat, sed duo sint semper, *Sextus Articulus* Quod si Quispiam ex nostris commansoribus aliqua nota infamie seu adulterij crimine reperiretur conuictus, quicquid Iudex ab inde ultra decem Marcas exigeret, pro Structura Ciuitatis exponere tenebitur. *Septimus Articulus* Pratum Seu fenetum Ciuitatis Secundum Quinque Quartalia in quinque diuidatur, Singulis commansoribus Suas partes iuxta dicas distribuendo, *Octauus Articulus* Neuter ex commansoribus nostris Hereditates Homagij Vnius possidens : nisi prius Jure conuicatur, aut Capitali crimine, Seu publica Sanguinis effusione repertus fuerit, aut Minatus, detineri debeat. *Nonus Articulus* De Medio Centum Electorum nemo exscribi debeat nisi Criminis delicto, Vel nimia paupertate vel Rebus omnibus spoliatus Inueniatur, *Decimus Articulus* Neuter extraneorum pecora seu pecudes in territorio Ciuitatis pabulare valeat, *Undecimus Articulus* Quod Iudex et Singuli ciues Jurati de domibus habitationum proprijs, tam Rega-

libus, quam extraordinarijs Censibus liberi Sint, et exempti, de Alijs vero domibus Si Quas habeant Soluere teneantur, *Duodecimus Articulus* Quicquid per Centum Electos decretum fuerit, consulatus Id Omne illibate conseruare, Ac exequi tenebitur, *Tredecimus Articulus* Singule Cehe in suis Juribus conseruentur, *Decimus Quartus Articulus* Neuter Judicium de cetero, Ac per amplius, procuratores Sew advocatos quacunque Racione tenere debeat, atque possit *Decimus Quintus Articulus*, Quod Domini Judex et Ciues Jurati ante omnia curam ecclesiasticam gerant, et defectum diuinorum officiorum agnoscentes redarguent Insuper Dominum plebanum ad Seruandos Sacellanos ad Numerum Susceptum ac predicatorem Hungarorum cohortent, *Sedecimus Articulus* Dominicis Diebus gloriose Virginis simul alijsque Summis festiuitatibus nulla feratur Sententia demptis hominibus extraneis *Decimus Septimus Articulus* Judex fori semper ex Centum electis eligatur, *Decimus Octauus Articulus* Diebus Judiciarjs Domini Judex et Jurati post maturam cito congregentur *Decimus Nonus Articulus* Domini Judex et Jurati eligant Diem vnam Vltra Judiciorum videlicet Terciam, aut quartam feriam singulis Septimanis in qua Rempublicam, et omnia Negocia alia Ciuitatis necessaria tantum tractent, nullamque aliam Causam assummant *Vigesimus Articulus* Omni Anno Semel Metas in omnibus Vicinitatibus reambulent, adiunctis sibi eciam junioribus ut et ipsi Metas terraneas Scire addiscant, *Vigesimus primus Articulus* Porcos in vineis Segetibus, aut hortis repertos, si Impelli non possunt, desecare debeant, Alia autem pecudes, et pecora maiora Impellantur, de quorum dampno facto Dominus Judex satis faciat Dampna passis *Vigesimus Secundus Articulus* Duo Ciues eligentur ad Molendina et in presencia eorum excipiatur triticum, Illi pro fatiga eorum Ambo habeant florenos duos, *Vigesimus tercius Articulus* Officium Judicium distributorum, et Molendinatorum vsque ad festum Beati Joannis Baptiste dare debeat consulatus, quo Adueniente mox Racionem dare debeant, deinde ad anni Spacium videlicet ad aliud festum Beati Joannis Baptiste eisdem possidendum tradant quemcunque eligere Voluerint liberi sint *Vigesimus Quartus Articulus* Nullus Judicium aut Juratorum Dominos Waywodam, hominem Regium aut quoscunque Magnates in Negocjs Ciuitatis Solus, sed Secundus, Tertius aut quartusmet visitare audeat, *Vigesimus Quintus Articulus* Domini Judex et Jurati Vnum quemque huius ciuitatis incolam in suis Negocjs iuxta Sonanciam priuilegiorum defendere teneantur, ne Minus Juste opprimantur, *Vigesimus Sextus Articulus*, Quicunque ex Centum Electis extraneus literas sue honeste parentele non habuerit, exscribatur, *Vigesimus Septimus Articulus*, Nullus presbiterorum aut Religiosorum, et Nobilium, Hereditates quascunque puta, domos, vineas, hortos in medio nostri observare sew Emere debeant, Si qui habuerint vendere debeant et teneantur, demptis ab antiquis fundatis. Et si quis commansorum nostrorum ipsis vendiderit pena debita, iuxta antiquam consuetudinem, puniatur, videlicet Bona Aufferantur, et ad necessitatem Ciuitatis exponantur, *Vigesimus Octauus Articulus* Magistri Lanj foris Ciuitatem Super flumine pontem Mactandi Boues erigere, et Cameras Macellarum facere teneantur, *Vigesimus Nonus*

Articulus Nullus Judicum aut Juratorum in Medio Centum electorum quemquam ex illis quocunque modo scandalizare audeat. Tricesimus Articulus Ab Incolis huius Ciuitatis propter arestaciones indebite peractas foris vel dampna passis literas poscentibus nullum Obulum extorquere valeat notarius, demptis literis appellacionalibus Creditorÿs, testimonialibus, patentibus et alÿs etc. *Tricesimus primus Articulus* Nullus Centum Electorum ad Aggeres replendas, hominem dare teneatur, demptis laboribus Ciuitatis maioribus, *Tricesimus Secundus Articulus*, Quod Domini Iudex, Ac Jurati talem de cetero eligant in Numerum Centum Electorum, Sicut litere priuilegiales sonant, et Idoneum, vt deinceps controuersie, de hÿs inter centum electos ne oriantur, *Tricesimus Tercius Articulus*, Vt Nullus Cuius pater, aut frater Siue Germanus hoc est Minor Natu, in Consulatu, Vel in medio Dominorum Centum electorum, consistit, et sedet, vita illorum Comite, simul, et semel, in Consulatu, Siue in Medio Dominorum centum electorum sedere valeant, neque illuc eligantur tales, Sed Saltem alter illorum, Videlicet vel pater, vel filius, vel frater, vel germanus, Ambo tamen simul in Consulatum, Siue in medium Dominorum centum electorum, ne assumantur. *Tricesimus Quartus Articulus*. Quod Domini Ciues exactionem Census terna Vice perambulent, tandem Congregentur in domum Consulatus, et Vnum quartale praeassumant, et illos qui tenentur, inuocari faciant, Quibus terminum Solucionis Breuem statuunt. Adueniente termino si reddere noluerit, extunc Nullo excepto, captiuetur quicunque Sit. *Tricesimus Quintus Articulus*, Quod Nullus extraneorum questum faciens in libro ciuitatis intituletur, et unus conciuum fiat, nisi Domum et Hereditates emerit, *Tricesimus Sextus Articulus* Quod Domini Iudex et Jurati perscrutentur omnes extraneos, qui in Ciuitate degunt, et Censum non soluunt, illorumque Bona deprehendant, et occupent *Tricesimus Septimus Articulus* Quod Illis qui conciuies ciuitatis Sunt vxore carentes renunciatur Vt usque Carnisprimum Vxores ducant, Si duxerint Bene quidem, si vero non, extunc omni mora postposita de libro ciuitatis exscribantur, hicque in Ciuitate questum facere non valeant sub Amissione capitum et omnium bonorum suorum, *Tricesimus Octauus Articulus*, Nullus conciuis ciuitatis audeat cum aliquo extraneo questum facere sub Amissione capitis et omnium Bonorum *Tricesimus Nonus Articulus* Quod Tempore diuisionis feneti, nullus Dominorum Iudicum et Juratorum priuatim fena Sibi ipsi Vsurpare valeat. Sed dum Tempore connumeracionis Regesti, ad Domum Suam ventum fuerit, extunc Ibidem et non in alio loco porcio sua ad dicam scilicet propriam Simul extradetur ad hec ibidem in loco Domino Iudici pro tempore constituto dentur dice sedecim, dominis vero Juratis cuilibet eorum decem, Vltra dicas proprias *Quadragesimus Articulus* Si in fenetum Ciuitatis aliquis pecora impullerit, illumque famulum illic apprehendere poterint tales capite priuentur. Si vero tales famuli A pecoribus auffugerint, Extunc Dominus suus cuius scilicet pecora sunt in Vigintiquinque florenis vincatur ciuitati proueniendis. *Quadragesimus Primus Articulus*. Collectio Salicis primum proclametur manifeste, deinde Secunda die proclamationis circa celebracionem Summe misse campana pul-

setur et sic omnis habeat libertatem salices colligendi, Ante istud tempus Vero nullus conciuum, nec eorum dominorum Judicis et Juratorum salices colligi facere debeat. Qui vero ante pulsum Salicem Subtraxerit et Ibidem inuentus fuerit, extunc nullo concivium nostrorum excepto in Amputacionem medie Manus vincatur, *Quadragesimus Secundus Articulus*. Si quis Alterius fenum in campo in gelimis siue cumulo locatum ante festum Beati nicolai impediuerit, vel asportauerit, extunc talis in Amputacionem medie manus vincatur *Quadragesimus Tercius Articulus* Omni Anno Dominus Judex cum dominis Juratis Singulorum dicas consciencie reuideat, et reformet. *Quadragesimus Quartus Articulus* Quod quicumque concivium nostrorum censum ad eum impositum reddere noluerit, vel non poterit, extunc omnia Bona talium et eciam domus Vendatur et de libro ciuitatis exscribatur, vt sine Solucione census hic manere non valeat, *Quadragesimus Quintus Articulus* Quicumque conciuum nostrorum, decimam huius ciuitatis precio emerit, in capite, et Rebus omnibus puniatur : *Quadragesimus Sextus Articulus* Quicumque dominorum Judicum et Juratorum contra prefatos articulos egerit, vel non obseruauerit, extunc tales vel talis Communitati in florenis ducentis vincatur. In cuius firmitatem perpetuam has nostras ordinaciones Renouari Sigilloque Ciuitatis nostre Maiori et Authentico subappenso communiri fecimus. Anno A Natiuitate Domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo Septimo. ¹⁾

CCXLIII.

1538.

János király parancslevele Várad birájához és esküdt polgáraihoz az iránt, hogy Kolozsvár város polgárait áruikkal Pestre menésökben ne akadályozzák, áruikat ott le ne rakassák.

Joannes Dei Gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Fidelibus nostris prudentibus et circumspectis, Judici et Juratis ciuibus ciuitatis Waradiensis, Salutem et gratiam. Ex supplicatione fidelium nostrorum prudentum et circumspectorum, Judicis et Juratorum, ceterorumque ciuium et Inhabitorum Ciuitatis nostre *Colosvariensis*, accepimus. Qualiter Vos ipsos exponentes cum Rebus et Mercibus eorum, quibus questus gracia ad ciuitatem nostram Pesthiensem et ad alia loca Regni nostri Hungarie, se conferre Vellent, Ultra ciuitatem illam Vestram ire prohiberetis, Allegantes ciuitatem Waradiensem locum deposicionis omnium Mercium esse, que ex partibus Regni nostri Transsiluanensis in Hungariam deferrentur, Cum autem Nullas literas de hac ipsa libertate Vestra, qua questus aliorum fidelium nostrorum retinere possetis, Nobis hactenus exhibueritis, Volumus et

¹⁾ A városi levéltárban levő eredetiből, mely símitott hártýára van írva s zöld és veres selyem zsinoron függő pecséttel megerősítve. Hártýa, írás, pecsét épek. [Fasc. A. Nro 7.

fidelitati Vestre harum serie firmiter committimus et Mandamus Aliud omnino in hoc habere nolentes. Vt deinceps tam ciues et Inhabitatores dicte ciuitatis nostre *Coloswariensis*, quam alios quoscunque homines harum partium Regni nostri Transsiluanarum cum Rebus et Mercibus ipsorum, tam ad Pesth, quam ad alias ciuitates nostras Hungarie, quo se questus gracia cum rebus eorundem, conferre Voluerint, libere et pacifice ire et redire permittere et permitti facere. Neque eos aut homines eorum in personis rebusque et bonis quibusuis propterea Arestare, impedire, damnificareque, aut Eisdem ad deposicionem Mercium cogere et compellere debeatis. Si Vero Presentes littere nostre libertatibus Vestris derogari Viderentur, Nos de hac re requirere debeatis, Quibus nos Iudicium et Justiciam administrari faciemus, Secus igitur nulla ratione facere presumatis, presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum in ciuitate nostra Cibiniensi, die dominico proximo post festum Beati Martini Episcopi, [nov. 11.] Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo octauo

Joannes Rex

Manu ppa ¹⁾

CCXLIV.

1539.

Szamosfalvi Mykola László erdélyi alvajda ítélete Pathai Dezső János és Kolozsvár városa bírása s esküdtei, illetőleg a szent Erzsébetről nevezett oda való elaggult szegények háza mestere közt a mérai rész jószágáért iránt fenforgó ügyben.

Nos Ladislaus Mykola de Zamosfalwa, Vice Uaÿwoda Transiluanus et Siculorum Vice comes, et ad infrascripta Una cum Infra nominatis Egregys et nobilibus. Iudex per partes infra notatas equaliter electus et Rogatus etc. Memorie commendamus per presentes, quod nobis feria quinta in Festo Beate Dorothee Virginis et Martiris, unacum Egregys et nobilibus Ladislao Gyrewffÿ de Gyrewasarhel, Andrea de Zentphal, Joanne de Gÿula, Magistro Alberto Prothonotario Transsiluano utrisque Michaelae Gyrewffÿ de Inakthelke scilicet et de Zamosfalwa, et Gaspar Haczaky de Sard, hic in domo nostra Zamosfalwa constitutis, et existentibus Joannes Desew dictus alias de Patha, pro se personaliter, ut Actor ab una ac Prudentes et Circumspecti Joannes Sÿveges Iudex Regius, nec non Valentinus Webewger et Michael Azthalos magister Hospitalis Beate Elisabeth vidue extra muros Ciuitatis *Coloswariensis* trans fluuium Zamos vocatum fundate, Jurati videlicet Ciues eiusdem Ciuitatis in ipsorum, Ac Iudicis, et Juratorum ceterorumque Ciuium, et Consulum ipsius Ciuitatis *Coloswariensis*. atque predicti Hospitalis Nominibus et personis, velut in causam attracti, partibus ab alia,

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből, mely egyrétű regál papirosra van írva s a király nagyobb rányomott pecsétével erősítve. [Fasc. M. Nro 4.]

Juxta Illud vinculum, quod Ipse partes unanimi voluntate feria secunda proxima post festum Conuersionis Beati Pauli apostoli nunc transactum preterita, in oppido Nagyalmás coram nobis et prefato Magistro Albertho Prothonotario, super eo, et hoc modo sponte imposuerant, et assumpserant; quod si qua parcium hodierna die ad hanc Causam coram nobis, non comparerent, et quidquid una cum predictis Dominis Egregys et Nobilibus inter eos deliberaremus, et concluderemus, non obseruaret quouis modo, ex tunc talis pars contra partem alteram in ipsa nostra deliberacione persisteret in perhennali estimacione totalis porcionis possessionarie nobilis quondam Anthonii Desew de Mera, immediati predecessoris prefati Michaelis Azthalos, Magistri Hospitalis Beate Elisabeth vidue, [quem ipse actor sibi fratrem fuisse dicebat] avitice, in possessionem Mera vocatam in Comitatu de Colos existente habitam¹⁾ quam Idem actor acquirere intendebat, convinceretur et conuicta haberetur, eo facto et nichilominus Si Idem actor, causam hanc in Wayvodalem presenciam deduceret, tunc in causam quoque attracte, illa responsio, quam ydem, si ad Sedem Domini Wayvode deuenissent, ipsi Actori de facto honoris objicere habuissent, libera fieret alleganda, et obicienda, in forma nostri Judicij comparando prefatus Joannes Desew actor, exhibuit Nobis quasdam Litteras Honorabilis Conuentus Ecclesie Beate Marie Virginis de Colos Monostra, Super Litteris Statutorys Spectabilis, et Magnifici Domini Emerici Bal Vaýuoda Transiluani, et Siculorum Comitatus etc. Relatorias decl qualiter ipse Joannes Desew, hys proxime preteritis diebus, se ipsum in Dominium prescripte porcionis possessionarie prefati quondam Authorj Desew, non empticie sed Avitice, Jure successorio sibi Incumbente, per Vaýuodalem et predicti Conuentus Homines legitime Statui facere nolisset et huiusmodi Statucioni nominibus annotatorum Ciuitatis et Hospitalis exstisset contradictum, Postulans Idem actor, per ipsos in causam attractos, rationem huius contradiccionis ipsorum assignari coram nobis. Quo audito, prelibati in causam attracti produxerunt et presentauerunt nostro Judiciario conspectui quasdam quatuor Litteras, primam eiusdem Conuentus Fassionallem, cum qua prefatus quondam Anthonius Desew et nobilis Domina Anna consors eiusdem, in Anno Domini Millesimo quingentesimo Vigesimo quinto preterito, feria sexta proxima ante festum Sancte, et Indiuidue Trinitatis, Totales ipsorum porciones possessionarias, directam scilicet, et equalem medietatem Antelate iutegre possessionis Mera, simul cum cunctis suis utilitatibus, et pertinentijs quibuslibet quouis nominis Vocabulo vocitatis, et aljs certis rebus, in eisdem Litteris nominatim Specificatis, racionibus et causis, et sub condicionibus in eisdem expresse declaratis, prefate Ecclesie Hospitalis Beate Elisabeth, atque usui Pauperum in eadem degencium, cum omni plenitudine Juris, Dominjque ac proprietatis, et perpetuitatis ipsorum scilicet heredum, et posteritatum eorundem dedissent, donassent, contulissent inscripsissent, et Testamentali Legacione, simul cum ipsorum quoque proprys personis

¹⁾ Az elöttem állott eredeti oklevél is ily érthetetlen volt.

perpetuassent; alteram quoque eiusdem Conuentus Statutoriam, quarum vigore prefati Iudex, Juratique Ciues, et Ciuitas *Colosvariensis*, atque Hospitale predictum se se in Dominium prescriptarum porcionum possessionariarum atque molendini ibidem existentis, titulo premissarum collacionum, ac inscriptionum et perpetuacionum, in Anno Domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo Transacto Dominica proxima Ante festum Beati Georgy Martiris, [ápril 23.] per Vice Uayvodalem, et ipsius Conuentus homines nullo penitus contradictore apparente, Legitime introduci et statui fecissent, Tertiam autem Serenissimi Principis et Domini Domini Joannis Dei Gracia moderni Regis Hungarie, Dalmacie, et Croacie etc. Domini nostri Clementissimi, super Consensus, et Juris sui Regii adhibicione, premissis Fassioni-bus collacionibusque et Inscriptiõibus et perpetuacionibus annotati quon-dam Anthony Desew, et Domine Anne consortis sue, anno nunc elapso in Oppido Thordensi feria sexta proxima post Dominicam Jubilate [máj. 17.] factam, emanatas, — Et quartam iterum predicti Conuentus Statutoriam clause confectam et nondum apertam Dcmino Vayuode Tannsilvano sonan-tes, quibus mediantibus predictum Hospitale Se ipsum in Dominium preta-ctarum totalium porcionum possessionariarum, ipsius quoque Consensus et Juris Regy virtute introducere, et Statui facere uoluisset, Sed huic intro-ductioni, et Statucioni prefatus Joannes Desew, ac Franciscus et Anthonius Filý eiusdem, et alý in eisdem Litteris intronominati contradixissent, ob quam quidem contradictionem ydem contra ipsum Hospitale, ad terminum in eisdem Litteris denotatum, in presenciam ipsius Domini Vayuode, Tran-silvani exstitissent evocati, racionem reddituri efficacem, Quibus exhibitis et presentatis responderunt tali modo : Quod actor non valeret rite pro nunc ipsos isto processu, quo incepisset querere, quia ab eo tempore, et talibus Juribus possiderent ipsi illas porciones possessionarias sicuti in prescriptis Litteris apparent. In enjus responsionis contrarium prelibatus actor iterum exhibuit quasdam Litteras, eiusdem Conuentus prohibitorias ante prescriptas Litteras Fassionales dudum emanates, per quas idem Actor prelibatum quondam Anthonium Desew, a vendicione, alios quoslibet ab emptione pre-scriptarum porcionum possessionariarum prohibuisset, quibus sic habitis, partibusque ipsis plura non allegantibus visum est nobis unacum prenomi-natis Dominis nobilibus, et sic pronunciauimus eis : Quod quamuis fecerit prelibatus actor hanc immediate premissam communem et generalem prohi-bicionem sed quia prenotate priori Statucioni ipsorum in causam attracto-rum non contradixisset, et ab illo tempore Statucionis ijdem in reali Domi-nio prescriptorum bonorum fuissent, ergo non valeret ipse actor isto processu querere, ex quo vero ipse partes ad nos saltem hoc Submiserant ut discer-nemus inter eos, uerum actor posset querere in Breui Iudicio nec ne? et de hoc pretactam fecimus eis relacionem, Amplius nolimus inter eos indi-care, verum tamen uidebatur, quod quia lis et causa Contradiccionis preno-tate secundarie Statucionis adhuc in eadem evocatione penderet, et Actor racionem illius contradiccionis nondum reddidisset, et illa lite non deposita, interim alium processum incepisset, Si ipse partes, cum isto processu in

presenciam Judicis Ordinarij deuenissent et in causam attracti hac allegatione uti Uoluissent, tunc Actor onus Calumpnie vix euasisset et super hac deliberacione Nostra, presentes Litteras nostras eisdem in Causam attractis ad instantem petitionem eorum, duximus concedendum emanarique faciendum et extradandum Jurium ipsorum ad cautelam. Datum in loco, et termino in prenotatis. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo nono. Lecta. ¹⁾

CCXLV.

1557.

Izabella királyné az Erzsébetről nevezett kolozsvári elaggult szegények háza mérái jobbágyait minden királyi adó alól kiveszi.

Nos Isabella dei gracia Regina Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, Quod Nos cum ad nonnullorum fidelium nostrorum Humillime supplicacionis instanciam, nobis pro parte domus Hospitalis pauperum beate Elizabeth in subvrbio ciuitatis nostre *Coloswariensis* fundate factam, Tum vero ex illa deuocionis affeccione, qua erga diuam Elizabeth afficimur, Vniuersos colonos et inhabitatores possessionis Meera appellate in comitatu Colosien. — ²⁾, et ad idem Hospitale Sancte Elizabeth pertinentis ab omni solucione quarumlibet Taxarum, dic ³⁾. — ⁴⁾ (c)ontribucionum, ac Subsidiarum nostrorum, Maiestati nostre ab eisdem vtcumque prouenire debencium in perpetuum — ⁵⁾ [duxi]mus Graciose eximendos et libertandos ac omne illud in elemosinam conuertendum et pauperibus ibidem degentibus condonandum Immo eximimus, libertamus ac condonamus presencium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris Egregijs et Nobilibus Comitibus, vicecomitibus, ac Iudicibus Nobilium. Item dicatoribus et Exactoribus querumcunque Taxarum, dicarum ac Contribucionum et subsidiarum nostrorum predicti comitatus colosiensis, modernis et futuris. cunctis eciam alijs cuiuscunque Status et condicionis Hominibus presencium noticiam habituris. Harum serie firmiter committimus et mandamus. Quatenus a modo in perpetuum, prefatos vniuersos colonos ac Incolas predictae possessionis Mera, ad predictum Hospitale pertinentes ad solucionem premissarum Taxarum, dicarum, ac Contribucionum et subsidiarum nostrorum cogere et compellere

¹⁾ A szent Erzsébetről nevezett kolozsvári elaggult szegények háza levéltárában levő eredetiből, mely papirosra van írva s al-vajdai pecséttel hitelesítve. [Fasc. A. Nro 11.]

²⁾ Egy szótag s egy szó kiszakadva.

³⁾ Egy szótag s egy szó kiszakadva.

⁴⁾ Valószínűen a bezártolt betű kiszakadva.

⁵⁾ Valószínűen a bezártolt két szótag kiszakadva.

v¹⁾(el) eosdem propterea in personis rebusque et bonis ipsorum quibusuis. impedire. turbare. sew quouismodo ²⁾(dam)pnificare. nusquam et nequam presumatis. Nec sitis ausi. modo aliquali. Gracie Nostre sub obtentu. Secus (nullo) ³⁾ modo facturi. presentibus perlectis exhibenti semper et ubique restitutis. Datum Albe Julie. in festo beati Pauli primi Heremite. [jan. 10.] Anno domini Millesimo Quingentesimo. Quinquagesimo Septimo Ysabella m. p. ⁴⁾

CCXLVI.

1557.

Izabella királyné az elaggult azegények háza mérai jobbágysait a dézma fizetéstől mentesíti.

Nos Isabella dei Gracia Regina Hungarie Dalmacie Croacte etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis ; Quod fidelis noster prudens et Circumspectus Benedictus Orgonas Magister Hospitalis Sancte Elizabeth vidue, in subvrbio ciuitatis nostre *Coloswariensis* fundate nostram veniens in presenciam, supplicauit nobis Humillime, vt illud Hospitale sew domum pauperum. in qua diuersis et varÿs morbis. egritudinibus afflicti et oppressi pauperes degere es sustintari perhibentur. Terras eorum arabiles, et vineas illas vniuersas, quas rector eiusdem domus Hospitalis pauperum. pro eorundem sustentacione. per proprios Homines conducticios. proprÿs expensis, arare, colereque curaret, eas terras arabiles sew segetes in illis terris demessas, ac vineas ad eandem domum pertinentes sicuti ante Hac plerique antistes et Episcopi ecclesie Albensis Transsylvane, ab omni solucione quarumcunque decimarum exemissent, Ita nos quoque Hoc tempore sede vacante, illis decimis, cum preesemus, similiter ab omni solucione decimarum vini, frugum, et aliorum Bladorum exemptas Habere dignaremur, Nos itaque dignum Habentes respectum pauperum Oppressorum. in illa domo Hospitali degencium vniuersas illorum terras arabiles, segetes, ac vineas, quas manibus proprÿs [vt prefertur] arare et colere dinoscuntur, et nunc, et successuis temporibus semper, ab omni solucione dictarum decimarum eximendas duximus. prout eximimus presencium per vigorem Quo circa vobis fidelibus nostris. Egregÿs francisco Zylaÿ provisorii. ac Stephano Korlath castellano castri nostri Gÿalw modernis et futuris, cunctis eciam alÿs decimatoribus, et decimarum nostrarum et Episcopaliū exactoribus. Harum serie firmiter committimus

¹⁾ Valószínűen e két betű kiszakadva.

²⁾ Valószínűen a bezárt szótág kiszakadva.

³⁾ Valószínűen e szó kiszakadva.

⁴⁾ A szent Erzsébetről nevezett kolozsvári elaggult szegények háza levéltárában levő eredetiből, mely papirosra van írva s alólról rányomott pecséttel erősítve. [Fasc. A. Nro 16.]

et mandamus. quatenus acceptis presentibus, a modo deinceps. predictas terras arabiles sew segetes, ac vineas, nullus omnino vestrum decimare presumat, Nec sit ausus. modo aliquali, Gracie nostre sub obtentu, Secus nul-
lomodò facturi, Presentibus perlectis Exhibenti semper et vobisque restitu-
tis. Datum Albe Julie, in festo beatorum Fabiani et Sebastiani martirum,
[jan. 20.] Anno domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Septimo.

Ysabella m. p. ¹⁾

CCXLVII.

1557.

Izabella királyné a szent Erzsébetről nevezett kolozsvári elaggult szegények házának és a tanuló ifjúságnak korábban a szent Domokos-rendhez tartozó barátok birtokában volt két szőlőt, egy sütőházat és két kertet adományoz.

YSABELLA Dei gratia regina Hungarrie, Dalmatie, Croatie, etc. Significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis, Quod cum nos habita ratione fidelium seruitiorum fidelis nostri prudentis et Circumspecti Stephani Fodor, alias Judicis *Colosuariensis* duas particulas vinearum in promontorio *Colosuariensi* existentes, vita durante, domum veno pistoriam et duos hortos monachorum ordinis Diui Dominici alias in claustro in dicta ciuitate fundato degentium, ad beneplacitum vsque nostrum eidem Stephano Fodor dederimus et contulerimus, Ipse vero animaduertens pium et Reipub[lice ²⁾] vtile propositum et institutum fidelium Nostrorum prudentum et Circumspectorum Judicis, iuratorum, ceterorumque ciuium *Colosuariensium*, nimirum prescriptas hereditates in sustentationem pauperum in Xenodo-
chÿs Diue Elysaabeth, Sancti Spiritus, et morbo Gallico laborantium, Ac Studiosorum ibidem Colosuarini literis operam dantium deputatas esse, iuri suo, quod ex donatione nostra habuit, cesserit, [id quod litteris suis recognitionalibus sigillo suo communitis, Et literarum nostrarum donationalium resignatione testatus est] nobisque humillime in personis dictorum Judicis et iuratorum ceterorumque ciuium et totius communitalis prefate ciuitatis nostre *Colosuariensis* supplicatum sit, vt huiusmodi institutum Judicis et totius communitalis *Colosuariensis* in laudem Dei et publicos vsus spectans, ratum et firmum habere approbareque et confirmare digneremur, Eamobrem supplicatione dictorum ciuium nostrorum *Colosuariensium* clementer exaudita et benigne admissa pietateque nostra Reginali ad id inducte, predictam domum pistoriam, duas particulas vinearum in dicto promontorio *Colosuariensi* Et duos hortos vnum intra, alium vero extra menia dicte

¹⁾ A szent Erzsébetről nevezett kolozsvári elaggult szegények háza levéltárában levő eredetiből, mely papírosra van írva s alulról rányomott pecséttel erősítve. [Fasc. A. Nro 17.]

²⁾ Ez kifelejtődött az eredetiből.

ciuitatis existentes, que alias ad prefatum Monasterium et Monachos ordinis Diui Dominici [quorum secta vnacum ipsis explosa est] pertinuisse dicuntur, in sustentationem annotatorum pauperum in dictis tribus Xenodochijs degentium Et studiosorum in eadem ciuitate et gymnasio eiusdem literis operam dantium, nos quoque in perpetuum deputauimus, et in eum finem iure perpetuo et irreuocabiler dedimus, donauimus et contulimus Imo damus, donamus et conferimus perpetuo possidendam vtendam colendam pariter et habendam saluo iure alieno harum nostrarum vigore et testimonio literarum, Datum Albe Julie tertio die mensis Aprilis, [ápril. 3.] Anno Domini millesimo, Quingentesimo Quinquagesimo Septimo.

Ysabella. ¹⁾

CCXLVIII.

1558.

Izabella királyné és János Zsigmond a mérai dézmát a kolozsvári elaggult szegények házá-
nak adományozzák.

NOS Isabella dei Gracia Regina Hungarie dalmatie Croatie etc. Memorie commendamus tenore Presentium Significantes quibus expedit. Quod nos Cum ad nonnullorum fidelium nostrorum Supplicationem nostre pro parte pauperum in Xenodochio Beate Elisabeth Extra murum ciuitatis nostre *Colosuariensis* fundato degentium factam maiestati. tum vero compati-
tientes inopie et egestatis eorundem pauperum. totales igitur et integras decimas frugum Bladorum Vinorum et aliarum rerum decimari solitarum possessionis ipsorum Mera Vocate Eisdem Pauperibus in Vsum et sustentationem ipsorum ex Gratia nostra clementer dandas donandas et conferendas duximus, imo damus donamus et conferimus eisdem perpetuo et irreuocabiler Presentium per vigorem. Quo circa Vobis fidelibus Nostris Vniuersis et singulis Arendatoribus ac decimatoribus nostris Harum serie mandamus firmissime quatinus decimas prescripte possessionis Mera ipsis pauperibus accumulare permittere debeatis, nec eos exinde turbare aut quouis modo damnificare presumatis. Secus non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Ciuitate nostra Alba Julia decima tertia die Mensis Aprilis. Anno domini Millesimo Quingentesimo quinquagesimo octauo.

Joannes Sigismundus m. p. ²⁾

¹⁾ A szent Erzsébetről nevezett kolozsvári elaggult szegények háza levéltárában levő eredetiből, mely közönséges papirosra van írva s rányomott veres pecséttel hitelesítve. [Fasc. A. Nro 18.] A szövegezés a királyné nevében van ugyan kiállítva, mert fiával együtt uralkodott; de én azt mindkettőjük egy akarattal költ ténynek vélem.

²⁾ A szent Erzsébetről nevezett kolozsvári elaggult szegények háza levéltárában levő eredetiből, mely papirosra van írva s alólól rányomott pecséttel erősítve. [Fasc. A. Nro 19.]

CCXLIX.

1559.

Nagy Salathiel és neje Katalin asszony király-utczában levő sütőházukat a város végén Szamosfalva felé levő szegények és belpoklosok azon két házának adományozza, melyek a Szent Lélek és Job patriárka emlékeztetére vannak alapítva.

Nos Joannes Bornemyzza Judex Ladislaus Kalmar Regius Judex Stephanus Barath, Antonius Wýczey Stephanus Szram, Petrus Azthalos, Laurencius Tylsthyh, Michael Porkolab, Petrus Eppel, Colomanus Nyrew, Antonius Herczegh, Lucas litteratus et Georgius Bestherczey Jurati ciues Ciuitatis *Colosvariensis* omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris presens Scriptum inspecturis lecturis pariter et auditoris, Salutem in omnium Salvatore, Sagax humane ¹⁾ condicionis industria hominum memorie labilitate pensata laudabiliter adinueniendo statuit et decreuit Vt ea que aguntur in tempore ne simul cum eodem dilabantur Ac fortuitis corruant euentibus Sed litterarum testimonio et Patrocinio solidentur ac corroborentur Proinde ad Vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum Serie volumus peruenire, Quod nos ad instantem atque legitimam requisicionem et petitionem pro parte Prudentis et Circumspecti domini Salathielis Nagh Conciuis fratris nostri in lecto egritudinis et aduerse Valetudinis decumbentis nobis factam, duos ex nobis videlicet Lucam Litteratum et Georgium Bestherczey Juratos Ciues fratres nostros, Ad audiendam infra-scriptam fassionem dicti Salathielis Nagh nostris pro testimonys fide dignos duximus transmittendos. Qui tandem exinde ad nos reuersi pariformiter et consona voce nobis retulerunt eo modo Quomodo ipsi die dominica Jubilate ad domum proprie residencee dicti Salathielis Nagh in maiori theatro fundatam accessissent, Ac in superiori pallacio prenominate Salathiel In lecto egritudinis decubens, Licet Corpore eger mente tamen per omnia Sanus et compos rationis coram ipsis ac humanissimo viro Stephano Thalyay Notario huius Ciuitatis et alys testibus fide dignis adherentibus et presentibus oraculo viue vocis sue sponte et libere confessus extitisset in hunc modum, Quod per lapsum et inobedienciam primorum parentum nostrorum Ade et Eue Natura humana ita subiecta est omnibus generibus morborum Crucis et Stipendio peccati Scilicet Morti corporali, Vt neque Regibus et Principibus quantumcunque in hoc Seculo inter hoc hominum mortalium genus potentissimis Neque alterius condicionis et preeminencie proceribus ac personis pareat, sed pallida mors equo Pede pulsat Pauperum tuguria et domicilia Regumque et Principum Turres aulas et altissima Pallacia, Nullus se a calore et truculentissimo aspectu illius abscondere potest. Sed illa via Semel omnibus calcanda est. Immo altissimus deus et pater celestis. Ne Vnico quidem filio suo vnogenito domino nostro Jesu Christo pro redemptione totius mundi e Summo celo demisso et incarnato pepercit quin mortem

¹⁾ A XVI-ik században s azon innen az ae-t így szokták leírni : e'.

atrocissimam gustaret, quamuis nullum peccatum fecit, Neque inuentus est dolus in ore eius. Qua quidem morte corporali in hoc Seculo et Vmbra vite Nichil est cercius, hora autem eius nichil est incercius, Ideo Christus Suis Placidis et Salutiferis Verbis non frustra hoc genus mortalium hominum admonet, dicens. Vigillate, orate, Sobrÿ estote, Quia nescitis neque diem neque horam, qua dominus venturus sit. Quoniam qua hora et die non putaretis et speraretis tunc veniet, Ne autem ipsa Mors corporalis dictum Salathielem Nagh imparatum inueniat. Et ab hoc Seculo ac luce intestatus commigret decedat et superna petat. De Rebus et hereditatibus sibi ab altissimo deo ex immensa sua bonitate clemencia et misericordia ad dispensandum concreditus Donatis ac concessis, Pauperibus ac varÿs morbis multifarie oppressis in Subleuandam eorum egestatem et inopiam Eleemosinariam largicionem et Prouisionem specialem decreuisset faciendam. Ob hoc pre-nominatus Salathiel Nagh Sana et matura intra se deliberacione prehabita. Presente generosa domina Catherina consorte sua et omnibus disposicionibus et salutiferis ordinacionibus ac legationibus mariti sui infrascriptis sponte consciente totalem domum suam pistoriam Proprÿs suis Pecunÿs Per eum acquisitis emptam et a Spacio certorum annorum Simulcum omnibus prouentibus, Vtillitatibus et emolumentis pacifice et quiete possessam in vico Kyrál weza In contigua vicinitate hortus [így] et curie Honestae mulieris Reliecte circumspæcti Egedy Zabo ac in fine Hortorum eiusdem Salathielis Nagh et Reliecte Michaelis Azthalos a parte Kyrálweza existentem et habitam simulcum quadam particula terre a prefato olim Egidio Zabo tunc in humanis agente florenis duodecim empte et vniuersis et singulis prouentibus, vtillitatibus et emolumentis ex eadem domo Pistoria prouenire debentibus, Pauperibus leprosis et alÿs Valetudinarÿs in hospitalibus in memoriam Sancti spiritus et beati Job patriarche fundatis In fine suburby huius Ciuitatis a parte possessionis Zamosfalva adiacentibus enumerantibus Ac eorum Sustentacionem In perhennalem et perpetuam Eleemosinam dedisset donasset, contulisset et inscripsisset iure perpetuo et irreuocabiliter tenendam possidendam et habendam. Hac si quidem condicione adiecta, Quod successiuis futuris temporibus neque Senatus neque Judex Neque Centum electi viri, Neque Magistri Hospitalares in dictis Hospitalibus Sancti Spiritus et beati Job Patriarche pro tempore constituti Ac in Economum deputati Neque pauperes in pre-nominatis duabus Hospitalibus residentes Predictam domum Pistoriam ac prouentus illius nunquam venundare et a prescriptis Hospitalibus nulla ratione et via, ac exquisito aliquo colore [Durantibus ipsis hospitalibus] alienare possint et valeant. Neque successores ac posteritates ipsorum possint et valeant diuendere, In cuius rei memoriam firmitatemque Perpetuam presentes literas nostras pendentis et autentici Sigilli nostri maioris munimine roboratas Juxta relacionem Luce Litterati et Georgÿ Bestherczeÿ Juratorum ciuium fratrum nostrorum prefatis pauperibus in dictis duabus hospitalibus nunc et in futurum commorantibus duximus dandas et concedendas Communi Justicia et equitate suadente Datum in Ciuitate *Coloswariensi* Feria Sexta Proxima ante Festum Sancti

Georgy martiris [ápril 18.] Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Nono.

Stephanus Thalyay Notarius
Ciuitatis *Coloswariensis* Manu
propria se subscripsit. ¹⁾

CCL.

1572.

Báthori István erdélyi vajda bizonyágtevő levele arról, hogy Kolozsvár birája és esküdt polgárai tiltakoztak azon ítéletnek kiadása ellen, mely utóbbiak és gyerő-monostori Kabós Gábor közt a mérai rész-jószág iránt fenforgott ügyben meg nem jelenés miatt terhelőleg hozatott.

Stephanus Bathori de Somlio Waywoda Transiluanus, et Siculorum Comes, etc. Egregys Nobilibus Joanni Borsolo. Michaeli Baxas, Emerico Danieli Papaý, alteri Danieli Waday, Gabrieli Beothazý, Georgio Ernieý, Andree Samsondy, Demetrio Culay, [így] et Petro Litterato Thordensi Notarýs Sedis nostre Judiciarie, Blasio, Caspari Gyereoffý Seniori de Gyereowasarhel, alteri Caspari, Stephano Gyereoffi, Paulo Mikola de Zamosfalwa, Valentino Litterato Fodorhazý de Zent Miklos, Caspari Somaý, Stephano Budaý, Jacobo Denke de Wýbuda, Thome Kabos, Michaeli Rado, Mathie et Georgio Kemený de Gyereu monostra, Francisco Kabos de Derethe, Joanni Feýerdý de Warsza, et Nicolao Feýerdj de Saard Salutem, et fauorem. Noueritis, Quod circumspectus Vincentius Litteratus Coloswariensis nominibus et in personis prudentum Circumspectorum Judicum et Juratorum Ciuium Ciuitatis *Coloswariensis* Nostram personaliter veniens in presenciam, per modum protestacionis et Inhibicionis nobis significare curauit in hunc modum Quod Egregius Gabriel Kabos de Gyero Monostra in presenti termino celebrato, Judiciorum octauí diei festi Beati Luce Evangeliste, ad quem ut puta terminum vnuerse cause Dominorum Nobilium Transiluanensium, ab obitu Serenissimi Principis quondam Domini Ludouci Regis Hungarie etc. pie memorie ex publica constitucione adiudicari solite, per nos generaliter fuerant prorogate, in quadam causa inter ipsum ut Actorem ab una, ac prefatos protestantes veluti in causam attractos, partibus ab altera racione, et pretextu integre dimidie partis Possessionis Méra vocate, in Comitatu *Coloswariensi* existentis habite, per Nobilem quondam Antonium Deseo Juniorem de Patha in Usum, et Sustentacionem pauperum Hospitalium in Xenodochio Sancte Elýsabeth vidue, in Suburbio prefate Ciuitatis *Coloswar* Hýdweza vocato degencium pro certa Summa pecunie date collate et abalienate coram Nobis mota, et adiudicata, quasdam Litteras nostras adiudica-

¹⁾ A város levéltárában a rendezetlenek közt levő eredetiből.

torius Sententionales vobis forte sonantes pro sui parte per non venienciam et non comparicionem dictorum protestando, a nobis extrahere, et emanari facere curasset, vigore quarum dictos protestantes in bonis, et Juribus suis possessionarijs hereditatibus, et rebus eorum mobilibus damnificare vellet, et niteretur, uel iam de facto damnificasset, in. preiudicium et damnum eorundem protestancium manifestum, cum tamen si Ipsi protestantes arduis admodum negocijs suis prepediti, ad terminum discussionis presentis cause nostram in presenciam uenire, uel mittere, ac eidem debito, ut debebant modo superintendere et invigilare sciuisent, atque potuissent, sperassent se causam eorum premissam contra partem aduersam de fatali defendere potuisse, prout posse sperarent eciam de presenti. Qua quidem protestacione modo premissa facta, idem Vincentius Litteratus nominibus et in personis quorum supra allegavit eo modo : quod si Juri conuenire et equitati uideretur, vellet prefatum actorem et vos quoque ac alios quoslibet executores in prescriptis Litteris nostris Adiudicatorijs Sentencionalibus nominanter conscriptos ab executione earundem Litterarum Nostrarum inhiberi, ac eundem Actorem pro habendo causa in premissa nouo Iudicio nostram in presenciam euocari facere et eidem cum eo quoque onere et grauamine quo de Regni consuetudine conueniret repandere prompti essent et parati Et quia premissa allegatio dictorum protestancium, Nobis iusta et legitima admittendaque fore videbatur, ob hoc uobis harum Serie committimus et mandamus firmiter, ut acceptis presentibus vos Executionem pretectarum Litterarum nostrarum Adiudicatoriarum Sentencionalium peragere nullo modo debeatis uel si iam de facto executi essetis, Litteras vestras superinde relatorias dicto actori extradare non debeatis, quin aliosque Executores in eisdem Litteris nostris contentos ab executione earundem, ac extradacione Litterarum superinde Relatoriarum inhibeatis, quin simul uel duo vestrum sub oneribus alias in talibus obseruari solitis erga prefatum Gabrielem Kabos Actorem accedentes qui si personaliter reperiri poterit, eundem ibidem personaliter alioquin de Domo habitationis, siue solite eius residentie aut de bonis, et Juribus suis possessionarijs unde videlicet presens inhibitio uestra ad scitum eius commodum deuenire poterit, inhibeatis, eundem quoque ab executione earundem Litterarum nostrarum Adiudicatoriarum Sentencionalium Et nihilominus dicatis et committatis eidem verbo nostro ut Ipse decimo quinto die diei huiusmodi Inhibitionis et ammonitionis vestre computando personaliter uel per Procuratorem suum legitimum premissas Litteras nostras Adiudicatorias Sententionales exhibiturus ac causa in premissa a nobis novum Iudicium recepturus coram Nobis comparere debeat et teneatur. Certificantes eundem ibidem ut siue ipse termino in predicto coram Nobis compareat, pretactasque Litteras nostras Adiudicatorias Sententionales exhibeat, ac causa in premissa a Nobis nouum Iudicium recipiat siue non, nos ad partis comparentis instantiam id faciemus in premissis quod Juris dictauerit ordo ; Et tandem vos Seriem huiusmodi Inhibitionis Ammonitionis, Evocationis, et Certificationis vestre, ut fuerit expedita, nobis terminum ad predictum fide

vestra mediante referre vel rescribere debeatis, et teneamini, Secus ne feceritis presentibus perlectis exhibenti rostitutis. Datum Thorde feria quarta In Crastino festi Beati Martini Episcopi. [nov. 12.] Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Secundo. ¹⁾

CCLI.

1617—1632.

Bethlen Gábor erdélyi fejedelem a kolozsvári két ispotály javára két ezer kő sőt alapít.

Nos Requisiteores litterarum et litteralium instrumentorum, in Sacristia siue Conseruatorio Conuentus Monastery Beatae Mariae Virginis de Colosmonostra repositarum et locatorum ac quarumlibet Judiciariarum deliberationum legitimorumque mandatorum Principalium Executores etc. Damus pro memoria per praesentes : Quod Nobilis ac Circumspecti Stephanus Geczy et michael Szýgyarto de Colosuar, utriusque Xenodochy *Colosuarius* magistrj exhibuerunt nobis et praesentauerunt litteras quasdam Serenissimi quondam Domini Domini Gabrielis Dei gratia Sacrj Romani Impery et Transilvaniae Principis pie memoriae super solutione duorum millium Salis lapidum in duplici papyro patenter confectas et emanatas Annuentionales Sigilloque ejusdem Domini Principis in cera rubra impressiue ac manus propriae subscriptione munitas et roboratas Petentes nos ydem Xenodochiorum magistrj debita cum instantia ut Copiam seu paria earundem litterarum Transsumto litterarum nostrarum inserere sub sigilloque nostro Conuentuali Jurium eorundem Xenodochiorum futura pro cautela, ipsis extradare vellemus. Quarum quidem litterarum et verbalis continentia sic habebat. Gabriel Bethlen Dei gratia Princeps Transilvaniae partium regni hungariae Dominus et Siculorum Comes etc. Fidelibus nostris Egregys et nobilibus Joanni Juhos de Colosuar Praefato Salisfodinae nostre Colosiensis, alysque quorum interest seu intererit modernis et futuris quoque pro tempore constituendis nobis dilectis Salutem et fauorem nostrum. *Colosuari* hiueink találanak megh minket jelentuen hogy ennekeleotte valo Praedecessorink Varasokban leueoket Ispitalbeli szegenyek számára és segitségekre Colosi Soo Camaranktol Annuatim ket ezer soot rendelte volt, melyet mys Confirmaluan megh attuk. De ennekutánna minket Esztendeonkint arrul valo Mandatomunk Emanalasaert ne busiczanak Hadjuk és serio paranczollyukis ez Levelunk latuan az megh irt két ezer keő soot *Colosuari* Varosunkban leuco két Ispital számára oda boczatott embereknek Annuatim fogyatkozás nelkwl, megh adgyad és adassad ne kellessek minket teobzeor ez dologrul megh talalniok, mellyet mi szamba uetetwnk. Praesentibus paribus pro sui

¹⁾ A szent Erzsébetről nevezett kolozsvári elaggult szegények háza levéltárában levő eredetiből, mely papirosra van írva, s rányomott veres viasz pecséttel hitelesítve. [Fasc. A. Nro 27.]

Expeditione reservatis. Secus non facturi. Praesentibus perlectis Exhibenti restitutis. Datum in Ciuitate nostra Alba Julia die Decima secunda maj Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Decimo Septimo. Et subscriptum erat : G Betthlen m. p. Item Simon Pechy Cancellarius m. p. Item Caspar Beoleony Secr. m. p. Nos itaque Justum postulantibus placidum praebentes assensum, Copiam seu paria praescriptarum litterarum Annuentionalium, Transsumpto presentium nostrarum de verbo ad verbum, sine diminutione augmento vel variatione aliquali inserentes Jurium futura pro cautela annotatis Stephano Geczy et Michaeli Szýgyarto Xenodochiorum *Colosuariensis* magistris modernis Jurium ipsorummet Xenodochiorum futura pro cautela fideliter et conscientiose sub sigillo nostro Conuentuali extradanda duximus Communi etiam aequitate suadente Datae feria Secunda. proxima post Dominicam rogationum. [máj. 17.] Anno Domini millesimo Sexcentesimo Trigesimo Secundo ¹⁾

CCLII.

1628.

Szentpáli András Méréban levő egész birtok-részét és András háza nevű praedium három részét, melyek eddig a kolozsvári tanácsnál s illetőleg 400 forintba Filstich Péternél voltak zálogban, ugyanazon összegben és kiválthatólag a szent Erzsébetről nevezett kolozsvári elaggult szegények házának adja.

Damus pro memoria per presentes, Quod Generosi ac Egregy domini Andreas Szentpali, de eadem Zent Pal, Pro se ipso, ab vna, ac Stephanus Geczy de Coloswar, Magister Xenodochy seu hospitalis, Beate Elizabeth vidue, in Suburbio Ciuitatis *Coloswar*, vltra pontano fundati, nominibus et in personis Amplissimorum dominorum, Primary et Regy Judicum, caeterorumque iuratorum Ciuium et Senatorum antelatae ciuitatis *Coloswar*, coram nobis Personaliter existentibus Idem praefatus Andreas Zentpalý, matura primum intra se deliberatione praehabita, sponte, Libere. Vivaque vocis suae ministerio nobis significauit eo modo. Quomodo ipse, certis et rationabilibus ad id inductus causis, Totalem et integram portionem suam possessionariam in possessione Mera, ac tres integras partes Praedy Andras-haza nuncupati omnino in comitatu Colosiensi existentis habitas, simul cum cunctis earundem vtilitatibus et pertinentys quibuslibet, Terris Sczt arabilibus, cultis et incultis Agris, Pratis, pascuis, campis, foenetis, syluis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promonthorýs, [így] Aquis. fluuys piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, Molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et portionum suarum integritatibus, quouis nominis vocabulo vocitatis, ad easdem de iure, et ab antiquo

¹⁾ A szent Erzsébetről nevezett kolozsvári elaggult szegények háza levéltárában levő eredetiből, mely papirosra van írva s rányomott pecséttel hitelesítve. [Fasc. A. Nro 47.]

spectantibus et pertinere debentibus sub suis veris metis et antiquis limitibus existentium [quae vczt antea per eundem Andream Zentpali, Generoso Petro Filstich Seniori, de dicta *Coloswar*, in Summa Quadringentorum florenorum Hungaricalium fuerant impignoratae,] in eadem praescripta Quadringentorum florenorum hungaricalium Summa, antenotato Amplissimo Senatui Claudiopolitano, ac consequenter Xenodochio seu hospitali, Beatae Elizabeth viduae, in praenotato Suburbio vlttrapontano fundato, titulo et Jure redemptibilij dandam, obligandam, inscribendam et impignorandam duxisset, prout dedit, obligavit, inscripsit et impignoravit, Summamque praemissam se levasse dixit, coram nobis; Hoc addito, quod si quae hereditates, Sylvae, Terrae arabiles, campi, et prata foenilia, ad eandem portionem Merayensem, et praedium Andrashaziense, hac Tenus de iure pertinuissent, et nunc prae manibus existerent, easdem praenotatus Amplissimus Senatus Claudiopolitanus quavis Bona via recuperare et reoccupare tam valeret, quam etiam teneatur, possidendique easdem, ad tempus vsque redemptionis, et solutionis summae et expensae, pro rehabilitatione earundem exponent et erogant simul cum depositione capitalis Summae, habeant potestatis facultatem. In cuius rej testimonium praesentes Literas nostras, Sigillo et Chyrogapho nostro munitas, praedeclarato Amplissimo Senatui Claudiopolitano conscientiose duximus extradandas. Datum Claudiopoli feria Quarta in festo Beatae Annae, Matris Marie, [jul. 29.] Anno domini Millesimo Sexcentesimo vigesimo octavo.

Petrus Thorday m. p.



Gregor Szegedy m. p. ¹⁾

CCLIII.

1649.

I. Rákóczy György a kolozsvári két ispotályt a fejedelmi elődeitől hagyott két ezer kőso birtokában megerősíti.

Georgius Rakoczy Dei gratia Princeps Tranniae, partium regni Hungariae Dominus, et Siculorum Comes etc. Fidelibus nostris Nobilibus Stephano Nagy Mihaly, Camerario, ac Caeteris Officialibus Salis fodinae nostre Colosiensis, modernis praesentibus et futuris quoque pro tempore constituendis, quorum viczet interest vel intererit praesentium notitiam habituris, Salutem et gratiam nostram. Kolosvari Hiueink alazatos keönyörgesekből ertyúk, hogy ennek előtte valo Boldogh emlekezetű Fejedelmek, Varassokban leuóket Ispotalybeli szegenyek szamara es segitcegekre annuatim ket-

¹⁾ A szent Erzsébetről nevezett kolozsvári elaggult szegények háza levéltárában levő eredetiből, mely papirosra van írva s a két kiállító két pecsétével hitelesítve. [Fasc. A. Nro 46.]

ezer keó Sott [így] rendeltek volt az Colosi Camarankrol adatni. Mely Praedecessorinknak ebbeli kglmes Collatioikat, miis megh akarvan kglsen Confirmalni, Ennekutánna is az ket ezer keó Sott, usque ad bene placitum nostrum annuatim nekik adatni megh engedték. Kglsen hadgyuk azert is, es serio paranczolljuk is húsegteknek, az Leuelünk latvan, a megh irt ket ezer keó Sott, *Colosvari* Varosunkban levő ket Ispotaly szamara oda boczatot emberek, usque ad bene placitum nostrum uti commissum est, annuatim fogyatkozás nélkül megh adgya, es adassa húséged, hogy ez dologrol többször ne requiraltassunk. Acceptaltatik túlle : Praesentibus autem paribus pro sui expeditione reservatis. Secus non factur. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Castro nostro Colos Monostor, die Tertia Mensis Maý Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo nono.

G. Rakoczy ¹⁾

CCLIV.

1666—1698.

A kolozsmonostori konvent átiratban kiadja Apafi Mihály erdélyi fejedelemnek a kolozsvári két ispotály számára fejedelmi elődeitől adott két ezer kő sőről költ megerősítő levelét.

Nos Requisiteores Literarum et Literalium instrumentorum in Sacriscia sive Conservatorio Conventus Monasterij Beatae Marie Virginis de Colosmonostra repositarum et locatarum ac quarumlibet Judiciariarum deliberationum legitimorumque mandatorum Regalium Executores, Damus pro memoria per praesentes Quod Egregij et Nobiles Stephanus Arkosi et Georgius Brassai Exactores, Andreas Halász et Paulus Timar Magistri Hospitalis Sanctae Elisabethae, Civitatis *Colosvar*, ratione dictorum officiorum suorum Exhibuerunt nobis et praesentaverunt literas quasdam Illustrissimi quondam felicis reminiscendae Principis Tranniae D. Dni Michaelis Apafi, de et Super Bis mille lapidibus Salis, per felicis recordationis Predecessores suos, in Eleemosinam pauperum dictae, et alterius Sancti Spiritus Hospitalium *Colosvariensium* pie Collatas et ex Camera Colosiensi quotannis administrandas, Confirmationales simul ac Commissionales, Subsriptione et Sigillo ejusdem Domini Principis communitas et roboratas, tenoris infrascripti. Petentes Nos debita cum instantia, quatenus easdem literas Transumto Nostrarum verbaliter inserere et inscribere, parque sive Transumptum hujusmodi, jurium dictarum Hospitalium uberiorem futuram ad Cautelam necessariam Sub Sigillo nostro Conventuali et authentico, extradare et emanari facere vellemus. Quarum quidem literarum tenor et verbalis contentia sequitur eò modò : Michael Apafi Dei gratia Princeps Tran-

¹⁾ A szent Erzsébetről nevezett kolozsvári elaggult szegények háza levéltárában levő eredetiből, mely papirosra van írva s rányomott pecséttel hitelesítve. [Fasc. A. Nro 49.]

niae, partium Hungariae Dominus et Siculorum Comes etc. Fidelibus nostris Generosis et Egregijs Georgio Udvarhelyi de Varad, universorum Bonorum nostrorum in Trannia Praefecto, et Decimarum Vice Arendatori, ac Stephano Alvinczi de Dés, universarum Salisfodinarum nostrarum Inspectori; necnon Gregorio Kovásznai de eadem, Salisfodinarum nostrarum Colosien-sium Camerario, modernis vlet et futuris pro tempore constituendis, ac alijs, quorum vlet interest aut intererit praesentium notitiam habituris, Salutem et gratiam nostram. *Colosvári* hiveinkk alázasatos könyörgésekből értyük kegyelmesen, hogy ennekelötte valo bóldogh emlékezetü Praedecessorink, Varosokba lévő két Ispotálybeli Szegények számára és segítségekre annua-tim két ezer kő sőt rendelte volt mind fel-sovával edgyütt Colosi Kama-ránkról, Melly Praedecessorink ebéli kegyelmes Collatiojokat mýs meg akarván kglsen Confirmalni, ennekutánna is az két ezer kő Sót, mind fel-sovával edgyütt annuatim nékik meg adatni engedték. Kegyelmesen had-gyuk annakokáért és serio parancsollyukis Hűségteknek, ez Levelünket látván az megirt két ezer kő sőt mind fel-sovával edgyütt, *Colosvári* váro-sunkban lévő két Ispotály számára, oda bocsátott emberek, annuatim fogyatkozás nélkül, meg adgya és adassa hűségtek; hogy ez dologról több-ször ne requiraltassunk, acceptaltattyuk tőlök. Secus non facturi. Praesen-tibus perlectis, exhibenti restitutis. Datum in Arce nostra Szamos Ujvár die Vigesima tertia mensis Augusti, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo, Sexagesimo Sexto. Et Subscriptum erat versus dextram literarum margi-nem Apafi Erantque Sigillo ejusdem Domini Principis majori et aulico, Super cera rubra ductili impressive communitae et roboratae, in Simplici papyro Consriptae, patenterque confectae et Emanatae. Nos itaque memo-ratorum Exactorum, et magistrorum dictarum Hospitalium, instantiam sive petitionem nobis propterea factam, justam, legitimam juriqne consonam esse agnoscentes, praesentes literas de verbo ad verbum, sine diminucione, augmento variationeque prorsus aliquali Transumpto Praesentium nostra-rum inserentes et inscribentes par sive Transumptum hujusmodi jurium dictarum Hospitalium uberiores futuram ad Cautelam, sub sigillo nostro Conventuali et authentico, fideliter et consciencieose extradandas duximus et concedendas, Communi justitia et aequitate svadente. Datum Feriâ Quintâ proxima post Festum Sancti Joannis Baptistae, [jun. 28.] Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo, nonagesimo Octavo.¹⁾

¹⁾ A szent Erzsébetről nevezett kolozsvári elaggult szegények háza levéltárá-ban levő eredetiből, mely papirosra van írva s alólról rányomott pecséttel hitele-sítve. [Fasc. A. Nro 51.]

CCLV.

1701.

Az Bástyákról kőfalról valo Catalogus Anno 1701 die 16 mens. May.

Az Commendans es nga parantsolattyából és Nemzs Vice Kapitány Balku Pál Ur eo Kglme teczéséből romlott <i>Colosvár</i> Várossanak Kőfalait kívül és belől el iártuk mi az ns Várostól Választott Epitő mesterek, úgy mint Bágyoni Joseph és Kőszeghi István, mellettünk penig voltanak az Kapitány Urk közléséből és egyszersmind Nemzs Fő Hadnagy Viczei Péter Urk parantsolattyából két Betsüls Centum Paterek, úgy mint : Sz. Lászlai János Déák és Szegedi Eotves István Uramék, es ugyan Czéhuk előljároi négyen és edgy Kő Farago Kőmives. Az Commendans eo nga részéről penig voltak két német Atsok és edgy Káplár kikkel elsőbenis kimentünk Közép Kapun, és a Szabo Czéh Bástyáján kívül lévő hegyess fákból tsinált és földel fel töltött Sánczát, edgy Ruddal megmértük, mely volt hetvennyolcz öl, edgy öltre penig hatunk tiz szál Palánk fát jó vastagokat háromhárom ölösöket, az melyk száma mind edgyütt téssen in Summa.			780
Item, Az Thorda Uczai Kis Ajtonál az felben maradott kő kerthezis hasonlo Palánkfa kelletett, mellyis volt hatvan két öl, azért ez is téssen	Nro		620
Item, Hid Kapun kívül a kőfaltól fogva a Szamosig hét öl, mellyhez is kell fa	Nro		70
Az három alkalmatosságra azért kelletik fa mind edgyütt Nro			1470
Item, Az Vargák Bástyájánál felben maradott külső Bástyá, az mint az előtt is fel volt vonva gerendákkal, az melly immár meg omlott miuel holmi hitván fákkal volt rakva azért számláltuk e szerént.			
Az nap kelet felől valo oldalon öt ölös kell Gerenda	Nro		6
Az Del felől valo oldala kilencz ölös, azért mivel olyan hoszszu Gerendákat nem hoznak kelletik öt ölös			12
A nap nyugot felől valo oldala 12 ölös, azért ahozis kell három lábban való fa, ezért kelletik fa	Nro		18
Az Eszak felől valo oldala öt ölös fa kell hozzá járom fának és kötő fának is kell hasonló fa, és így arra az alkalmatosságra megyen fel fa	Nro		102
Azon Bástyára kelletik öreg kosár földel töltve Nro 30 annak az karai olyanok legyenek mint az Sövény karó és így karó kell hozzá	Nro		600
Az Szabók Bástyájánál lévő Sáncznak kelletik aprob avagy rövidebb karo, mivel meg kell fonni vesszővel mint edgy honalyig, hogy az föld az árokban ne folyjon, kell azért odais	Nro		390

Ez két rendbeli Karonak is száma téssen	Nro	990
Az öreg Gerendak az Palánk fák és aprob Karok mind együtt ke- vántatk	Nro	1562
Ezen Kosárokhoz és az Szabok Bástyájához számláltunk hogy ke- vántatik veszsző szekér		50
ha peniglen az fen álló Palánk fáknak mellyékét meg foghják rakatni az féle kévékben kötött veszszőkkel, azokra is reá fog így menni ötven szekérrel avagyha több is.		
Az nemet Atsok penig in omnibus computatis Számláltak	Ad Nros	12000

Következik az Várfokra járó Graditsokk Karfái

Az Takátsok Bástyájára járó Graditsk nintsen karja
 Az Kerekese és Takátsoké között lévőnek is nintsen
 Az Mészárosok és Szabóké között lévőnek is nintsen
 Az Szabok és Kőmivesekre lévőnek is nintsen
 Az Sziygyártok és Csizsároké között sintsen
 Az Asztalosokénál lévőnek is nintsen
 Az Vargák és Csizmadiáké között is nintsen
 Az Csizmadiák és Szötsöké között sintsen
 Az Kovátsok és Eotveseké között sintsen
 Az Eotvesek és Lakatosoké között is nintsen.

És így ez tíz helyen lévő Gráditshoz kevántatk öt öles fák és há- romhárom lábok, mellyhez is kell kar fa	Nro	10
Láb fa is kell	Nro	30

Hid Kapu között valo difficultasok :

Hid Kapuban az fel vono Hid felett két hoszszu gerenda, édgyik		
Tölgy fa, másik Fenyő fa hét ölös		2
és édgy Kar fa 7 ölös		1
függő lábas Gerenda is kell öt ölös		7
Kötésnek, Lábnak kell		3
Feljárá Gráditstnak kell		2
Altal járá Gerendais kell öt ölös		5
Azon Gerendákhoz is kell függő Lábnak és kötésnek . . .		3
Bokros Szaru fának és . . . Szarufának is kell		26
Ismét a szegeletben avagy fordulásban is kell hat ölös . .		2
Szarufa is kell hozzá		4
	Latus facit	95

Ittem. Azon Kapuban a Strása Háznak ellenében lévő folyorsohoz		
[így] kell két koszoru fa hat ölös		2
Szarufa is kell		6
Függő láb Tölgyfa Gerenda is kell		6
Az véghiben a Bástyá megett lévő Hazk is folyo Gerend .		7
Koszoru fa is kell		3
Szaru fa is kell		6
Lécz is kell mind ezekhez		150

Hidkapun kívül a malommal szemben levő kasamatáknak felén nintsen héjazat, szarufa kell réá	3
és így ezekhez az munkákhoz kívántatik Sendely	17000 ¹⁾
	<hr/> 17000
eddig azért Szaru fa, Koszoru fa, Láb fa és egyéb efféle, s Karfákra Nro	128
Következik az Kőfalban lévő fogatkozás.	
Az Thorda Utzai Bástyán kívül lévő kerek Bástyá el hasadozott sok részekre, melyet is kívánnak megtsináltatni, az melly- hez a Kőmives követ hogy kel szekér Nro	600
mivel mind fundamentumából kell meg rakni.	
Az egész Bástyákra járó kő Gráditsokhoz kelletik Gradits kő, két két singes Nro	46
Az egész Várfokon lévő horog és párkányozó kővek az mennyin kívántatnak Nro	887
Eodem Ao et Mens. die Vero 18 Ismét el kellett az Várfokot es Bástyákat járnunk, az mi difficultasok Vannak az Bástyákban és az Várfokokon	
Az Vargák Bástyájában édgy kő Grádits kell más fél singes	
Asztalosok Bástyája rosz	
Az Csiszárok Bástyája rosz	
Az Szygyártok Bástyája rosz ajtaja nintsen ehéz kell Vas szerszám és az ajto	
Az Timárok Bástyája rosz nints ajtaja és Vas szerszáma	
Az Kőmivesek Bástyája rosz az ajta- ján semmi vas nintsen egyéb az sarkánál és hevederénél	
A Szabók Bástyája jó tsak hidlás kell és alája valo fa hat ölös	
Az Mészárosok Bástyája jó két kő Grádits kell belé hét singes.	
Az fel vono Hid felett kell Az Strasa házakra a Palánkra és az külső Strása Házra kell —	
Az Fazakasok Bástyája rosz sem Ajtaja sem Vasa nintsen	
Az Kádárok Bástyájának rosz a Sendelye belé nem mehettek	
Az hatulsó Székbeli mészárosoknak nintsen ajtaja sem vasa	
Az Kerekesének Csatorna kell	
Az Eötvésekében kell	

¹⁾ Az eredetiben javítás lévén e számban : újra kiírták a felmérők.

Az Csismadiákéban kell öt ölös fa.

Következik az Várfok körül valo difficultasok, hogy hány öl és mennyi fa kell hozzá, Lécz Sendely etc.

Az Vargák Bástyájától fogva peniglen az Asztalosokéig	56
az Csiszárokeigh penig	66
Az Sziygyártókéig	68
Az Timárokéig	44
Az Kőmivesekéig	96
Az Szabókéig	78
Az Mészárosokéig	106
Az Fazakasokéig	46
Az Kádárokéig	64
Az hatulso székbeli mészárosok	34
Az Kerekesekeig	22
Az Takátsokéig	132
Az Lakatosokéig	97
Az Eotvesekéig	164
Az Kovátsokéig	154
Az Szőtsekéig	46
Az Csismadiákéig	120
Az Vargákéig	62
Latus facit	1455

Az mi kevés jó vagyon az Várfokon így következik :

Az Szabók Bástyájánál	18
Az Mészárosokénál	54
Az Takátsokénál	4
Az Lakatosokénál	54
Az Kovátsokénál	6
Latus	136

Mivel immár az egész Vár fokon vagyon rosz folyorsó 1455 öl, azért kell hozzá Koszoru fa két rendel és édgy rend Karfával tudván fel öt öt ölös fákat, azért azon fáknak száma Nro 873

Talp fa minden két két ölnyire kelletik azért szükséges édgy édgy ölös Nro 728

Láb fa is annyi kelletik Nro 728

Edgy, édgy ölös kötés fa két annyi 1455

Szaru fa is szintén annyi két két ölös 1455

Tizenhárom sor Lécz kell hozzá azért minden Léczet három három ölre tudván kelletik Lécz Nro 6205

Sendely megyen édgy édgy ölre 390 és így az egész folyosóra megyen Sendely Nro 58005

Az egész Registrumban levő fáknak, Deszkáknak, Szarufáknak Lécznek, Sendelynek száma ez szerént computáltatott.

Az Gerendáknak, Talp fáknak, Koszorufáknak, Karoknak . . . 2663

Az Szarufáknak mindenestől Nro 1689

Az Lécznek száma	Nro	7185	
Az Sendelyk száma	Nro	186005	
Az Deszkákk száma	Nro	1058	
Apro Talpfa edgy édgy ölös		728	
Láb fa is kell annyi		728	
Kötés fa is kell.		1455	
Immár az Gerendákk az árrát szabjuk ad dr	2663	facit fl.	80
Az szaru fákat tudgyuk 40 pénzre	1689	—	2130//40
			674//80
Az Lécznek az árrát tuggyuk öt pénzre	7185	—	359//25
Az Sendelynek az árrát tuggyuk 2—40	186005	—	432//—
A Deszkának az árrát tuggyuk 10 pénzre			
noha ki Régeni ki penig Tölgyfa Deszka	1058		105//80
Edgy édgy ölös Talpot tudunk 12 pénzre	728		87//36
Az Láb fákat is tsak annyira tudván	728		87//36
Az kötés fának valot tuggyuk 8 pénzre	1455		116//70
Veszszőnek az árrát is tuggyuk 50 pénzre			
száz szekérrel lévén facit	—	100	50
És így ez költség, fára, Sendelyre etc. menne pénz	—		3043//37
Sendelyszegre is menne ezer forint			
Lécszegre, Szaru szegre is rá menne ezer			
és így azt is hozzá tésszük facit fl.			5043//37
Ezt irtam meg emlekezetk okáért Nemzs Vice			
Kapitány Balku Pál Urk eő Kglnek	Köszeghi István mpr.		
Az Atsok Sendelyeznek ölit három forintért	1455	4365	— —
Az Követ is tudom 18 pénzre szekerit facit	600	108	
Az kőmives is megtsinálta száz forintért	—	100	
Mész is kell vagy 15 szekérrel szekerit	240	15	36
Porond is kell 60 szekérrel 18 pénzével	60	1080	
Napszamos is rá menne ötven 24 pénzél			
fizetvén	—	—	12
Horog és párkány követ sem adnák edgy			
edgy forintért	—	—	887
Gráditskövet sem adnák 3 forint aloll	46	138	
azt sem raknák be 60 forint aloll	—	—	60
Ezeket immár öszve computálván facit Summa	—		10760//17 ¹⁾

¹⁾ A város levéltárában levő eredetiből. [Fasc. II. 378. sz.]

CCLVI.

1707.

Az Colosvárj Bástyák micsoda Czéhokra néznek lásd megh ebben az Regestrumban.

Első. Középkapu felett valo Bástyá az első Székbeli
Mészáros Czéhez valo.

Második. Az Szamos felé következendő Bástyá, ez az
Fazakas Czéhé.

Harmadik. Utánna következik az Kádárok Bástyája.

Negyedik. Hátulsó székbélj Mészárosoké a Bástyá

Ötödik. Az Szappanyos, Kupás, Üstgyártó, Nemezgyártó
Czéheké ugy mint az Olasz fokas Bástyá.

Hatodik. Az Takátsok Bástyája

Hetedik. Hid kapu felett, az Lakatosok Bástyája.

Nyolczadik. Ötvesek-Bástyája, ugy mint, a Szeglet Bástyá..

Kilenczedik. Kovácsok Bástyája.

Tizedik. Monostorkapu felett, szöcsök Bástyája.

Tizenedgyedik. Csizmadiák Bástyája.

Tizenkettődik. Vargák Bástyája.

Tizenharmadik. Asztalosok Bástyája és Poszto Utánna ¹⁾ Csinalóké

Torda kis Aito felett; Csiszárok és Kés Csinalók Bástyája.

Tizenötödik. Szigyártok Bástyája.

Tizenhatodik. Kőmivesek Bástyája.

Tizenhetedik. Timárók Bástyája.

Tizennyolczadik. Szabok Czéh Bástyája, a mely ez előtt
nem régen porral felvettetett. ²⁾

Haec Inventatio peracta est A 1707. 24.

9bris per Juratos Assessores Cittis ³⁾

¹⁾ Ez az eredetiben is így van, értelmét nem tudom.

²⁾ Érti a várnak a Rákóczit követők által bevételét.

³⁾ A város levéltárában levő eredetiből. [Fasc. II. 457.]

Ao 1718. Die 21. Maji A Tiszteletes Tanács Parancsolatjából mi alább meghirt személyek eljárván körül a város falát és Bástyáit, az Mesteremberek relatioja szerint az Bástyákhoz és város falához ezek a szükséges Materialék és ennyi számuak kívántatnak az építésre :		Tölgyfa gerenda három ölös numero :	Tölgyfa gerenda négy ölös numero :	Tölgyfa gerenda öt ölös numero :	Tölgyfa gerenda Hét ölös numero :	Koszorufának, szarufának no, gerendák, kőtesnek öt ölös fenyőgerenda nro :	Székülésnek fenyőgerenda öt ölös vagy hat ölös nro :
1. A középkapu felett a Mészárosok Bástyájához	6	.
Ezen bástyától fogva a szabok bástyájaigh 145 öl kő falnak karfázására és béhéjazására	30	.	82	.
2. A szabok bástyájához	2	2	.	12	.	42	20
Ezen bástyától fogva a Timárok bástyajaigh 70 öl kőfal lévén ennek karfázására és béhéjazására	14	.	42	.
3. A Timárok bástyájához	6	.	.	44	.
Ezen bástyától fogva az bástyajaigh 69 öl kőfal leven arra	14	.	41	.
4. Az bástyájához	6	.	.	44	.
Ezen bástyától fogva az bástyajaigh 63 öl kőfal leven arra	13	.	38	.
5. Az bástyajához	5	47	.
Ezen bástyától fogva az Torda utca bástyajaigh 62 öl kőfal lévén arra	13	.	38	.
6. Az Torda utczai bástyájához	6	.	5	16	.
Ezen bástyától fogva az Asztalosok bástyajaigh való kőfalhoz	13	.	38	.
7. Az Asztalosok bástyajához	32	.
Ezen bástyától fogva az vargák bástyajaigh való falhoz	8	.	27	.
8. Az Vargák bástyájához	4	24	.
Ezen bástyától fogva az Csizmadiák bástyajaigh való falhoz	10	34	.
9. Az Csizmadiák bástyájához	32	24	.	32	.
Ezen bástyától fogva az Szöcsök bástyajaigh 91 öl kőfal lévén arra	18	.	54	.
10. Az szöcsök bástyájának a Cserépzete bomlott megh, melyet circiter 18 vagj 20 forintal meglehetne orvosolni
Ezen bástyától fogva a kovácsok bástyajaigh 35 öl kőfal lévén arra	6	.	21	.
11. A kovácsok bástyájába bé nem mehettünk, de annak nincs elszenvedhetetlen romlása. Ezen bástyától fogva az ötvösök bástyajaigh 99 öl kőfal lévén, arra	20	.	60	.
12. Az ötvösök bástyáján elszenvedhetetlen romlás nincsen, melyre nagj költség kívántatnék
Ezen bástyától fogva az Olasz Ferencz Uram házáig van öl Nro 125. Azon házon tul Hídkapu felől három öl, in Sum-	

Ao 1718 Die 21. Maji A Tiszteletes Tanács Parancsolatjából mi alább meghírt személyek eljárván körül a város falát és Bástyaít, az Mesteremberek relatioja szerint az Bástyákhoz és város falához ezek a szükséges Materialék és ennyi számuak kívántatnak az építésre:

	Tölgyfa gerenda három ölös numero :	Tölgyfa gerenda negy ölös numero:	Tölgyfa gerenda öt ölös numero :	Tölgyfa gerenda Hét ölös numero :	Koszorufának, szarufának no. gerendák, kötésnek öt ölös fenyő gerenda nro.:	Székülésnek fenyőgerenda öt ölös vagy hat ölös nro.:
ma az Olasz Ferencz uram házáig és azon tul hidkapu felől a mely Gazdák vadnak (azon Gazdák háza irányában nem kellettén a városnak a falon építeni) a városnak 128 öl köfalt karfázni, és behéjazni az lakatosok bástyájaigh. Ehez kívántatik			26		77	
Az lakatosok bástyája körül valo folyoson egy nehány lábfa felső és koszuu gerenda mely kitelik három öt ölös fenyőfa Gerendából és megh annyi vékonyob öt ölös szarufából kötésével edgjütt, egy nehány léczből léczszegből, szaruszegből Sendelyből, Sendelyszegből :						
A folyoso szegeletin kömives munka kell, mivel most is aligh áll egy kö, félő hogj embert üt agjon, ehez egy kevés kö, mész, porond						
A kapu között egy darab falt is kell karfázni és befedni. Ugjanaz kapu között egy kis ház is vagjon, melly teli ganéjjal és Televénnel, azt sem sokkal lehetne reparalni						
13. Az Lakatosok bástyájában sem mehetünk be, annak nem sok hiányossága lehet.						
Ezen bástyától fogva a Takácsok bástyájaigh van 72 öl, ennek karfázása és behéjazására kell			15		45	
14. A Takácsok bástyájához Kasamatájával edgjütt.			15		11	
Ezen bástyától fogva az olasz fokos bástyájaigh van 100 öl köfal, ehez kell			20		60	
15. Az olasz Fokos bástyájához				4	32	
Ezen bástyától fogva az kerek kis bástyáigh van 32 öl, ehez			7		21	
16. A kis kerek bástyához gráditsával edgjütt		8			22	
Ezen bástyától fogva az kádárok bástyájaigh van 27 öl ehez			6		17	
17. Az kádárok bástyájához					17	
Ezen bástyától fogva az sz. egjház utczai bástyajigh van 53 öl köfal, ehez			11		32	
18. Az sz. Egjház utczai bástyához, mint hogj az magasságát fával és deszkával emelték felljebb, ezt ha azon magasságra akarnák kövel felrakni kellenék						
Ha penigh azt az fával felemelt magasságot levették és a köfalra raknák a koszuufát, kívántatnék					6	
Ezen bástyától fogva az középutczai Mészárosok bástyájaigh van 43 öl köfal ehez kívántatik			9		26	
Summa	11	60	282	31	1128	20

) A városi levcitárból [Fasc. II. 564.]

Lábának fenyő gerenda öt ölös nro.	Kötő Gerendának szaru- fának hat vagy het ölös fe- nyőfa nro.	A köfal fedésére vékonyab szaru fának öt ölös fe- nyőfa nro	Szaru szegh nro.	Sendely numero	Sendely szegh numero	Léc numero.	Léc Szegh numero	Régéni Deszka numero	Hajo Deszka öt ölös nu- mero	Kő Currus nro.	Mész Currus nro.	Munkajokra kívának az Ácsok	Az Kőművesek.
26	.	128	256	36,000	72,000	350	1150
.
.
.
15	.	72	144	22,000	44,000	248	800
.	.	.	12	6,000	12,000	60	180	.	10
20	.	100	200	30,000	60,000	300	1000
.	.	.	50	15,000	30,000	128	550
7	.	32	64	9,000	18,000	72	220
.	.	.	60	9,000	18,000	100	300
6	.	22	54	8,000	16,000	90	270
.	13	22	40	24,000	48,000	120	360	.	15
11	.	53	106	16,000	32,000	230	700
.	80	50	4	.	.
.	.	6	18	4,000	8,000	50	150	16	6
9	.	43	86	14,000	28,000	190	600
251	94	1276	3502	610,000	1.220,000	5625	18,921	146	217	200	16	.	. ¹⁾

CCLVIII.

1746.

Mátyás király születési háza iránti királyi közügyészi nyomozás.

1746 Januariusba Fiscalis Director Dobra Péter részére

Inquisitor Regiusok
Sándor László Imets Antal
Gublis Tabularis
Irnokok.

Kérdőpontok:

1^o Tudja-e, hallotta-e és levelekből és micsoda levelekből olvasta-e Tanu, hogy Kolosvár királyi városban az Ó várban Mátyás király nevezete alatt levő kőháznak proprietassa kiket concernál, kiké volt?

2^o Azon házról való levelek kinél vannak?

3^o A nevezett házat mostan kik és quo Jure birják, és kiktől apprehendalták?

4^o Azon ház után vannak-e appertinentiák, hol és mik?

5^o Azon háznak minemű praerogativái, indultumi vannak? cum omnibus congruis circumstantiis.

Sequuntur fassiones Testium

1^{us} Stephanus Enyedi Judex primar. annor. 46.

2^{us} Franciscus Boer an. 40 Judex Regius.

3^{us} Petrus Endes an. 52

4^{us} Georgius Kolosvari an. 56.

5^{us} Gregorius Farkas an. 54.

6^{us} Paulus Gyergyai an. 59.

7^{us} Stefan. Pataki an. 59

8^{us} Franciscus Hunyadi an. 60

9^{us} Andreas Ambrus an. 50

10^{us} Mich Széles an. 35 — Senatores L R Civitatis Claudiopolis comparuerunt quidem singuli singillatim atque Juramentum deposuerunt ast auditis de utri punctis fateri recusarunt, asserentes se ad id adstringi non posse, cum puncta illa vergunt contra Jus civitatis, cujus manutentio magistratui ex incumbencia muneris innititur.

11^{us} Thomas Betskereki an. 56 ad 1^m az én időmben mind Enyedi Janos Uram ide valo Civis birta felesége jussán : — ad 2^m nihil — ad 3^m Most a város birja, Kiis Jure praeemptionis apprehendalta Enyedi János

Uramtól, a ki el alkutta volt idegennek azon házát. ad 4^m nihil. — ad 5^{um} Hallottam hogy szép indultumai vannak, de mik in specie nem tudom.

12^{us} Petrus Balla an. 75. ad 1^m Hallottam hogy Dálnokit concernalta volt, a kinek is leányát vévén Enyedi János Uram ő Kegyelmeire szállott volt azon ház. ad 2^m nihil — ad 3^m az nemes Város birja actu, s úgy hallottam meg nevezett Enyedi Uramtól apprehendalta — ad 4^m Ugyan Enyedi Uramtól hallottam panaszképpen hogy Harmad-völgy nevű helyben egy vagy két To vagyon, melyeket tsak is ingyen bir. a város.

13^{us} Georg Hadadi an. 75 ad ad 1^m Tudom hogy ezelőtt circa 50 esztendővel Dálnoki nevű itt Tanátsbeli ember birta azon házát, és azután Enyedi János Ur felesége jussán a ki leánya volt említett Dálnokinak. ad 2^m nihil — ad 3^m az város birja mostan, én úgy hallottam: hogy Pápai nevű nemes embertől apprehendalta volna pénze után. ad. 4^m Hallottam azt is hogy volna szántóföld a Kajántói völgyön utánna, de mennyi nem tudom ad 5^m azt is közönséges beszédből hallottam, hogy azon háztól ezelőtt adót nem fizettek, és minden egyéb tereh viselés alól ki volt vétetve.

14^{us} Georg. Timár alias Kötélverő an. 66. ad 1^m tudom hogy Dálnoki Uram birta azon házát, és ő Kegyelmeéről Enyedi János Uramra szállott Felesége után. ad 2^m nihil — ad 3^m a város birja mostan. de mitsoda jussan, és Kitől apprehendalta nem tudom. ad 4^m 5^m nihil.

15^{us} Steffan. Kondori an. 65. — ad 1^m tudom hogy néhai Dálnoki Uram birta azon házát, és ő Kegyelme leányát Jo Mihály nevű betsületes nemes ember vévén, arra szállott, ennek s feleségének defectussán megint deveníált Enyedi János Uramra ugyan felesége Dálnoki Julia jussán, ki is testvér volt fenn nevezett Jo Mihály Ur feleségével. ad 2^m nihil — ad 3^m a város birja jure praeemptionis, melyet vett magához Enyedi Uramtól úgy tudom, a ki idegennek akarta eladni. ad 4^m nihil. ad 5^m azt hallottam hogy szabad ház s az Város is azon okból vette meg ne hogy idegen szállván belé annak szabadsága manutentiojával sok injuriákat szerezzen a városnak.

16^{us} Petrus Török an. 52. ad 1^m Minthogy én ide jövevény ember vagyok régi Uráról azon háznak semmit sem tudok, hanem ezelőtt öt hat esztendővel Enyedi János Uram tartja vala kezét rajta. ad 2^m nihil — ad 3^m az Város birja nem tudom mitsoda jussan. ad 4^m Hallottam hogy volna az Tartsaházi határ széllyben egy To utánna járandó ad 5^m nihil.

17^{us} Steph. Szecsén an. 64. ad 1^m ez előtt circa 50 esztendővel tudom hogy Dálnoki nevű ember lakik vala benne és annak decessussan Enyedi János Ur birta minthogy leányát Dálnoki Juliát tartotta feleségül — ad 2^m nihil ad 3^m az Varos birja de quo Jure kitől apprehendalta nem tudom ad 4^m nihil. ad 5^m Hallottam hogy vannak szép indultumai, de mik in specie nem tudom.

18^{us} Petrus Debreczeni an. 66. ad 1^m Hallottam, hogy Dálnoki Uram lakott volna benne régen, és tudom hogy Enyedi János Uram is birta, de

concernalta e valamelyiket vagy nem azt nem tudom. ad 2^m nihil ad 3^m mostan az város keze alatt van, de kitől et quo Jure apprehendalta nem tudom ad 4^m et 5^m nihil.

19^{us} Georgius Szabo alias Kováts an. 56 ad 1^m azon haz proprietassa concernalja az néhai Dálnoki Janos posteritását az kinek is két leánya lévén egyik Jó Mihály Uramhoz az másik pedig költ volt Enyedi János Uramhoz mind a kettő decedálván az elsőnek úgy mint Jó Mihályné Dálnoki Klára aszszonynak maradt egy leánya, a ki most Pápai Istvánné és egyedül superstes, minthogy Enyedi Jánosné Dálnoki Julia sine semine deficiált. ad 2^m azon leveleket úgy gondolom Enyedi János Ur conservalta, míg felesége holta után a ház kezéből kivétetett, most kinél vannak nem tudom. ad 3^m az város birja és gondolom perpetuo Jure vette meg Pápai Istvánné aszszonyomtól az házastól. ad 4^m Kétségkívül vagyon hozzá valo appertinentia, de hol, s mi? nem tudom, hanem a Ház continuitásában vagyon egy Sütő ház melyet Hunyadi Ferentz Ur bir, ad 5^m azt hallottam hogy azon ház lévén Hunyadi Jánosnak ez Ország Gubernatorának szokott szállása. ottan lett e világra az Magyaroknak nagy emlékezetű attya Mátyás király, ki is azután születése helyét akarván tisztelni szép privilegiumokkal és indultumokkal azon házat és annak jámbor gazdáját megajándékozta, s eleget is igyekezék fenn irt Enyedi István Uram a Mltgs Királyi Gubernium előtt hogy azon Privilegiumokat helyben állathatna, minthogy megrontották de nem effectualhatta, specialiter mik azok nem tudom.

20^{us} Joannes Enyedi an. 61 — ad 1^m azon háznak első proprietariussa volt Kolb István a kinek is conferaltatak volt az Privilegiumok Mátyás Királytól, az után successu temporis jure emptitio deveniált Kováts Gáspárra, ettől Dálnoki Jánosra ki is Kováts Gáspárnak unokáját Ferentzi Katát vette volt Feleségül, ennek én succedaltam nehaj feleségem Dálnoki Julia jussán, és Jo Mihály Uram ugyan felesége Dálnoki Klára jussán; az én szegény feleségem Sine Semine deficiálván, az egész Jus szállott Pápai Istvánné Jó Borbala aszszonyra ki is egyedül leánya fenn irt Jó Mihályné Dálnoki Klárának. ad 2^m én conservaltam a leveleket feleségem holtáig, azután által adtam Simai Jánosnak fenn irt Pápai Istvánné Jó Borbala aszszony előbbeni férjének és most is Pápai Istvánné aszszonyomnál lesznek egyebek úgy vélem, hanem a privilegium az ide valo Tanács kezeiben vagyon. ad 3^m az Ns város birja ki is jure emptitio sokszor említett Pápai Istvánné aszszonyomtól apprehendalta. ad 4^m Vannak szép appertinentiák az Fenesi és Monostori határokon tudni illik szőlők; az Kolosvári határon pedig mind szőlők mind szántó földek, To helyek Kertek és Major, ezek felett egy Sütő ház is vagyon az Utzamba specificalt ház végiben, melyet penes Jus Uxorium pénze után tart Hunyadi Ferentz Uram. ad 5^m olyan privilegiuma vagyon, hogy ab omni contributionis onere ac servitiorum supportatione immunis legyen in perpetuum azon ház és annak lakossa, s defalcaltassék annuatim az Kolosvari quantumbol annyi Summa a mennyi

azon háznak proportionate obtingense lehetne, és annyi híjjával acceptatassék pro integra Summa az Quantum.

21^{us} Georgius Kövendi an. 71 ad 1^m Tudom hogy Dálnoki János birta felesége Ferentzi Katalin jussán a ki is leánya volt Ferenczi Antalnak feleségétől Kováts Annától a ki volt leánya Kováts Gáspárnak feleségétől Smelezer Annától ennél feljebb nem tudom vinni genealogiáját azon ház possessorinak. Továbbá deficiálván Dálnoki maradott két leánya : Julia és Klára ; Juliának en voltam tutora és én adtam Enyedi János Uramnak férjnek, ez Sine Semine deficiált is, az másik u. m. Klára ment volt Jo Mihály Uramhoz, és ennek maradott egy leánya Borbála, a ki is most Pápai Istvánné kit concernalt azon ház proprietássa. ad 2^m én a melyeket mint tutor conservaltam azokat a leánnyal együtt Enyedi Unk által adtam. ad 3^m de praesenti a Város birja, ki is emptitio Jure említett Pápainé asszonyomtól apprehendalta. ad 4^m szántó földek, szőlők voltak hozzája, de most kik birják nem tudom. ad 5^m Az mely privilegiumot Mátyás király adott volt azon ház gazdájának Kolb nevű Szásznak a házra láttam, melyben mind a ház minden tereh viseléstől, mind a hozzá tartozando szőlők szántó földek az Dézma alol ki vannak vétetve.

22^{us} Balthasar Gyulai an. 65 ad 1^m Per Successiones szállott volt Dálnoki Jánosra az utrumba nevezett háznak proprietassa, kinek is két leánya maradván az egyike meg holt gyermek nélkül, az másikának egy leánya [ki most Pápai Istvánné] maradott, s ezé azon háznak jussa, ad 2^m Enyedi János Uramnál láttam a privilegiumát azon háznak, de most kinél vagyom nem tudom, hallottam különben, hogy a város kezénél. ad 3^m Az Város vette meg Pápai István Uramtól. ad 4^m hallottam hogy szép appertinentiak lettek volna utánna Dézma kívül valok, de most kik birják, s mik azok? nem tudom. ad 5^m a mint feljebb mondám a privilegiumot láttam, de nem olvastam, hallottam hogy minden teherviselés alol ki vagyom vétetve.

23^{us} Franciscus Veres an. 62 ad 1^m azon háznak proprietassa Pápai Istvánné asszonyomot illeti — ad 2^m nihil ad 3^m Az Város vette meg említett Pápainé asszonyomtól. ad 4^m nihil. ad 5^m azt hallottam hogy ha valamely malefactor oda recipiálhatta magát nem volt szabad kihozni in reliquo nihil.

24^{us} Stephanus Grusz an. 63 ad 1^m Tudom hogy azon házat Dálnoki nevű ide valo Senator birta, ennek decessussán Jó Mihály felesége Dálnoki Klára jussán, ez ezután Enyedi János ugyan felesége Dálnoki Julia successioján most pedig proprietassa illeti fenn nevezett Jo Mihály Uram leányát Pápai Istvánné Jo Borbála asszonyt mint egy superstes haerest. ad 2^m nihil ad 3^m az Város vette meg Pápainé asszonyomtól és birja de praesenti. ad 4^m nihil ad 5^m Hallottam azt, hogy a Portio fizetéstől immunitaltatott volt ¹⁾

¹⁾ Mike Sándor gyűjteményében levő, az erdélyi fiscalis levéltárból szerzett eredetiről való egyszerű másolatból.

CCLIX.

A „Kolossvár Története“ megírása végetti jutalomtűzést, a pályázási idő-határ meghosszabítását, a pályamű beérkezését s bírálatra adatását tárgyzó képviselő-testületi határozatok jegyzőkönyvi kivonatai az 1862, 1863, 1865, 1866—1868-ik évekből.

I.

27. A vál. esk. közönség elnökének, a szónoknak, mai ülésre kitzúzve volt megválasztásához a szavazatok beszédendők levén —

— — — — —
— — — — —
— — — — —

a v. e. közönség rendes elnöklele vitélére, szónoknak, legtöbb, az az [63 szózat közűl] negyven szavazattal, v. e. polgár és jelenlegi ideiglenes elnök Simon Elek választatott meg;

— — — — —
— — — — —

ki is a választott közönség „éljen“-zése között elnöki székét elfoglalván, megköszöni a bizalmat, mely megválasztatásával érte s kifejezi, miként azt megérdemelni fő törekvése leendő, mire nézve feladatú ki — a város gazdaszáti ügymenetelére zsibbasztólág ható minden politikai tevékenységtől tartózkodva — teljes erőfeszítéssel egyedül azon munkálni, hogy a város jelen pénzügyi bajai-
ból mielőbb kiemelkedhessék s azon állapotha jöhessen, miszerint gazdasága virágzásnak indulván, több eddig hátramaradt közhasznu intézmények létesítése által az ország városaival szemben a fővárost méltólag képviselje, továbbá szónoki tisztének viseléséért járuló fizetését előre is valamely közhasznu városi célra ajánlván fel, fennebbi polgári feladat megoldhatására — mint csak egyéni erővel felruházott ember — a v. esk. közönség tagjainak buzgó gyámolítását kéri. Melyek után az ülés „éljen“-zés közt eloszlik ¹⁾

II.

163.) Szónok Simon Elek aánkfia — —

¹⁾ A ns választott esküdt-közönség 1862. november 21-n tartott ülése jegyzőkönyvéből.

a szóközi fizetésből saját illetékét tavalyi november hó óta mostanig egy közérdekű ezélra t. i. Kolozsvár városa eleitől fogva való történelme legjobb megírójának jutalmul ajánlotta föl.

Választott esk. közönség szóköz Simon Elek aánkfiának — — — — —

azon önfeláldozó buzgalmát, mely szerint eddigi szóközi fizetését városunk közérdekű történelme megírójának ajánlta fel, hálás köszönettel fogadja,

aafiságoson ajánlván a ns tanácsnak — — —

tavalyi november 1-től mint a szóközi tiszt megkezdésétől fogva járuló fizetésnek — — —

szóköz Simon Elek aánkfia részére leendő kiadatása végett intézkedését megtenni. ¹⁾

III.

291.) Városi szóköz Simon Elek aánkfia folyó évi június 24-n 163 közs. sz. alatt a város történelme legjobb megírójának pályázati jutalmul, mult 1862. év novemb. 21-ik napján 27 közs. sz. a. lett megválasztatásakor tett fennhagyása folytán szóközi fizetését ajánlván fel, s esk. közönség azt köszönettel fogadván, ez ajánlat és határozat kiegészítéseül s életbe léptetése végett előadja, miszerint e tárgyat szakértőkkel közölven, abban állapodtak meg, hogy miután Kolozsvár város pragmaticailag megírt történelme Erdély s az erdélyi magyarság köztörténelmének legnevezetesebb mozzanatait s általában legtanúságosabb részét képezi s miután ennek alapos megírása egyfelől az író részéről sok előkészület, költséges kutatásokat, rajz- és okmánymásolatást, másfelől pedig az írónak azzal arányos megjutalmaztatását teszi okvetlen szükségessé, annál fogva szóköz aánkfia ettől az erdélyi ma-

¹⁾ A ns választott esk. közönség 1863. június 24-én tartott ülése jegyzőkönyvéből.

gyarság történeti és közjogi jelen állására, valamint jövőjére nézve hasznos eredményeket szülhető eszmétől áthatva elhatározta, hogy a multkor felajánlott s jelen év october haváig 577 frt 50 krt o. é. tevő összeghez míg az egy ezer [1000] forintra fog nevedkedni, még ezutáni fizetését is hozzá csatolja.

E végre tehát jónak látná, ha a ns város esküdt-közönsége és tanácsa is ajánlatát elfogadván, a hazai hirlapok utján versenyt nyitna, a pályakérdést megállapítva kihirdetné, a dolgozatok beküldésére határidőt tűzne ki, megbírálsukra az erdélyi Muzeum történelmi osztályából egyéneket kérne föl, a versenyzőknek a város levéltára használhatását s a legjobb műnek, írója tulajdoni joga fenntartása mellett, önköltségén való kiadatását eleve biztosítaná, mi végre szónok aánkfia a pályakérdés tervét be is mutatja, s annak felolvasását és e tárgyban határozat-hozatalt kér.

Vál. esküdt-közönség szónok aánkfiának ez újabb ajánlatát újabb köszönettel s magához a tethhez méltó elismeréssel fogadja, a kitűzött czélra s annak elérése végett ajánlott eszközökre nézve kifejtett nézetét teljesen és egyértelműleg elfogadja s a bemutatott pályázati hirdetés tervét helyesnek látván, következő szövegben állítja meg.

[Pályázati hirdetés. Látható elől a czímlapon] ¹⁾

IV.

156.) Szónok aánkfia előterjeszti, hogy a Kolozsvár város történelme megírására 1863-ki 291. közs. sz. a. kitűzött pályázat következtében a legjobb műre általa felajánlott 1000 o. é. frt jutalmat, addig is, míg annak oda ítélese végbe menendene, a helybeli kisegítő pénztárban helyezte el; a közzé tett pályázati hirdetmény némely pontjai iránt azonban az írók és bírálók részéről kételyek támadtak s a kitűzött feladat nem csak a város levéltárában, hanem hazai más közlevéltárakban is nagy mérvű kutatásokat az oklevelek elolvasása és czélszerű lemásoltatása,

¹⁾ A ns választott esk. közönségnek 1863-n october 30. tartott ülése jegyzőkönyvéből.

rajzok, mérések sat. a versenyzőktől sok időt, költséget és fáradságot kíván —

Ennél fogva czélszerűnek látná szónok aánkfia, egy pótló hirdetményben, a pályázat idejét 1866. deczember 31-ig hosszabbítani meg, a bírálat eredményének kihirdetését s a jutalom kiadását a községi teremben 1867-ki július 1-re tűzni ki, s közzé tenni, hogy ha csak egy pályamű érkezik be, ez esetben is, ha azt a bírálat és a jutalomtűző a maga nemében jelesnek s méltónak találандják, a pályadíj kiadatik; hogy az előbbi hirdetés e kifejezése alatt »a mű tulajdoni joga íróé marad« az értendő, hogy a városi esk. közönség és tanács a kinyomatást a műhöz méltó alakban s az író felügyelete alatt végrehajtván, 200 példányt saját czéljaira megtart, a többbit pedig teljes tulajdoni joggal az író szabad rendelkezése alá bocsátja, s végre, hogy a pályaművek idegen kézzel írva s a neveket rejtő zárt levelkék mellett, a város községtanácsához küldendők be, honnan a kijelölt bírálóknak adatnak át.

A város történelme megírására kitűzött pályázat iránt fennebbiekben tett szónoki előterjesztés nyomán a pályázat idejének ajánlott meghosszabbítását s az eredmény kihirdetésére a javallott idő- és helynek kitűzését esk. közönség határozattá emeli, s a nyertes mű tulajdoni jogára, a pályaművek beküldésére s csak is egyetlen pályamű netaláni beérkezésére nézve fennebb előadott és maga részéről is teljesen osztott értelmezésekkel együtt sietőleg közzététetni a ns tanácsnak atyafiságosan ajánlja.

E határozat jegyzőkönyv-olvasás előtt levén kiadandó. ¹⁾)

V.

222.) Szónok Simon Elek aánkfia a feleki urbérkárpotlás iránti keresetben ns Kolozsvármegye törvényszéke által törvényesített ügyvédi munkáinak id. 200 közs. szám alatt 785 o. é. forintban megszavazott díjaira nézve nyilvánítja, hogy ezen részére járuló összeget a város különböző

¹⁾ A v. esk. közönség 1865. évi jul. 8-n tartott ülése jegyzőkönyvéből.

közczeljaira ohajtja forditni s ehez képest abból fel is ajánl :

a) — — — — —
— — — — —

b) a Széchenyi-térnek jelenleg éppen szép sikerrel haladó útsinálása s díszítése költségeire, főkép pedig az e tér tágasbbitása végett „Arany bika“ fogadón kezdve kisajátítani tervezett ház-sor megszerezhetése és elbontására 300 az az háromszáz o. é. frtot s végre

c) — — — — —
— — — — —

Ezen a város közhaszna elősegítésére törekvő ajánlatait ¹⁾ kéri ennél fogva elfogadtatni.

Szónok Simon Elek aánkfiának közjóra czélzó fennebbi ajánlatait s feláldozó buzgalmát vál. esk. közönség szíves köszönete kifejezése mellett veszi tudásul. ²⁾

VI.

310.) Szónok Simon Elek aánkfia előadván, mikép a Kolozsvár város történelme megírására kitűzött s m. é. 156. közs. sz. a. f. é. december végéig meghosszabbítatott pályázat, a munka elkészítésével járó nehézségek miatt, több oldalról vett értesülések szerint, még egy további egész évet kíván meg; de továbbá előterjesztő szónok aánkfia az eredetileg kitűzve volt 1000 frt pályadíj mellé a műhöz melléklendő rajzok s metszések költségeinek, vagy esetleg a pályadíjnak pótlására még újabban is ezúttal ama 300 az az háromszáz o. é. forintot ajánlván fel, melyet tav. 222. közs. szám 6. pont alatt előbb már a Széchenyi tér kiszépítése s az ottani ház-sor kisajátítására szánt volt s ez által a fennebbi pályázat feltételei újabbi előnyös változás alá esvén, — ezekhez képesti további intézkedésre esk. közönséget felkéri.

A város történelme megírására kitűzött pályadíjhoz szónok aánkfiától újabban felajánlt 300 frtot esk. közönség köszönettel vevén tudá-

¹⁾ Az a) pont alatt a fennebbi t. i. peres írományok tisztázásában rendkívüli-
leg fáradozott tanácsai írnokoknak 200 frtot,

a c) alatt a városi nyugdíjalapra 285 frtot ajánlott.

²⁾ A vál. esk. közönség 1865-n sept. 27-n tartott ülése jegyzőkönyvéből.

sul, s az említett pályamunka beadására kiszabott határidő meghosszabbítását a jövő 1867-ik évi decz. utolsó napjáig a felhozott okokból meghatározván, a pályázat feltételeinek ehhez képesti megváltozását az alábbi hirdetményben hirlapok útján közzététetni a nemes tanácsnak következőleg ajánlja. ¹⁾

VII.

64.) Előadatik a városi közgyűléshez m. é. deczemb. 31-n egy jeligés levél-melléklettel beadott névtelen nyilatkozat, melyben a városi volt vál. esk. közönség és tanácstól Kolozsvár város történelme megírására 1000 o. é. frt pályadíj mellett 1863-ki ^{291 közs.}_{4433 tan.} számok alatt kitűzött s 1865-n ^{156 közs.}_{2941 tan.} szám alatt, később pedig 1866-n ismét 310 közs. sz. a. 1867. évi december 31-ikéig meghosszabbított pályázat következtében, nyilatkozó előadja azon fáradságos és áldozatot nem kimélő utánjárást és tanulmányozást, melyekbe a feladatul tűzött fennebbi óriás mérvű munka megalkotása kerül, és ezek után magát, a mint a jeligés zárt levélben foglalt neve mutatandja, pályázónak elfogadtatni kérvén oly módon, hogy a pályahirdetmények jogkedvezményei reá azon esetben és akkor, mikor művét bevégezi s ez a feltételeknek megfelel, kiterjesztessenek — ajánlja, hogy két nagy kötetre osztott műve első kötetét 1868. jun. 30-kára, utolsó kötetét pedig 1868. decz. 31-kére teljesen elkészítve beadandja; egyúttal kívánatosnak nyilvánítván, hogy a mű 1-ső kötetét a bíráló bizottmány f. é. jul.-septemberben legyen köteles a végre megbírálni, hogy ha az jónak találtnék, a rajzok metszése iránt azonnal intézkedni lehessen, s mihelyt a 2-ik kötet is beadva, megbírálv s az egész mű jutalomra érdemesnek lesz ítélve, az első kötet nyomtatása legott megkezdhető legyen — ajánlata el nem fogadása esetére kéri mind e nyilatkozatot, mind a nevet rejtő levélkét elégettetni, mely utóbbi címlapján különben e következő jelige találtatott följegyezve: „Vellem eequidem vobis placere, sed multo malo, vos salvos

¹⁾ A vál. esk. közönség 1866. évi nov. 23. tartott ülése jegyzőkönyvéből.

esse, qualicunque erga me animo futuri estis.
Tit. Livi^{us} Patav. Lib. I.

Kolozsvár város történelme megírására jelentkezett fennebbi névtelen pályázó jelentékeny mérvű feladata tekintetéből e műre a volt vál. esk. közönség s tanácstól hirdetve volt pályázati határidőt közgyűlés f. 1868-ik évi december 31-ik napjáig bezárólag meghosszabítani határozza s ezt hirlapilag is közzétenni a t. tanácsot megbizza; ezzel pedig a névtelen pályázó kívánatának elég tétetvén, mind fennebbi nyilatkozata, mind a nevét rejtő jeligés lezárt levél felbontatlanul az ülés szinén nyilvánosan elégettetnek.

A képviselő-közönség 1868. évi ápril 1-n tartott közgyűlése jegyzőkönyvéből, Kolozsváratt, januar 12-n 1869-n

kiadta
LUGOSI ISTVÁN s. k.
jegyző ¹⁾)

¹⁾ Kolozsvár város képviselő-testülete jegyzője által az eredetiről kiadott hiteles másolatból.



ÉRTELEMZAVARÓ HIBÁK.

<i>Lap. Sor.</i>	<i>Hiba.</i>	<i>Megigazítás.</i>
47 12	alulról, e helyett: „ <i>Seped cit</i> “ olvasandó :	Sepe dicti
47 13	alulról, e helyett: „ <i>eminusti</i> “ olvasandó :	Et minus iuste
53 1	alulról, e helyett: „ <i>Transillani</i> “ olvasandó :	Transilvani
59 17	alulról, e helyett: „ <i>destinuavimus</i> “ olvasandó :	destinavimus
64 3	alulról, e helyett: „ <i>illető tábláján</i> “ olvasandó :	VI. tábláján, I. szám alatt, hol XXXVIII. oklevélnek van írva, de a metszés után az OKLEVÉLTÁR-ban XXXVI-ra változott. A szám előtt mindenütt I. betű van a metszésben, mi ezt teszi : <i>látható</i> .
75 23	felülről, e helyett: „XLV.“ olv. :	XLIV.
76 6	„ „ „ <i>1384</i> “ „	1394
79 2	alulról „ „ „ <i>Kolosz</i> “ „	Kolozs
82 15	„ „ „ <i>territoris</i> “ olvasandó :	territorio
85 2	felülről, e helyett: „182.3“ olv. :	1382.
99 2	„ „ „1380“ olv. :	1379
111 26	„ „ „ <i>Coseruetur</i> “ olvasandó :	Conseruetur
137 1	felülről, e helyett: „ <i>Inuererint</i> “ olvasandó :	Inuenerint
151—52	Az e lapon levő 1415-ik évi oklevél tévedésből van a következő 152—154. lapon közlött 1414-k évi oklevél elébe téve.	
159 2	felülről e helyett : „1420“ olv. :	1421
163 2	alulról, e helyett: „ <i>illető tábláján</i> “ olvasandó :	VI-ik tábláján II. szám alatt, hol elől szintén I. betű látható.
173 26	alulról e helyett: „ <i>es</i> “ olvasandó :	et
174 8	„ „ „ <i>imestigare</i> “ olvasandó :	inuestigare
183 5	alulról, e helyett: „ <i>negyven</i> “ olv. :	négy száz
188 12	felülről, e helyett : „ <i>Baccalario</i> “ olvasandó :	Baccalaureo
193 18	felülről, e helyett : „ <i>npstrum</i> “ olvasandó :	nostrum
194 11	alulról, e helyett : „ <i>betegeket</i> “ olvasandó :	nemeseket

<i>Lap. Sor.</i>	<i>Hiba.</i>	<i>Megigazítás.</i>
221	3 felülről, e helyett : <i>lakatos</i> olvasandó :	kovács
239	1 alulról, e helyett : <i>illető tábláján</i> olvasandó :	VI-ik tábláján, IV. szám alatt, hol elől szintén l. betű áll s CXLIX. szám nehezen kivehető.
292	1 alulról, e helyett : <i>illető tábláján</i> olvasandó :	VI-dik tábláján, V-dik szám alatt, hol a CLXXXIII. oklevéli szám a metszés utáni rendezés eredménye. A 272. lapon álló CLXIX. oklevél, mint novemberi keletű időrendileg hibásan áll a CLXX., CLXXI. és CLXXII. számú májusi keletű oklevelek előtt.
309	2 ,1505' helyett olvasandó :	1504.
338	1 alulról, e helyett : <i>illető</i> olv. :	VI-ik tábláján, hol VII. folyó számmal és korábbi rendezés következtében CCXI. oklevéli számmal van jelölve. A CCVI-dik oklevél, mint 1515-ik évi, időrendet zavarólag áll a CCVII-ik mint 1514-ik évi előtt.
343	36 e szó helyett : <i>labores</i> olv. :	labores
344	2 alulról, e helyett : <i>illető tábláján</i> ez olvasandó :	VI-ik tábláján, VI-dik folyó szám alatt, hol a CXIII. oklevél-szám a metszés utáni rendezés eredménye.
347	15 alulról, <i>tutar</i> helyett olv. :	tutari
360	8 „ e helyett <i>Lararum</i> olvasandó :	Litterarum
370	Az ezen lapon levő CCXXXIV. oklevél a megelőző 368—369. lapon levő CCXXXII. után következően : mutatja, hogy a CCXXXIII-ik oklevél-szám ki lőn hagyva, jobban mondva : átszökve.	
374	23 felülről, e helyett : <i>Coeleraria</i> olvasandó :	Coclearia.
374	23 felülről, e helyett : <i>arabmílem</i> olvasandó :	arabilem
378	14 felülről, e helyett : <i>Mos</i> olv. :	Nos